32. *CYPRINUS*, *Gibelio*, pinna dorsali radiis 20; cauda lunulata. *Die Giebel.* P. 15. V. 9. A. 8. C. 20. D. 19. *Bloch N. F. D. I.* 71. tab. 12.

33. *CYPRINUS*, *Catostomus*, pinna ani radiis 8; labio imo caruncula biloba, papillosa; cauda semi lunata. *Forsteri.* In *Philos. Transact.* Vol. 63. pag. 149. & in *Eius Beytræge zur Vælker- und Lænderkunde.* Tom. III. p. 270. D. 12. P. 17. V. 10 - 11. A. 8. C. 17.

Caput subtetragonum, versus apicem fensim attenuatum, obtusiusculum, corpore fere crassius & minus latum. *Tubercula* globosa, confertiora in apice rostri circiter 5, carinata & acuminata; in vertice sparsa. *Nares* geminæ, reniformes. *Oculi* magni, superi, submedii. *Opercula* branch. magna, nuda sub oculis; anteriori jungitur ossiculum, primo adspicere pro radio membranæ branchiostegæ sumendum. *Suturae* in capite plures catenulatæ; una superior utrinque brevis, a nucha super oculos naresque, nec basin, nec apicem capitis attingens, e regione narium juncta per brevissimam transversalem futuram; secunda inferior utrinque incipiens ad angulum labiorum carunculæ, imo labio adnuta, in ossiculo sub antico operculo decurrit et prope oculos adscendit: tertia media incipit utrinque prope apicem rostri, linea recta ducitur sub oculis, dein versus futuram superiorem pone oculos adscendit, & supra aperturam branchiarum jungitur quartæ transversali, in nucha caput a reliquo corpore distinguenti. *Membrana branchiostega* radiis 3 brevibus, validis. *Rictus* inferus, lunulatus seu semiorbicularis, labiis inclusus tenuibus, superiore (ore scilicet clauso) concavo, inferiore convexo. *Cartuncula* biloba papillosa, carnosa, labio inferiori adnuta, angulos oris ambiens. *Corpus* lateribus compressiusculum, at versus abdomen magis compressum, cuneatum; a capite ad caudam fensim attenuatum, testum squamis minoribus, ovatis, striatis, prope caput minimis,

pal-

## ADDITIONAL.

pallide argenteis in quibusdam hujus speciei circa lineam lateralem aureo-rubris. *Linea lateralis* a nucha ad medium circiter truncum descendens; dein media, recta inermis. *Anus* parvus, caudæ multo propior quam capiti. *Pinna dorsi* pone æquilibrium posita, rhomboidea, radiis validis, dichotomis 12. *Pinnae pectorales* lanceolatae, pone opercula affixa, obliquæ, exæquantes partem quartam trunci, radiis dictiotomis 17. *Pinnae ventrales* oblongæ, sub pinna dorsali sitæ, pinnis pectoralibus dimidio breviores radiis 10 & 11. *Pinna ani postica*, pectorales fere exæquans sub-lanceolata, radiis dichotomis validis 8. *Cauda* leviter bifurca, pinnas pectorales longitudine & numero radiorum æquans 17. Pinnæ omnes pallidæ. *Longitudo* pescis unciarum 15. ped. Angl. *Latitudo* ante pinnas ventrales circiter 3 unciarum. *Craffities* ad nunchiam fere 2 unciam; ante pinnam dorsalem 1½ unc. Habitat in Sinus Hudsonici fluminibus & rivulis, fugendo vietum querit.

*The Sucker Carp.* Pennant arctic. zool. præfat. p. 192.

Illorum adsunt duæ varietates prima, Mitheo-Mapeth ab Indis nominata, vitta rubra secundum lineam lateralem ornata est; altera alba macrolepidota Nainapeth ab incolis Freti Hudsonis nuncupatur. Ambo ad pondus 2½ librarum increscunt. Forma oblonga. Caput osleum, scabrum, versus extremum rostri decrescit. Corpus squameum. Cauda lunata.

CYPRINUS, *rivularis*, *Pallasii Itiner.* II. p. 717. D. 8.  
P. 8. V. 8. A. 8.

Magnitudo Aphyæ. Caput obtulum, subtetragonum, vertice poris magnis, sparsis excavato. Corpus tereti-compressiusculum, squamis vix conspicuis. Linea lateralis recta, ad caput subadscendens. Pinna dorsi pone æquilibrium radiis 8; Pectorales rotundatae ventrales anique radiis 8, præter accessoriū. Pinnæ omnes caudaque bifurca pallidæ. Color subargenteus, lituris fuscis maculosus. Irides argenteæ.

35. CYPRINUS, *Malchus* pinna ani radiis 8; corpore conico subœruleo. *Molinæ hist. nat. Chili.* 199. D. 12. P. 14. V. 8. C. 18. Pescis pedalis, cauda bifida.

## ADDITIONAL.

36. *CYPRINUS leptocephalus*, *Pallasii Itiner.* III. p. 703.  
Br. 3. P. 20. V. 10. A. 9.

Magnitudo fere ulnaris. Corpore coregono & capite Esoei subsimilis. Rostrum valde productum, depresso, rotundatum, maxilla inferiore longiore. Irides flavescenti-argenteæ. Squamæ mediocres. Pinnæ præter dorsalem omnes ruhræ. Cauda bifurca.

37. *CYPRINUS*, *Capoeta*, cirris 2. radio tertio pinnæ dorsalis postice utrinque ferrato cauda bifurca. *Güldenstädt.*  
Br. 3. D. 13. P. 19. V. 10. vel 9. A. 9. C. 19.

Corpus fusiforme, parum compressum. Caput breve, latissimum. Rostrum conicum, rotundatum longe prominens. Rictus transversus, inferus. Cirrus brevis ad angulum oris. Iris argentea superne fusco-aurata. Linea later. subrecta, abdomini propior. Anus remotus. P. D. trapezoidea, æquilibris. P. P. oblongo-acuminatæ. P. V. trapezoideæ, dorsali oppositæ. P. A. ventralibus similis. P. C. bifurca. Color superne fuscus, in lateribus argenteus, limbis squamarum subfuscis reticulatus. Longitudo pedalis. Habitat in mari Caspico. Vide *Nov. Com. Petrop.* XVII. 85. & 507. tab. 8.

38. *CYPRINUS*, *Tulus* pinna ani radiis 10; cauda lobata. D. 15. P. 17. V. 9. A. 10. C. 19. *Piscis spithameus*. *Motinae h. n.* *Chili.* 199.

39. *CYPRINUS* (*Squalus*) oblongus & teres; multis æquilibus: pinna dorsali ventralibus remotoire: cauda lunulata: pinna dorsali analique parallelogramm. *Gron. Zooph.* n. 334. *Muj. ichthyol.* I. Schafhusis vocatur *Alnt.* D. 10. P. 15. V. 9. A. 10. C. 20.

*Squalus Salviani Hist. æquat.* p. 8. fig. P. minus bona.

Corpus oblongum a capite ad anum usque quodammodo quadrangulare macrolepidotum. Caput oblongum, dorso angustius, subacutum. Opercula branchialia argentea rubello distincta, triphylla. Linea lateralis incurva, infima. Cauda lata parum bifurca. Color in dorso nigrescens; in lateribus albidos, nigricante reticulatim distinctus, sub ventre argenteus, in pinnis ventralibus, anique rubicundus. Longitudo pedalis.

40. Cy-

## ADDITIONAL.

40. *Cyprinus (Lugdunensis) oblongus maxillis subæqualibus; dorso recto: cauda truncata: pinna dorsi ventralibus opposita.* Gronov. *Zooph.* p. 106. n. 335. D. 10. P. 18. V. 9. A. 10. C. 19.

Pinnæ omnes rubescunt. Dorsalis & caudæ versus extremitatem nigricant. Squamæ maximæ situ lineas longitudinales efforment, nempe 14. e regione pinnarum ventralium & 6. ad caudam. P. C. expansa corpore medio latior truncata. Habitat quandoque in Rheno prope Lugdunum.

41. *CYPRINUS, cantonensis.* Osbeckii *Itenerar.* p. 155.

D. 10. P. 21. V. 9. A. 11. C. 26.

Caput imberbe. Iris flavescentia. Squamæ rhomboidæ, flabelliformes. Cauda bifida. Cyprino Grislagini proxime accedit.

42. *CYPRINUS, Dobula,* pinna ani dorsalique radiis 10. L. S. N. 525. D. 10. P. 15. V. 9. A. 10. C. 19.

*Cyprinus* pedalis, gracilis, oblongus, crassiusculus, dorso crasso pinna ani officulorum 9. Artedi *Syn.* p. 10.

*CYPRINUS, Dobula,* oblongus pinna ani dorsalique radiis 11. Der Doebel. *Bloch N. F. D. I.* p. 42. tab. 5. D. 11. P. 15. V. 9. A. 11. C. 18.

43. *CYPRINUS, amarus,* pinnis pectoralibus, ventralibusque officulis septem. Der Bitterling. *Blochii tab. 8. fig. 3.* N. F. D. I. 52. P. 7. V. 7. A. 11. C. 20. D. 10. Vertebræ 30.

*Cyprinus quadriuncialis;* iride crocea, macula atra ad initium caudæ. Artedi *syn.* p. 12.

Corpus duas circiter uncias longum, dimidiatimque unciae latum. Caput parum cuneatum. Iris superne rubella & inferne flavæ. Color superne olivaceus, in lateribus flavidus, inferne argenteus, prope caudam cæruleo-nigrans, in pinnis pectoralibus, ventralibus & anali rubicundulus, dorsali & caudali viridescentia.

44. *CYPRINUS, sericeus.* Pallasi *Itinerar.* III. 703.

Aphya vix major sed latior forma Carassii. Color in vivo splendidissimus, cæruleoscenti vel vio lascenti-argenteus, versus abdomen pallide roseus. Striga utrinque versus caudam latiuscula, longitudinalis viridi-cyanea, subargentea. Pinnæ ventrales & anales cinnabarinae apice atræ. Cauda fusco-rubens.

## ADDITIONALMENUTUM.

Irides aureæ, litura super pupillam miniacea. Radii pinnæ dorsalis 10; ani 11.

45. *Cyprinus regius*, pinna ani radiis 11, dorsali longitudinali. Br. 3. D. 28. P. 15. V. 10. A. 11. C. 21.. *Mallinae Hist. nat. Chili* p. 198.

Magnitudine ferme Harengi. Corpus cylindricum; squamae in dorso aureæ, in lateribus argenteæ. Rostrum breve obtusum. Iris purpurea. Pupilla cærulea. Pinnæ molles flavæ. Pinna dorsalis longitudinalis in medio divisa.

46. *Cyprinus Idbarus*, pinna ani radiis 12, pinnis ventralibus sanguineis. D. 10. P. . . . V. . . . A. 12. C. 19.

Danice *Emd. Pontopidan. N.H. in Daenemark.* tab. 15.

Varietatem Cyprini Idi esse credit.

47. *Cyprinus (Umbra) oblongus*; maxilla inferiore paulo longiore pinna dorsali; ventralibus multo remotoiore; cauda bifurcata. *Gronov. Zooph.* p. 106. n. 337. D. 10. P. 16. V. 10. A. 12. C. 18.

*Umbra Aufonii Mosell. Edyll. 9. Vers. 90.*

Belgis *Windvoorn* sive *Winden*.

Dorsum latum convexum, ferme rectum. Abdomen ferme rectum, vix prominens. Linea lateralis incurva, abdomini prior, conspicua. Caput parvum cathetoplateum. Squamae imbricatae, splendidæ, satis magnæ. Color laterum inferiorum abdominalisque albescens, splendidus. Dorsum, caput superne lateraque superiora subfulca. Pinna dorsi caudæque livescentes. Pinnæ pectorales subruberæ; ventrales anique pinnæ rubescunt. Iris sublutea.

Satis frequens in piscinis et fluminibus belgicis.

48. *Cyprinus Agone*, *Scopoli Fl. & Fn. Insulæ*. p. 71. Br. 3. D. 17. vel 18. P. 15 vel 16. V. 9. A. 13. C. 30.

Est pisces lanceolatus, quinque uncialis, compressus, pinna dorsali 17 anique 13 radiata. Corpus totum argenteis squamulis obtectum, vix semipedale. Dorsum fuscum; latera pallidiora fusco maculata, maculis 8 vel 9. Venter attenuatus, albidus. Dentes nulli. Maxilla inferior longior. Irides argenteæ. Macula

## ADDITIONAL.

cula nigra hemispherica prope branchias, linea insidens. Anus inferior. Hujus duplex varietas occurrit, quarum una major in Laco Verbano, alia vero minor in Lario. Utraque a nostris Agone vocata. Cave, ne confundas cum Clupea Harengu, cui Salvianus & Jovius Agoni nomen dederunt, cuius habitum quodammodo refert.

*Agonus Bellonii.* Willugby p. 226. tab. P. 3. fig. 2.

49. *CYPRINUS, Orfus*, pinna ani radiis 13. *L. S. N.* 530. *D.* 10. *P.* 19. *V.* 9. *A.* 13. *C.* ...

*Cyprinus, Orfus*, corpore colore croceo; pinna ani radiis 14. *Bloch N. F. D.* p. 138. tab. 96. *P.* 11. *V.* 10. *A.* 14. *C.* 22. *D.* 10.

50. *CYPRINUS, Caucus*, pinna ani radiis 13; corpore tuberoso argenteolo. *Molinae N. H. Chili.* *D.* 9. *P.* 16. *V.* 9. *A.* 13. *C.* 29. *Piscis sesquipedalis*, cauda bifida.

51. *CYPRINUS, albor*, Scopoli Delic. Fl. & Fn. Insubr. p. 73. *Br.* 3. *D.* 9. *P.* ... *V.* 5. *A.* 14. *C.* 20.

Est lanceolatus, labio inferiore longiore, submarginato transversimi rugoso. Corpus excepto dorso, squamulis argenteis tectum. Irides argenteæ. Dentes nulli. Frequentissimus in lacubus. Insubricis *Arbore* & *Arborine* dictus, quorum 100. unius libræ pondus efficiunt. Albores Venetorum sunt pisces diversi ab albore Comensis. *Jovius* cap. 13.

52. *CYPRINUS, Jefes*, pinna ani radiis 14; rostro rotundato. *L. S. N.* 530. *D.* 10.

*Cyprinus cubitalis* pinna ani oscularum 14. *Art. syn.* p. 9.

*Cyprinus, Jefes*, corpore et capite crasso; rostro rotundato; pinna ani radiis 14. *Der Aaland.* *Bloch N. F. D.* I. p. 45. tab. 6. *P.* 16. *V.* 9. *A.* 14. *C.* 20. *D.* 11.

Leuciscus pinnis branchialibus, ventris & ani rubris. *Die Goese. Richters ichthyol.* p. 821.

53. *CYPRINUS, bipunctatus*, linea laterali rubra; punctis nigris in dupli serie ornata; pinna ani radiis 16. *Die Aalandblecke.* *Bloch N. F. D.* I. p. 50. tab. 8. fig. 1. *P.* 13. *V.* 8. *A.* 16. *C.* 20. *D.* 10.

## ADDITIONALMENNTUM.

54. *Cyprinus, clupoides*. *Pallafii Itiner. T. III. p. 407.*  
*D. 9. P. 17. V. 9. A. 17. C. . . .*

Magnitudo paulo supra Harengum: eoque latior aliquantum & obesior. Caput cyprinum, compressum. Maxilla inferior longior, obtuse-carinata, apice obtuso, conoideo, prominula. Superiores laminæ mystaceæ exiles, sinu reconditæ. Membranæ branchiales radii tres latæ. Oculi majusculi, iride flavo argentea. Corpus lanceolatum, compressum, subnacrolepidotum, argentatum. Abdominis carina convexa, sed in siccatis arguta. Linea lateralis, a capite descendens, hinc usque ad caudam abdomini propior et paralela. Pinnæ dorsalis pone æquilibrium 9 radiata; analis posterior radiis 17; pectorales 17; ventrales 9. Appendix lanceolata ad ventrales pinnas, ut in Coregonis. Cauda bifurca fuscescens, uti pinnæ reliquæ. Habitat in mari Caspico.

*Cyprinus, chalcoides*. *Kuzlarischer Hering. Güldenstädti in Nov. Com. Petrop. XVI. 540. tab. 16. Br. 3. D. 12. P. 16. V. 9. A. 17. ad 20. C. 19.*

55. *Cyprinus (Annoni) oblongus*; maxillis æqualibus; pinna ani per magna; cauda bifurca; pinna dorsali ano opposita. *Gronov Zooph. p. 108. n. 341. D. 10. P. . . . V. 8. A. 17. C. . . .*

Caput parum, acuminatum. Iris argentea. Maxillæ sequales. Opercula laevia, splendida. Dorsum capite parum elevatius, leviter convexum; ante pinnam dorsalem elevatio ejus maxima. Latera prope ad caudam gracilia. Abdomen convexum, a branchiis usque ad caudam prominens. Linea lateralis ab domine proprietate & paralela, admodum concava. Pinna dorsalis submedia, ano opposita, magna, declinata, radiis 10, decrementibus. Pinnæ pectorales infimæ, lanciolatae, apicibus ultra radices, pinnarum ventralium tendentibus. Pinnæ ventrales, medio inter pectorales & analem locatae radiis 8. Pinna ani prælonga, magna, quodammodo triangularis radiis 17. Pinna caudæ subbifida longa. Color argenteus totius corporis, excepto dorso livescente. Longitudo 3 uncianum. Habitat in Rheno prope Basileum.

## ADDITIONAL.

56. *CYPRINUS, americanus*, pinna ani radiis 18. L. S. N. 530. Br. 3. D. 9. P. 16. V. 9. A. 18. C. 27.

Corpus Rutili cæruleo argenteum. Linea lateralis admodum arcuata versus abdomen. Cauda bifida. Habitat in Carolina.

57. *CYPRINUS, Morella*, ovalis quincuncialis, varius; iride flava albaque; maxilla inferiore longiore; linea laterali utrinque lineolis nigris notata; pinnis albentibus, pinna ani radiis 18; vertebris 37. *Die Elritze. Leske Ichth. p. 47. D. 12. P. 14. V. 9. A. 18. C. 19.*

Caput compressum, subacutum, parvum. Maxilla inferior parum longior. Dentes acuti 7. in duabus seriebus. Truncus ovato-oblongus. Squamæ medicores ciliatæ nigro punctatæ. Cauda bifida. Linea lateralis descendens ventri propior, utrinque ad lineolam albescenteam glandulosam, macula punctata nigra. Pinnæ flavo-albescentibus ad basin rubræ. Color siccati piscis est in capite dorsoque olivaceus, linea interstitali cærulea, quæ ad initium caudæ fit subnigra: latera inferius flavescentia: pinnæ dorsi & caudæ dilute olivaceæ. Differt piscis hic a *C. Phoxino* L. numero radiorum in pinna anali & forma trunci latiore.

58. *CYPRINUS, Tinca notha*, *Sanderi kleine Schriften p. 252. D. 10. P. 12. V. 9. A. 17, vel 18. C. 18.*

Corpus spithameum fere oblongum, cathetoplatheum; dorso arcuato; abdomine subrecto. Caput, imberbe, subacutum, duas uncias longum. Maxilla supera longior infera. Iris rubra. Pinna dorsalis pone æquilibrium. Pinnæ ventrales dorsali oppositæ. Linea lateralis incurva. Squamæ minores, ovales, petiolatæ. Cauda bifurca. Colore totius corporis aureo-viridescens, præter bases pinnarum rutilus. Habitat in Rheno: cuius accolæ eum perperam *Schleiche*, i. e. *Tinca*, appellant.

59. *CYPRINUS Buggenhagii*, pinna ani radiis 19. *Der Leiter. Bloch N. F. D. III. 137. tab. 95. P. 13. V. 10. A. 19. C. 18. D. 12.*

Caput parvum, ut & rectus. Maxilla supera longior. Foramina odoratus & auditus proxime ante oculos. Sulcus transversus

## ADDITIONAL.

versus in naso & cervice conspicitur. Dorsum arcuatum argute carinatum, nigricat. Latera compressa squamis magnis argenteis vestita. Linea lateralis incurva, submedia, abdomini prior. Pinnæ ad basin & extremitatem cæruleæ. Pinna ani lunate & caudalis bifurca. Anus remotus. Ad pinnam ventralem pinnula intermedia adest. Longitudo pedalis.

60. *Cyprinus*, *Blicca*, latus, pinna anali radiis 25.  
*Die Guester*. *Bloch N. F. D.* I. 65. D. 12. P. 15. V. 10. A. 25. C. 22.

Corpus ovato-oblongum, valde compressum; dorso a nucha, parum impressa, assurgente; magis arcuato, ante pinnam carinato & post eam convexo. Caput parvum, ante acutum. Maxilla supera, ore clauso, longior. Os angustum. Oculi mediocres submedii, rostro propiores. Iris flava punctis nigris conspersa. Pupilla nigra. Truncus squamis mediocribus, tenuibus vestitus. Linea lateralis incurva, punctis flavis circumdata. Color dorsi obscure cæruleus laterum supra lineam lateralem e cæruleo-albidus, infra illam uti in abdome albus. P. P. & V. obtusæ, lateritiae. P. D. & A. spadiceæ cæruleo terminatae. P. C. bifurca, cærulea, cuius dimidium inferum longius est supero.

*Cyprinus*, *Pleßya*, ovalis, latus cinereo-albus; iride flavo viridi; pinnis ad basin subrubris, anali radiis ultra viginti; vertebris 39. *Die Ploetze*. *Leske Ichth.* D. 12. P. 15. V. 10. & 27. C.  $\frac{1}{2}$ .

*Der Bley*. *Richters ichthyol.* p. 819. D. 11. P. 15. V. 9. A. 27. C. 20.

Habitat in lacubus & fluminibus Germaniæ.

61. *Cyprinus*, *Dentex*, pinna ani radiis 26; ore dentibus undique molaribus *L. S. N.* 531. & *Mus. Ad. Fr.* II. 108. D. 10. P. 14. V. 9. A. 26. C. 19.

Corpus Rutili figura, colore, magnitudine, naribus, membrana branchiostega &c. Dentes in utraque maxilla crassi, paralleli; approximati; molaribus canis similes, tridentalii, intermedio majore, numero in superiore 6, in inferiore 8, præter integrum.

## ADDITIONAL.

interiores: Linqua glabra. Opercula colore aureo. Pinna dorsalis radiis 10 mollibus, in medio fere dorsi; pectorales radiis 14: Ventralis radiis 9: Analis radiis 26: Caudalis radiis 19, bifurca acuta. „Ob dentes“, ait Linnæus, „singularis, Sparis similis; sed facies & membrana branchiostega omnino Cyprini, pinnum adiposum non vidi.“ Gmelinus illum ad Salmoneum Denticem reduxit. L. S. N. reform. p. 1384.

*Salmo dentex. Hasselquist in Itiner. 457?*

62. CYPRINUS, *pelagicus*. *Osbekii Itiner. p. 400.*

Pinna dorsalis longitudinalis in medio humilior radiis 36. Pectorales radiis 15: Ventrals radiis 6: Ani 28, & pinna bifurca ani radiis 22. Iris aurea. Rictus ovalis. Corpus valde angustum, albicans, squamis minutis vestitum. An ex genere cyprini?

63. CYPRINUS, *cultratus*, pinna ani radiis 30; linea laterali declinata; ventre acutissimo. L. S. N. p. 531. Iter Scan. tab. 2. Suec. Skärknif. D. 8. P. 16. V. 8. A. 30. C. 19.

Cyprinus, *cultratus*, pinna dorsi anali opposita. Die Ziege. Bloch N. F. D. I. p. 255. tab. 37. Br. 3. P. 15. V. 9. A. 30. C. 19. D. 9.

Lucius n. 2. Die Ziege. Kleinii M. V. p. 74. tab. 20. fig. 3.

## Varietas.

α. Lucius n. 3. corpore tenui, duarum & dimidiae spithame longo; 8 vel 9 pollices lato; squamis ad cervicem atro-cæruleis, ulterius fuscis, in lateribus argentatis, latis, tenuibus, facile deciduis; capite quoque lateraliter presso; circa cervicem in gutture teres; ore edentulo; inferiori mandibula acclivi longiore, superiore in falcem messoriam curvata, curvitate deorsum spectante; dorso cum cauda in linea recta fere æquali; pinnis sex; branchialibus cineritiis; reliquis ex rubro & cæruleo colore permixtis, cauda bifurca. Sichel, Sichling? Kleinii M. V. p. 74. n. 3.

Cyprinus pinna ani ossiculis 30, maxilla inferiore longiore incurva; pinnis pectoralibus longissimis, ventralium ba-

## ADDITAMENTUM.

fin tangentibus. Austriacis Sichling. Krameri elench. 392. D. 10. P. 15. V. 9. A. 30. C. 34.

Maxilla supera brevior, emarginata. Oculi omnium maximi P. C. forcipata.

Sablar *Marsiglii*, p. 21, tab. 8.

*Species adhuc dubiae.*

64. CYPRINUS. *Mummy - Chog.* Pennant Arct. Zool. Suppl. 149.

Corpus breve, crassum, æquali crassitie, usque caudam, quæ lata & quadragula est. Squamæ argenteæ. Longitudo spithamalis.

65. CYPRINUS, *minutus*. Pennant. Arct. Zool. Suppl. 149.

Membrana branchiostega duobus ossiculis sustentata. Oculi prominentes ad angula oris siti. Linea lateralis in medio incurvata. Cauda bifurca. Dorsum subfuscum. Lateta argentea. Longitudo fere duarum unciarum cum dimidio.

66. CYPRINUS, *Graining*, Pennant. br. zool. III. 367.

Similis est Cyprino Leucisco sed angustior & in dorso rectior. Longitudo ut plurimum  $7\frac{1}{2}$  unciarum. Latitudo ad longitudinem ut 1 ad 5. Color dorsi argenteus ad cœruleum vergens; Oculi pinnarum ventralium & analis ruber, sed pallidior ut in C. Leucisco. Pinnæ pectorales magis rubent.

67. CYPRINUS, *Esa*, *White Bait*. Pennant. br. zool. III. 371. tab. 69.

Cyprino Alburno affinis. Corpus lanceolatum duarum unciarum longitudine. Maxilla infera longior. Iris argentea. Pupilla nigra. Pinna dorsalis capiti propior, radiis 14. Linea lateralis recta. Cauda bifurca ad extremitatem nigra. Ascendit gregatim in flumen Iamensin mense Julio.

Ignotos quosdam pisces generi Cyprini *Christophorus Hammer* in Historia naturali Norwegica, Danice conscripta p. 89 absque characteribus specificis nominatim subjunxit.

N. 399. *Veclerbug*, *Aarbug*, Piscis suavis, & sapidus; facie Cyprini Alburni, sed multo major, pinnis & oculis cinereis,

**IV. CLUPEA.**

*Membrana Branchioflegra* octo utrinque ossicula continent.

*Venter* admodum acutus, seu ex singulari squama-pag. 7.  
rum situ quasi ferratus.

*Pinna* dorfi paullo propior rostro quam Ventrals. (\*)

E 3

I. CLU-

**ADDITIONALMEN TUM.**

N. 400. *Syrenes*. Piscis albus, squamis candidis. Ceterum similis est Cyprino Alburno magno.

N. 402. *Blaaspurw*. Piscis suavi sapore, squamis cæruleis & abdomen concolore.

(\*) *Character generis Clupeae.*

**LINNÆI:** Caput maxillarum superiorum mystacibus serratis. Membr. branch. radiis 8. branchiæ interne setaceæ. Abdominis carina ferrata. Pinnæ ventrales sæpe novem radiatæ.

**GRONOVII:** Corpus oblongum, cathetoplateum, squamis latis, deciduis imbricatis. Abdomen inter pinnas pectorales & ventrales squamis singularibus loricatum et ferratum. Caput cathetoplateum, alepidotum, inerme. Os in apice capitis. Dentes minutissimi in maxillis, palato et lingua. Opercula nuda ossea. Membr. branch. maxima pro parte operculis contenta, expansilis, ossiculis utrinque 8. Pinnæ inermes 7. Dorsalis unica in medio dorso, ventralibus opposita, haud magna: Ventrals in imo abdome, medio inter pectorales & pinnam ani sitæ. *Zooph.* p. 111.

**BLOCHII:** Linea ferrata in imo ventre, e duris squamis curvatis composita. *N. F. D. I.* 184.

**GOÜANI**, Corpus linearis-lanceolatum, cathetoplateum, squamosum; squamis imbricatis, deciduis. Caput mediocre, alepitodum, cathetoplateum. Maxillæ inæquales, extractiles; superior ad marginem posticum ferrata. Dentes minimi, conferti, æquales & similes, acerosi: Lingua subacuta, denticulata. Opercula branch. lavia, triphylla. Membrana branch. lateralis & gularis operculata. Dorsum & abdomen carinata: abdo-

- I. CLUPEA, *maxilla inferiore longiore, maculis nigris carens.*  
*Art. Syn. 14. Spec. 31. (a)*  
*Harengus & Chalcis Auctorum, Herring & Hering*  
*Anglis. Germanis, Belgis.*

Hareng

## ADDITIONALMEN.TUM.

abdominis carina ferrata. Branchiae operculatae, quarum tres anteriores intus pectinatae sunt. Linea lateralis suprema, dorso paralela. Pinna dorsalis solitaria, aequilibris, subtriangularis. Pectorales infimae, acutiusculae: Ventrals abdominales, dorsali oppositae. Pinna ani pone aequilibrium, declinata: Caudalis bifida distincta aut anali connexa. *Hist. pisicum* 199.

(a) I. Clupea, *Harengus*, immaculata, maxilla inferiore longiore. *L. S. N.* 522. *D.* 18. *P.* 18. *V.* 9. *A.* 17. *C.* 18.

Clupea, *Harengus*, maxilla inferiore longiore; piana ani radiis 17. *Der Hering. Bloch N. F. D.* I. 186. tab. 29. fig. 1. *Br.* 8. *P.* 18. *V.* 9. *A.* 17. *C.* 18. *D.* 18.

*The British Herring Pennant br. zool.* III. 335. tab. 68. *D.* 17. *P.* 17. *A.* 14. Carina abdominis vix ferrata & mollis est.

## Varietas.

α. Clupea *Pilchardus*, corpore minus compresso pinna dorsali aequilibri; Squamis non deciduis. *W.*

*The Pilchard. Pennant. br. zool.* III. 343. tab. 68. n. 161.

Hic pisces summatim similis est Harengo; sed quibusdam signis propriis differt; neinpe corpore breviore, minus compresso; rostro breviore, resimo; maxilla infera breviore; dorso magis elevato; abdome minus acuto; pinna dorsali exacte aequilibri & denique squamis laticribus fixis.

*Harengus minor* sive *Pilchardus. Willugby.* p. 223. tab. *P.* 1. fig. 1.

Descriptionem fusam partium externalium & internalium dedit.

β. Clupea. *Sirm*, maxilla inferiore longiore; corpore triplicari, macula aurea pone oculos. *Forskal.* I. c. XVII. *Br.* 8. *D.* 19. *P.* 16. *V.* 8. *A.* 17. *C.* 18.

- Hareng* hodie *Gallis*. Suecis minores natu appellantur *Strömmung* & *Hering*, maiores vero *Sill* audiunt.  
 Vertebræ 56. Appendices pylori 17.  
 Denticuli exigui in utraque maxilla, lingua et palato.  
**2.** CLUPEA *quadriuncialis*, *maxilla inferiore longiore*, *ventre acutissimo*. Art. spec. 33. Syn. 17. (b)  
*Spratti*. Ray p. 105.  
*Spratt* Anglis. *Hwasbuk* Suecis.  
 Vertebræ 48. tantum.  
 Cuspis squammarum ventris acutior est, quam in *hareng*, scilicet angulum trianguli acutanguli efficit; in *Harengis* vero angulum trianguli æquilateri vel quadranguli fere repræsentat.  
**3.** CLUPEA *apice maxillæ superioris bifido*, *maculis nigris utrinque* Art. Syn. 15. Spec. 34. (c)  
*Clupea*, *Alosa*, *Alausa* & *Thrissa* Auditorum. *A shad* Anglis.  
 Maxilla inferior paullo longior superiore. Denticuli in superiore tantum maxilla.  
 Vertebræ 55. Costæ utrinque 30.

Squa-

## ADDITAMENTUM.

(b) **2.** Clupea, *Sprattus*, pinna dorsali radiis 13. L. S. N. 523. Mus. Ad. Fr. II. p. 105. D. 17. P. 16. V. 6. A. 19. C....  
 Abdominis futura acutissima. Pinnae caudæ radii difficilime numerantur.

Clupea, *Sprattus*, maxilla inferiore longiore; pinna ani radiis 19. Der Breitling. Bloch N. F. D. p. 206, tab. 29, fig. 2. Br. 8. P. 16. V. 6. A. 19. C. 18. D. 17.

(c) **3.** Clupea, *Alosa*, lateribus nigro maculatis; rostro bifido. L. S. N. 523. Mus. Ad. Fr. II. 105. D. 19. P. 15. V. 9. A. 11. C. 19. vel. 22.

Clupea, *Alosa*, maxilla superiore in apice crenata. Die Alse. Bloch N. F. D. p. 209. tab. 30 fig. 1. Br. 8. P. 15. V. 9. A. 23. C. 18. D. 19.

The Shad. Pennant br. zool. III. 348. tab. 69.

Squamæ ventris aculeatæ, numero 35, 36 ad 37.  
 Maculæ nigræ 4, 5, 6 vel 7, utrinque ad latera dorsi.  
 Appendices pylori 80. circiter.

**4. CLUPEA maxilla superiore longiore. Art. Syn. 17. (d)**  
*Encra-*

---

ADDITIONALMEN.TUM.

(d) 4. Clupea, *Encrasicolus*, maxilla superiore longiore.  
*L. S. N. 523.*

Clupea, *Encrasicolus*, maxilla superiore prominente.  
*Der Anjovis. Bloch N. F. D. I. p. 212. tab. 30. fig 2. Br. 12.*  
*P. 15. V. 7. A. 18. C. 18. D. 14.*

*The Anchovy. Pennant. br. zool. III. 347. tab. 67.*

Clupea, *Encrasicolus*, maxilla superiore longiore; cor-  
 pore argenteo, supra cæruleo. *Brünnich ichthyol. p. 83. Br.*  
*12. D. 15. P. 16. V. 7. A. 15. C. 19.*

5. CLUPEA, (*hepsetoides*) maxilla superiore longiore;  
 fascia laterali argentea *Brünnichii ichth. p. 101. Br. 8. D. 14.*  
*P. 14. V. . . . A. 24. C. 19.*

Facie & figura Clupeæ Encrasioli & falcia lateralí argen-  
 tea Antherinæ Hepseto similis est. A primo differt numero ra-  
 diorum & ab altero capitís structura.

6. CLUPEA, *Sinenis*, radio extimo membranæ bran-  
 chioflegæ postice truncato. *L. S. N. 525. D. 16. P. 16. V.*  
*8. A. 16. C. . . .*

7. CLUPEA, *cyprinoides*, radio ultimo pinnæ dorsalis  
 elongato; abdomine obtuso. *Broussonet ichthyol. Fasc. I. Br.*

*22. D. 17. P. 15. V. 10. A. 25. C.  $\frac{5-5}{30}$ .*

Corpus compressum, oblongum. Dorsum subrectum  
 convexum. Abdomen subrectum ante convexum pone obtu-  
 se corinatum. Linea lateralis vix suprema deflexa, ad caudam  
 media. Anus pone medium corpus. Maxilla inferior paulo  
 longior. Maxilla superior inferiore latior, obtusa. Oculi am-  
 pli. Iris argentea. Pinna dorsalis subfalcata, radio ultimo lon-  
 gissimo flexili ultra finem baseos pinnæ analis extensa &c.

*Encrasicholus* Auctorum. *Anchovies*, Suecis, Anglis &c.  
Vertebræ 45 ad 46.

V. AR-

## ADDITAMENTUM.

8. CLUPEA, *tropica*, cauda cuneiformi. L. S. N. 524.  
Osbeck itin. 393. Br. 7. D. 26. P. 17. V. 6. A. 26. C. 20.

Caput truncatum. Dentes una serie minuti, acuti. Maxilla infera longior. Oculi rostro propiores. Opercula diphyllo, squamosa. Corpus compressum, latum albis squamis vestitum, abdomine ferrato. Linea lateralis recta, suprema. P. D. semilongitudinalis. P. A. dorsali æqualis & opposita, P. C. cuneata.

9. CLUPEA, *Triffa*, pinna ani radiis 28; dorsalis radio postremo setaceo longo. L. S. N. 524. B. 5. D. 14. P. 13. V. 8. A. 28. C. 21.

Clupea, *Triffa*, *Broussonet. ichth.* Fasc. I. tab. Br. 5. D. 20. P. 16. V. 8. A. 22 - 24 - 25. C.  $\frac{5-5}{28}$ .

Clupea, *Triffa. Japanse Haring. Houtruyn. Act. Harlem.* XXII. Br. 7. D. 16. P. 15. V. 8. A. 25. C. 22.

Figura corporis Cyprino magis quam Harengo similis, attamen ob acute carinatum ferratumque abdomen ad Clupeæ genus referenda. P. dorsalis radius ultimus setaceus ad duas uncias elongatus. Corpus squamis jam casis, argenteum, in dorso subfuscum ibidemque punctis fuscis ordinatis eleganter ornatum erat. Longitud. 5 unciarum.

10. Clupea, *Atherinoides*, linea laterali argentea. L. S. N. 523. Br. 12. D. 12. P. 14. V. 8. A. 32. C. 18.

Proxime accedit Clupeæ hepsetoidi, a qua numero radiorum pinnarum differt.

11. CLUPEA, *setirostris*, (ossibus lateralibus maxillæ superioris setaceis, pinna anali 32 radiata.) *Broussonet. ichth.* Fasc. I. Br. 10. D. 13. P. 14. V. 7. A. 32. C.  $\frac{3-3}{20}$ .

## ADDITAMENTUM.

## Varietas.

*a. Clupea, Bælama* An Eucrasiculus? *Forskål. Descr. anim.* p. 72. Br. 11. D. 14. P. 13? V. 7. A. 32. C. 18.

Corpus lanceolatum, digito longius, digitum latum, alatum, compressum, argenteum; dorso fusco. P. V. & A. albidis: D. & C. glaucis. P. C. bipartita. P. D. incipit a fine basos ventralis & ejus basis finitur e regione ani. L. later, rectissima trans medium corpus. Squamæ trilobæ, magnæ deciduae. Labium superius longum obtusum, breve, conicum, fuscescens; annulo, versus apicem ambiente, impresso, hyalino. Vertex utrinque deflexus, tecti instar, carina media obtusa. Oculi iride rubra. Venter usque ad anum squamis carinatis scaber. Radii membranæ branchiostegæ transversi, æquales, pinnam linearem constituentes rectam a gula ad pectus. Habitat in mari rubro. Ab Arabicus *Læaf* vel *Bælama* ab aliis *Sardin* nominatur.

**12. CLUPEA, Dorab.** sive *Dentex* pinnis ventralibus minutis; labio superiori dentibus porrectis, bicorni; inferiori longiori, dentibus validioribus, erectis. *Forskål descr. an.* p. 72. Br. 8. D. 17. P. 14. V. 7. A. 34.

Corpus lineare, argenteum, dorso fuscum. Labium superius non protractile, recte protrasum. Dentes protensi, remoti, inæquales; duo medii majores, acutissimi. Labium inferius longius, magis dentatum; dentibus erectis, utroque late re senis, mediis sensim majoribus, subulatis. Iris argentea. Opercula nuda, striato rivulata. Color totus argenteus; dorsum supra nitidum, cæruleum. L. lat. recta obsoleta. P. D. caudæ propior, ano opposita. Dorsum parum gibbum. Cauda descendens. Abdomen rectum, acuminatum, ciliatum. P. V. in pisce cubitali unguem longæ. P. P. ala membranacea, lanceolata; radius primus validus. P. D. & A. membrana utrinque erecta. P. C. bifida ad basin.

**13. CLUPEA, sima,** pinnis flavis; ventralibus minutissimis, *L. S. N.* 524. Br. 6. D. 17. P.  $\frac{1}{2}$ . V.  $\frac{1}{6}$ . A. 53. C. 18.

Os simum; Maxilla superior brevissima, apice truncata. Corpus argenteum. Abdomen carinato-serratum. Lacuna inter

## ADDITAMENTUM.

inter oculos. Pinnæ flavæ; ventrales adeo parvæ, ut vix conspicuæ sint. Hunc pisceum cuim Salmone Gasteropelo suo in unam speciem contulit *Pallasius*, *Spic.* 8.

14. CLUPEA, *Myctus*, corpore ensiformi; pinna ani & caudæ coadunatæ. *L. S. N.* 524. *Mus. Ad. Fr.* II. p. 106. *D.* 12. *P.* 18. *V.* 6. *A.* 84. *C.* 11.

Caput. Maxilla superior paulo longior; lateribus utrinque exit in ensem, altero margine retrorsum serrata. Branchiarium interiora constituunt linguam ciliatam. Membrana branchi radiis 9. Corpus malacopterygium, nudum, album, compressum figura cultri. Abdomen totum carina retrorsum serrato-spinosum. Pinna dorsalis radiis 12 mollibus, lanceolata-situ antice in medio supra abdomen: Pectorales radiis 18 longitudine totius abdominis: Ventrals radiis sex: Analis radiis 84 circiter, longitudine caudæ, quæ corpore longior, subtus definens in membranam: caudalis radiis 11 circiter. Confer descriptionem cuim icone adjecta in *Amoen. acad.* IV. 252. tab. 3.

15. CLUPEA *Haumela*, lanceolata, nuda, pinnis ventralibus & ani nullis; dorsali per totum dorsum extensa: cauda linearis, apterigia. *Forskålii descr. anim.* 72. *Br.* 6. *D.* 133. *P.* 12, *V.* o. *A.* 82. spinulæ.

Corpus sine squamis, argenteum, versus dorsum compressum. Maxilla inferior longior. Dentes subulato-compressi, remoti, validi, perpendicularares. Opercula nuda; pone utroque margine excisa, apice hyalina. Linea lat. incurva abdomini parallela. Cauda compressa, linearis, pinna nulla. Anus medius. Pinnæ pectoralis basis ante apicem operculi. P. D. longitudinalis, colore glauco & ocello oblongo fusco, intusque argenteo. Post anum pinna nulla, sed aculei 82 in cute reconditi digito antrorsum moto sentiendi. Longitudo unius ulnæ & latitudo 5 pollicum.

*Species aliorum locatae.*

Clupea *Sternicla* nullis pinnis ventralibus *L. S. N.* 524. Vide Gasteropelecum inter Nova genera.

Clupea, *villosa*, linea laterali prominula hirta *Olaffsenii*. Vide Salmoneum arcticum.

pag. 8. V. *ARGENTINA.**Membrana Branchiostega. ....**Corpus oblongum, subteres:**Dentes in lingua & palato. (\*)*

I. ARGENTINA. *Art. Syn. 17. vid. Rondel. I. 5. c. 2. p. 227. Will. p. 229. Ray p. 108. (a)*

Cor-

## ADDITAMENTUM.

(\*) *Character generis Argentinae.*

LINNÆI. Dentes in maxillis et lingua. Membrana branchialis radiis 8. Anus caudæ vicinus. Pinnæ ventrales multiradiatæ. L. S. N. 578.

GRONOVII. Corpus cathetoplateum, alepidotum, gracile, teres. Linea lat. recta in mediis lateribus. Anus caudæ propior. Cutis alepitoda. Caput cathetoplateum, subacutum, alepidotum. Os amplum in apice capitis. Dentes in maxillis minutissimi, vix conspicui. Opercula ossea, nuda. Maxilla inferior angusta, acuminata. Membr. branch. officulis 8 instructa, ab operculis haud coniecta. Pinnæ inermes 7. In dorso medio unica parva: Ventrals, medio inter pectorales & analem exiguae. *Zooph. p. 112.*

FORSTERI: Corpus tereti-oblongum. Caput rostratum corpore latius. Anus caudæ vicinus. P. V. multiradiatæ. P. spuria lumbaris. M. B. 8. *Enchirid. h. n. 87.*

SCOPOLI. Corpus gracile, modice compressum. Vitta longitudinalis argentea. Vesica aërea argento foliato resplendens. Dentes maxillares minimi. Membr. branch. officulis 8. Pinnæ inermes 7. *Introd. ad hist. nat. 451.*

BRÜNNICHII: Pinna dorsi postica adiposa. Lingua dentata. Corpus nudum. *Fundamenta zool. 140.*

(a) I. Argentina, *Sphyraena*, pinna ani radiis 15. L. S. N. D. 10. P. 14. V. 11. A. 9. C. ....

Argentina, *Sphyraena*, pinna dorsali postica spuria; lingua dentata: tænia longitudinali et vesicula aërea argentea. *Brunichii ichth. p. 79. Br. 6. D. 10. P. 14. V. 11. A. 13. C. 19.*  
Corpus

*Corpus oblongum, subteres, Sphyrænæ admodum simile. Rostrum longum; Os modicum.*

*Color corporis argenteus, ad dorsum obscurior.*

*Dentes 6 vel 8 in apice linguæ, ut & in palato.*

F 3

Oculi

### ADDITAMENTUM.

*Corpus angustatum, subteres, latera leviter compressa. Caput nudum, supra planum; ante oculos angustius. Os obtusum; mandibulæ depresso, obtuso; inferior edentula, superior dentibus minutissimis vix observandis aspera. Lingua angusta, dentibus 5 vel 6 validis hamatis instructa. Pinnæ omnes parvæ; caudalis bifida. In dorso ante caudam pinna cartilaginea spuria, parva. Abdomen subtus per totam longitudinem sulco magno subtus canaliculatum. Iris alba. Operculum argenteum. Corpus pallidum vitta longitudinali, lata, argentea per latera ducta. Anus postice. Magnitudo spithamæ. Vesicula aërea velut argento foliato resplendens, manus ad contactum argento quasi obducit. Ad salmonum genus potius referendus est. Ad salmonem argentini proxime accedit.*

2. *ARGENTINA, glossodonta, lingua basi tuberculis osseis dentata* (pinna ani radiis 8.) *Forskål descr. anim. p. 68. Br.*

**13. D. 16. Suec. 18. P. 19. V. 10-11. A. 8. C. 20.**

*Corpus lineari-lanceolatum. Color argenteus: Dorsum obscurius: Venter albus: pinnæ glaucae. Caput compressum, attenuatum, nudum. Maxilla superior longior, apice conica, annulo nigro. Dentes in utriusque maxillæ margine setacei confertissimi, parvi, rufescentes. In palato anteriore dentes setacei, numerosi: medium palati nudum: in fundo dentes molares hemispherici, albi, validi multi, in tres ordines digesti: in parte linguæ his dentibus subjacente ejusmodi dentes plurimi. . . . Iris argentea. Opercula nuda; anteriora linea longitudinali elata, undulata, pone in medio rugosa, margine postico emarginata. . . . Squamæ latæ, rotundatae, quarum juncturæ vittis longitudinalibus, obscurioribus a latere. Linea lat. rectissima, dorso propior. Pinna dorsi in medio dorsi, radiis utrin-*

Oculi grandes: Irides argenteæ.

Pinnæ in medio fere dorso ossiculorum 10. Pectorales 14. Ventrales ex adverso dorsalis, ossiculorum II. Ani 9. Cauda bifurca.

Anus

ADDITIONALIA.

utrinque alatis; pone ad basin glandula sphærica albida, magna unisulcata. P. P. in loco humili ac veluti impresso reconditæ. P. V. sitæ sub basi dorsalis, remotæ et supra eas appendix membranaceus, triquetro lanceolatus. P. C. bifida, intersticiis squamatis. Anus ad apicem pinnarum ventralium, duplo remotior a pinna anali.

3. ARGENTINA, *carolina*, pinna ani radiis 15. L. S. N. 519. Br. 28. D. 25. P. 16. V. 12. A. 15. C. 31.

Opercula futura longitudinali. Linea lat. recta. Cauda bifurca.

*Harengus minor bahamensis* *Catesby* II. tab. 24.

4. ARGENTINA, *Machnata*, linearis-lanceolata; membranæ branchialis ultra 30 radios. *Forskål descript. anim.* p. 68. D.  $\frac{4}{24}$ . P. 17. V. 15. A.  $\frac{3}{7}$ . C. 18.

Corpus Clupeæ simile, abdome obtuso, rotundato. Caput latitudine corporis, supra horizontale, subtus surgens. Dentes subtilissimi, numerosi, scabritiem referentes, tantum in maxillis, palato, linguæ medio & basi. Labium superius brevius, recte protensum, in medio non protractile; ossibus lateralibus longis, mobilibus lanceolatis, ad imum usque marginem dentato-scabris, membrana dilatabili annexis; adeo, ut eorum ope rectus valde dilatetur. Labii inferioris latera carina media longitudinali, valida, obtusa. Inter duas max. inf. ossiculum utrinque lanceoletum, utroque latere membrana peculiariter affixum, pone supra membranæ branchialis apicem prominens, osse sepiæ simile; quale in aliis non vidi piscium generibus. Nares utrinque duplices medie inter oculos & rostrum contiguae; posteriores longe maiores oblongæ, anterius rotundatae. Oculi grandes, vertice contigui; iride argentea. Opercula

Anus caudæ admodum vicinus. Ventriculus nigricans. Appendices pylori 6 ad 7. Vesica aërea utrinque conica, coloris argentei politissimi.

Locus: Mare Inferum ad Romam &c.

## *VI. EXO-*

### **ADDITIONAL.**

cula nuda, integerrima, striis elevatis, pone membrana lata striata, humiliore appendiculata. Vertex planus, sulco latissimo, pone latiore, ovato inter duas carinas obtusas, juxta oculos oblique striatus. Dorsum & abdomen pari crassitie, lateribus paralelis. Linea lat. parva, supra medium corpus; juxta caput parum descendens, inde rectissima. Squamæ mediocres, integræ, striatæ. Color pisces argenteus, dorso obscuriore, cærulecente. P. D. A. & C glaucæ: P. A. & C. subtus flavescentes: P. D. & A. membrana erecta utrinque fertæ. Earum pars anterior duplo elatior, triangularis; posterior humilior, linearis, tota inter membranas recondenda. Radii eorum spinosi, filiformes, subflexiles arctissime adhaerentes radio sequenti. P. pect. & ani flavescentes, pone albidae, ovato-acutæ, ejusdem magnitudinis; radio primo inermi, valido; auctæ appendice membranaceo lanceolato majori. Situs P. D. in medio dorso. V. ante D. P. A. proprior P. C. quam ventralibus. P. C. valde bifida latere inferiore flavescens, lobis lanceolatis. Longitudo  $2\frac{1}{2}$  spithamarum & altitudo 2 pollicum.

Novum genus esse mihi videtur.

### *Species adhuc dubia.*

5. ARGENTINA, *Pennanti*, lineis duabus punctatis inferne ad abdomen insignata. *W.*

*The Sheppy Argentine.* *Pennant br. zool.* III. 327.  
tab. 65.

Pisculus, biuncialis, lineari-lanceolatus; superne obscure viridis, ad latera splendide argentatus; inferne utrinque una serie longa, & super istam alia breviore punctorum rotundorum nitidorum ornatus. Oculi magni iride argentea. Maxilla infera longior ante superam oblique ascendens. Linea lateralis media & rectissima.

*VI. EXOCOETUS.*

*Membrana Branchiostega* decem ossicula utrinque continet, quorum tria lata sunt, & ab operculis branchiarum tecta. Omnia numeratu difficultia.

*Pinnæ Pectorales longissimæ:* Dorsalis unica, magis ad posteriorem dorsi partem sita. *Squamæ magnæ.* (\*)

I. EXO-

**ADDITIONAL.**

(\*) *Character generis Exocoeti.*

**LINNÆI:** Caput squamosum. Os edentulum, maxillis utroque latere connexis. Membrana branch. radiis 10. Corpus albicans. Abdomen angulatum. Pinnæ pectorales maximæ, volatiles, radiis antice carinatis. *L. S. N.* 520.

**BRUNNICHII:** Caput squamosum, rostratum. Maxillæ imperforatæ, Pinna dorsi unica. Opercula patula. Os dentatum. Pinnæ pectorales longissimæ. *Zool fundam.* p. 140.

**GRONOVII:** Corpus cathetoplateum, oblongum; squamis mollibus amplis, deciduis imbricatum obtectum. Anus in medio corpore. Caput omnino squamis obtectum, inermæ, trigono-cathetoplateum, subtus carinatum, antice subacutum. Membrana branchiostegæ sub operculis latitans, expansili, ossiculis utrinque 10. Pinnæ inermes 7; dorsalis & analis in extremo dorso sitæ, invicem oppositæ; pectorales latissimæ, trunci longitudinem ferme subæquantes, volatui adaptatæ. Caudæ lobus inferior superiore longior. *Zooph.* p. 116.

**SCOPOLI:** Maxillæ elongatæ. Os edentatum. Caput transversim sulcatum. Membrana branch. ossiculis 10. Pinnæ pectorales maximæ, volatui aptæ. *Intr. ad h. n.* p. 454.

**FORSTERI:** Corpus oblongum, argenteum. Caput subtrigonum, squamosum. Maxillæ edentulæ, utroque latere convexæ. P. P. supremæ, longitudine trunci; radiis antice carinatis. P. D. lumbaris M. B. 10. *Enchirid.* 87.

**GOÜANI:** Corpus oblongum, squamosum, antice angulatum; postice teres, acuminatum. Caput parvum subtrigonum cathetoplateum, fronte plagioplatea squamosum. Rictus mini-

I. EXOCOETUS. *Art. Syn. 18. Spec. 35. (b)*  
*Mugil alatus. Rondel. Gesneri. Will. p. 233.*

Pefce

## ADDITAMENTUM.

minimus, obliquus, terminalis. Maxillæ extractiles, æquales; inferior acuta, superior truncata, fornicata. Dentes vix conspicui, granulosi. Lingua glabra, vaginata. Oculi supremi, maximi. . . Opercula br. alepidota rotundata, monophylla. Membrana br. gularis semipatens 10 radiata, trista nuchæ & dorsi elevata. Linea later. infima, ventri paralela. Anus caudæ propior. Pinnæ pectorales longissimæ, submediæ. Pinna caudæ biloba, lobo inferiore majore &c.

(b) 1. EXOCOETUS, *volitans*, abdomine utrinque carinato. L. S. N. 520. D. 14. P. 15. V. 6. A. 13. C. 15.

Exocoetus pinnis ventralibus longioribus; abdomine utrinque carinato. *Gron. zooph.* n. 359.

The winged Flying Fish. *Pennant zool. br.* III. 333. tab. 67.

Clupea Harengo similis respectu corporis. Dorsum planum. Squamæ magnæ, argenteæ. Pinna dorsalis angusta, caudæ proxima. Pinnæ pectorales, volatiles trunci longitudine, fere æquales. Cauda bifurca.

2. EXOCOETUS, *evolans*, abdomine tereti. L. S. N. 52.

Exocoetus pinnis ventralibus brevissimis; abdominis carinis lateralibus nullis maxilla inferiore longiore. *Gronov. zooph.* n. 358.

Caput cathetoplateum, triquetrum, omnino squamiosum. Maxilla superior truncata, immobilis, brevissima; inferior multo longior, acuminato- rotundata. Opercula branch. squamosa, plana. . . Oculi summi, rostro propiores, magni. Truncus vix cathetoplateus. . . Pinnæ pector. prælongæ. Pinnæ ventrales parvæ, medio inter opercula & pinnam ani locatæ. Pinna dorsi et ani sibi oppositæ, humiles, prope ad caudam sitæ. Pinna caudæ bifurca, lobo inferiore duplo longiore & latiore quam superior. Longitudo 4 unciarum.

Artedi Genera.

G

Hi-

*Pesce Rondine, Italis. Flying Fish. Anglis.*

*Locus Arcadia & littus Galliae. Rond.*

Squamæ grandes ut Mugilis, quem etiam figura immitatur. Corpus & Caput *cathetoplatea*. Rostrum subacutum. Maxilla inferior, aperto ore, paullo longior. Oculi cute non tecti.

pag. 9.

Os parvum, prorsus *edentulum*. Lingua gracilis. Pinna in extremo dorso, ossiculorum 13 mollium. Pectorales longissimæ ad caudam fere pertingentes, ossiculorum 16 articulatorum, seu nodosorum & valde ramosorum. Ventrals pro more longiores, ossiculorum 6 ramosorum. Pinna Ani parva officulis 11. Cauda multum bifurca, ossiculorum 15. vel 19. pars inferior longior.

Anus non longe à cauda. Venter planus.

Appendices pylori *nullae*. Intestinum simplex, à gula scilicet ad anum, recta tendens. Vesica aërea

#### ADDITIONALMEN TUM.

*Hirundo. The Flyingfish. Catesby II. tab. 8.*

Parvum os edentulum. Corpus teres. Pinnae pectorales longissimæ & latissimæ. Pinna dorsalis minor posticam dorsi partem occupat, sub qua ad ventrem quarta conspicitur. Cauda lata atque bifurca. Squamæ halecis referunt squamas, coloris tamen sunt saturationis.

Pinnae ventrales neque in descriptione neque in iconē indicavit.

3. *EXOCETUS, exiliens*, pinnis ventralibus, caudam attingentibus. *L. Mantissa altera.* D. 10. P. 15. V. 6. A. 11. C. 20.

Corpus digito vix longius, non argenteum. Pinnae pallidæ, fascia una alterave nigricante notatae. P. V. apice pinnam caudæ attingunt. Pinnae caudalis lobus inferus longior supero.

*Der Springfisch. Mülleri L. S. N. Suppl. 209.*

rea tenuis, dorso adnexa. Locus: Mare Mediterraneum. (\*)

2. PISCICULUS *Anguella Venetiis dicitus.* Will. p. 209.  
Ray p. 79. (c)

G 2

Corpus

## ADDITAMENTUM.

(\*) *Charakter generis Atherinae.*

LINNAEI: Maxilla superiore planiuscula. Membrana branch. radiis 6. Corpus fascia laterali argentea. L. S. N. 519.

SCOPOLI: Os magnum. Dentes maxillares. Fascia longitudinalis argentea. Pinnæ octo inermes. Intr. ad. h. n. p. 455.

BRÜNNICHII. Pinna dorsi duplex; fascia lateralis argentea. Zool. fundam. p. 140.

GRONOVII: Corpus cathetoplateum, oblongiusculum, inerme, gracile, squamosum. Linea later. vix conspicua, recta, integrerrima, in mediis lateribus. Dorsum rectum. Anus in medio corporis. Caput cathetoplateum; alepidotum, inerme, superne planiusculum, antice subacutum. Os in apice capitis. Dentes in maxillis. Membrana branch. ossiculis utrinque suffulta. Pinnæ inermes 8; in dorso duæ; Ventrals capiti propiores, quam pinna dorsalis anterior. Zooph. p. 130.

FORSTERI: Corpus oblongum. Caput mediocre, maxilla superiore planiuscula. Labia denticulata. Linea later. fasciata, argentea. M. B. 6. Enchirid. 87.

(c) 1. *Atherina. Artedi syn.* p. 146.

*Atherina, Hepsetus*, pinna ani sere 12. L. S. N. 519. Mus. Ad. Fr. II. 103. D. 8. 12. P. 13. V. 5. A. 16. C. 17.

Os edentulum. Membrana branch. radiis 6. Corpus magnitudine & figura Leucisci pellucidum. Fascia lata argentea ab oculis ad caudam.

*Atherina, Hepsetus. Hasselquist itiner.* p. 425. D. 8. 11. P. 12. V. 6. A. 13. C. 20.

Caput & corpus compressa. Caput superius plagioplateo-angulatum. Dorsum convexum, crassum, rectum; aquale. Abdomen paulo angustius. Latera perpendiculararia. Maxilla superior

Corpus squamofum, oblongum, gracile, pellucidum, coloris argentei. Cauda bifurca. *Os amplum*, sursum spectans.

Maculæ

## ADDITIONAL.

perior protractilis: inferior antice crassa, postice lata. Rostrum obtusum. Rictus superus, adscendens. Denticuli minutissimi in utraque maxilla. Oculi magni infra verticem. Iris argentea. Pupilla nigra. Opercula branch. rotundato-angulata, squamosa. Membrana branch. ossiculis 6. Branchia prima intus pectiniformis. Linea lateralis recta dorso paulo propior, nigricans, subter quam fascia argentea usque ad caudam extenditur. Linea nigra punctata longitudinalis illam excipit. Pinnæ ventrales anno propiores locatæ. Cauda parum bifurca. Dorsum fuscum, punctis nigris in areolas dispositis ornatum. Latera & abdomen argentea. Pinnæ albescunt. Longitudo spithamalis.

*The Atherine.* Pennant br. zool. III 328. tab. 65.

Corpus semipellucidum, argenteum, flavescens. Dorsum rectum. Abdomen parum prominens. Linea later. recta, & sub illa series punctorum nigrorum. P. C. bifurca.

*Pisculus Anguella.* Osbeck in Nov. Act. N. O. tom IV. 103. Br. 5. D. 7. 12. P. 14. V. 5. A. 16. C. ....

Totum corpus pellucidum præter lineam lateralem obscurum. Caput parvum, supra punctis nigris numerosis, minimis. Maxilla inferior longior. Rictus amplus. Oculi rotundi, nigri. Iris alba. Opercula squamosa. Cauda bifurca. P. D. secunda versus anum. P. V. cum lamina molli oblongo. Facies S. Eperlan.

2. *ATHERINA, Minidia.* pinna ani 24. L. S. N. 519. Br. 6. D. 5. 10. P. 13. V. 6. A.  $\frac{1}{2}$ . C. 22.

Menidia corpore semi pellucido. Brown joni. 441. tab. 45. fig. 3.

Argentina linea lata argentea., in lateribus Gron. Zooph. n. 350.

3. *ATHERINA, japanica.* Japanse Zilverstrep. Houttuyn Act. Harlem, XXII. D. 5. P. 14. V. 8. A. .... C. ....

Cor-

Maculæ nigricantes in dorso. *Denticuli* in maxillis & palato. Oculi magni: Iris alba.

Membrana ovariorum *nigra*. Longitudo 4½ digitorum.

Pinna pectoralis ossiculorum 14. Ventrals 6. Ani. 14.

Dorsi 1<sup>a</sup>. ossiculorum 7; 2<sup>da</sup>. II.

An ad Genus Gobii pertinet?

## VII. COREGONUS.

Membrana Branchiostega 7. 8. 9. vel 10 ossicula utrinque continet.

Pinna dorsi rostro propior est, quam ventrales.

*Denticuli* adeo exiles, ut in quibusdam speciebus hujus generis, vix in conspectum veniant. (\*)

G 3

I. CO-

### ADDITIONALIA.

Corpus glabrum, squamis delapsis, rufum. Vitta latissima, argentea, a capite alepidoto ad caudam extensa. Maxillæ edentulæ. Longitudo 4 unciarum.

(\*) *Charakter generis Coregoni, Osmeri & Characis.*

Genus Coregoni est subalternum generis Salmonis, quorum pluribus partibus convenit. Differt tantum dentibus maxillaribus vix conspicuis, & pinna dorsi rostro propiore. Ideo Linnaeus aliquique auctores illud sub genere Salmonis posuerunt. Eadem ratione Linnaeus genus Osmeri, quod majores dentes in maxillis, lingua & palato & pinnas ventrales dorsali primæ oppositas habet: itemque characis genus, cui pinna dorsalis prima remotior, quam ventrales pinnæ dentesque maxillares magni & membrana branch. 3 vel 4 radiis sunt, ad genus Salmonis reduxit. Hoc autem ulterius ordinavit in 4 manipulos; sub titulis: 1) Truttae corpore variegato; 2) Osmeri, pinna dorsali anique oppositis; 3) Coregoni, dentibus vix conspicuis; 4) Characini, membrana branchiostega tantum 4 radiis instruata.

*Charakter generis Salmonis.*

LINNAEI: Caput laxe. Dentes in maxillis & Lingua. Membr.

**I. COREGONUS edentulus; maxilla inferiore longiore.***Art. Syn. 13. Spec. 40. (a)**Sik, Löyla, Sint &c. Suecis. Blickta Siliensibus.**Moiku & Räpis Fennorum.**Longitudo 4. 5. 6. & raro 7. unciarum.**Vertebræ 38, exiguae.***2. CO-****ADDITIONALIS.**

**Membr. br. 6 - 10.** Pinna dorsalis postica adiposa: pinnæ ventrales multiradiatæ. *S. N. 509.*

**BRÜNNICHII:** Pinnæ ventrales in abdome. Pinnarum radii molles. Pinna dorsi postica adiposa. Lingua dentata, Corpus squamosum. *Zool fundam. 140.*

**SCOPOLI:** Membrana branch. ossiculis 10 - 12. Pinnæ inermes; Dorsales binæ, quarum una exoscea; Dentes maxillosi minimi. *Introd. h. n. p. 45.*

**GRONOVI:** Corpus cathetoplateum, oblongum, obtusifolum versus posteriora gracilescens, squamosum, inerme. Linea lateralis recta, media. Anus caudæ propior. Caput cathetoplateum, inerme, subacutum. Opercula branch. rotundata; lævia. Dentes minutissimi in maxillis. Membrana branch. ossiculis 7. 8. 9. 10. & 12. Pinnæ inermes 7; in dorso duæ, posteriore adiposa; priore vero e regione ventralium in medio dorso. *Zooph. p. 120.* Hac descriptione Characos non comprehendit.

**FORSTERI:** Corpus lanceolatum. Caput laxe, subacutum. P. V. multi radiatæ. Dentes in maxillis & lingua. P. D. postica adiposa. M. B. 4 - 10. *Enchirid. 87.*

**Coregoni.**

(a) 1. *Salmo, Albula,* maxillis edentulis; inferiore longiore. *L. S. N. 512. Br. 7. D. 14. P. 16. V. 12. A. 15.*

*Le Vemme. Astanii icones, tab. 29. B. 7. D. 11. P. 14. V. 12. A. 11. C. 30.*

*Albula minor. Witeke. Schoneveld. icht. p. 11. tab. 1.*

*Salmo Albula. Kohlreuter in Nov. Com. Petrop. XIIIX. 503. Br. 7. D. 12, o. P. 15. V. 12. A. 15. C. 33.*

*Anatomie pisces ibi exstat.*

2. COREGONUS *maxilla superiore longiore plana, pinna pag. 10.  
dorsi oscularum quatuordecim. Art. Syn. 19. Spec. 37. (b)  
Sik Suecis. Helte Danis. Albula nobilis Gesn. Schone-  
veld. Will. & Ray. p. 60.  
Longitudo 10. 12. unciarum.  
Vertebræ. . . .*

## 3. CO-

## ADDITAMENTUM.

(b) 2. *Salmo, Lavaretus, maxilla superiore longiore;  
radiis pinnæ dorsi 14. L. S. N. 512. Br. 9. D. 14. P. 16.  
V. 12. A. 17. C. 18.*

*Salmo, Lavaretus, rostro nasiformi. Der Schnepel.  
Bloch N. F. D. p. 163. tab. 25. Br. 8. D. 15. P. 15. V. 12.  
A. 14. C. 20.*

Magna confusio synonimorum hujus piscis apud Auctores  
invenitur.

*Albula nobilis. Der Snepel. Schoneveldii icht. p. 12.  
tab. 1. Exemplum hujus extat in Willughi icht. tab. N. 6 fig. 1.*

*Salmo, Lavaretus, maxilla superiore longiore; lateri-  
bus asperiusculis. Afacanii Icon. tab. 30. B. 9. D. 13. P. 18.  
V. 13. A. 15. C. 18.*

## Varietas.

α. *SALMO, Thymallus latus, rostro nasiformi; corpore  
Lavareto latiore. Die breite Aesche. Bloch N. F. D. I. 170.  
tab. 26. Br. 9. P. 16. V. 11. D. 13. A. 14. C. 20.*

Maxima ex parte similis Lavareto. Differt tamen truncō  
latiore; pinnis pectoralibus brevioribus; pupilla rotunda; ri-  
ctu magis transversali & majori; dorso usque pinnam dorsa-  
lem carinata & circa pinnam singulevi incurvo; abdomine cari-  
nato; squamis rotundatis; lineis punctatis, obscuris longitudinalibus latera, & pondere quadrilibri.

Trutta edentula dorso ex viridi- cæruleo & argenteo,  
resplendente; lateribus carinatis; post lineam tota argen-  
tea; ventre cutellato. Kleinii M. v. 20. tab. 6. fig. 1.

3. COREGONUS *maxilla superiore longiore, pinna dorsi officularum viginti trium.* Art. Syn. 20. Spec. 41. (c)  
*Thymallus* Auctorum. *Harr* Suecis. *Grayling* Anglis.  
*Aesche* Germanis.  
 Vertebræ 60.
4. COREGONUS *maxilla superiore longiore conica.* Art.  
 Syn. 21. (d)  
*Oxyrinchus* Auctorum. *Hautin* & *Outin* Flandris.  
 Locus in Flandria & Batavia.  
 Longitudo 15 digitorum. Pinna dorsi officularum 13.  
 Pectorales 17. Ventrales 12. Ani 14. Cauda bifurca.  
 Rostrum longum, conicum.  
 Dentes nulli, sed lingua subaspera. Iris alba.

*VIII. OSMERUS.*

*Membrana Branchiostega* 7. vel 8. officula utrinque continet.

*Pinna*

*ADDITAMENTUM.*

(c) 3. *Salmo Thymallus*, maxilla superiore longiore; pinna dorsi radiis 23. L. S. N. 512. Br. 10. D. 23. P. 16. V. 12. A. 14. C. 19.

*Salmo, Thymallus*, pinna dorsi radiis 23. *Die Aesche.* Br. 10. P. 16. V. 12. A. 14. C. 18. D. 23.

Pinna dorsi vittata insignis.

*Trutta edentula* n. 15. *Kleinii ichthyol.* M. V. p. 21. tab.

4. fig. 5.

*The Grayling Pennant*, br. zool. III. 311. tab. 61. n. 150.

(d) 4. *Salmo, Oxyrinchus*, maxilla superiore longiore, conica L. S. N. 512. D. 13. P. 17. V. 12. A. 14. C. . . .

*Salmo unicolor albescens*; rostro conico; cauda bifurca. *Gron. Zooph.* n. 374. *Mus. ichth.* I. n. 48. B. 18. P. 13. V. 10. A. 15.

Confusio apud multos auctores super hunc piscem est. Alii *Salmoni Lavareto*; alii *Argentinæ Sphyrenæ* nomen *Oxyrinchi* impouunt.

*Pinna Dorsalis & Ventrals eadem longitudine ab apice rostri distant, contra quam in genere Coregoni & Salmonis.*

*Dentes magni in maxillis, lingua ex palato.*

1. *OSMERUS radiis pinnæ ani septendecim. Art. Syn. 21.*

*Spec. 45. (e)*

*Eperlanus omnium fere auctorum. Spirinchus Schoneveldii.*

*Smelte Danis. à Smelt Anglis. Nors Suecis. Stint &*

*Stinkfisch Germanis quibusdam. Spiring Belgis.*

2. *OSMERUS radiis pinnæ ani undecim. Art. Syn. 22.*

*Saurus Salviani, Tarantola Romæ, in append. Will. Icht.*

*p. 29. Ray p. 66. (f)*

Huc pertinere videtur.

*Corpus oblongum & subteres. Longitudo spithamalis & ultra. Crassities pollice major. Venter albus. Caput superne planum. Fossula inter oculos. Rictus amplissimus. Rostrum acutum.*

pag. 11.

Den-

### ADDITIONUM.

#### *Osmeri.*

(e) 5. *Salmo, Eperlanus, capite diaphano; radiis pinnæ ani 17. L. S. N. 511. D. 11. P. 11. V. 8. A. 17. C. 19.*

*Salmo, Eperlanus, maxilla inferiore longiore; pinna ani radiis 17. Der Stint. Bloch N. F. D. I. 179. Br. 7. P. 11. V. 8. A. 17. C. 19. D. 11.*

#### *Varietas.*

α. *SALMO, Eperlanus marinus. Der Seestint. Bloch N. F. D. I. 182. tab. 28. fig. 2.*

*The Smelt. Pennant. br. zool. III. 313. tab. 61. D. 11. P. 11. V. 8. A. 14. C. 19.*

(f) 6. *Salmo Saurus, radiis pinnæ ani 10. L. S. N. 511. D. 12. P. 13. V. 8. A. 10. C. . . .*

*Saurus Salviani. Tarantola Romæ Willygby App. p. 29. tab. P. 5.*

*Salmo Saurus. Die Seeeydexe. Mülleri L. N. S. IV. 324.*

*Artedi Genera.*

H

Dentium longorum: 1°. unicus ordo in utraque maxilla. 2°. Linea longitudinalis utrinque in palato. 3°. duplex ordo dentium in lingua. Aperturæ Branchiarum amplissimæ.

Pinna dorsi officulorum 12, quorum primum altissimum. Appendix in extremitate dorso. Cauda bifurca. Pinna pectoralis officulorum 13. Ventrals aliquanto inferius, multo longiores pectoralibus, officulis 8, quorum anteriora brevissima. Ani 10.

Squamæ mediocres. Peritonæum album. Ventriculus conicus. Appendices pylori numerosæ. Vesica ærea non comparuit. Locus: Mare Mediterraneum.

### *IX. SALMO.*

*Membrana Branchiostega* 10. 11. 12. officula utrinque continet.

*Corpus ipsum plerumque maculis varium.*

*Pinna* Dorsi anteriorem situm habet, quam ventrales.

*Dentes magni* in maxillis, lingua, palato & faucibus.

**s. SALMO rostro ultra inferiorem maxillam saepe prominente.**

*Art. Syn. 22. Spec. 48. (g)*

*Salmo*

### ADDITIONUM.

*Salmo n. s.*

(g) 7. *Salmo, Salar*, rostro ultra inferiorem maxillam prominente, L. S. N. 599. Br. 12. D. 15. P. 14. V. 10. A. 13. C. 19.

*Salmo, Salar*, maxilla superiore ultra inferiorem prominente; pinna ani radiis 13. *Der Lachs.* Bloch N. F. D. I. 128. Br. 12. P. 14. V. 10. A. 13. C. 21. D. 14.

*Varietates.*

æ. *SALMO, Salar mas.* *Der Hakenlachs.* Bloch N. F. D. III. 146. tab. 98.

*Trutta dentata*, toto corpore ventre excepto, crebrio & diversis characteribus ac lituris cinnabarinis fuscisque vario, mandibulæ inferioris extremitate insigniter hamata et in superiore

*Salmo omnium fere Auctorum, à Salmon Anglis, Lax & Blanklax Suecis.*

Maculæ omnes nigræ in operculo Branchiarum, dorso & laterum superiori parte. *Dorsum convexum*, Venter planus.

Pinna dorsi ossiculorum 15. Pectorales 14. Ventrals 9. ad 10. Ani 12. ad 13. Vertebræ 56.

2. SALMO maculis cinereis, caudæ extremo æquali. Art. pag. 12.  
Syn. 23. (h)

*Salmo cinereus aut griseus. Johnsoni in Ichthyologia Will, p. 193. Ray p. 63.*

*The Grey Anglis quibusdam. Grälax Suecis.*

Corpus secundum proportionem latius & crassius, quam in præcedente.

3. SALMO latus; maculis rubris nigrisque, cauda æquali.  
Art. Syn. 24. Species 51. (i)

24

H 2

Trutta

#### ADDITIONUM.

riorem intrante: dentium loco maxillis ipsis obtuse serratis.  
*Kleinii M. V. 17. tab. 5. fig. 2.*

B. SALMO, *Mykiss. Pennant. art. zool. introd. 126. D. 12. P. 14. V. 10. A. 12.*

Corpus bipedale, macrolepidotum. Rostrum obtusum. Dentes numerosi. Dorsum obscurum, nigro maculatum; abdomen album; tænia lata, ruberrima in utroque latere adest. Sapore alios antecellit. Habitat in Kamtschatka.

(h) 8. Salmo, *Eriox*, maculis cinereis; caudæ extremo æquali. *L. S. N. 509. Br. 12. D. 14. P. 14. V. 10. A. 12.*

*The Grey. Pennant. br. zool. III. 298.*

Caput latius, quam Salaris. Dentum 4 series in maxillis. Linguae octo dentes. Dorsum et latera super lineam lateralem obscure cinerea, maculis purpureis conspersa. Abdomen argenteum. Caudæ pinna æqualis.

(i) 9 Salmo, *Trutta*, ocellis nigris, iridibus brunneis; pinna pectorali punctis 6. *L. S. N. 509. D. 12. P. 13. V. 10. A. 9. C. 20.*

Salmo

*Trutta Salmonata. Johnsoni in Ichthyol. Will. p. 193.*

*The Scurf or Bull-Trout Anglis in Northumbria. Laxö-ring, Börting, &c. Suecis.*

4. *SALMO cauda bifurca; maculis solum nigris, sulco longitudinali in ventre. Art. Syn 25. (k)*  
*Trutta lacustris Auditorum. Trutta Salmonata Gallorum. Will. p. 198.*

Ordo

ADDITIONUM.

*Salmo, Trutta, ocellis nigris, iridibus lucidioribus; pinnæ anali radiis 11. Die Lachsforelle. Bloch N. F. D. I. 143. tab. 21. Br. 12. P. 14. V. 10. A. 11. C. 20. D. 14.*

*Varietas.*

*æ. Salmo lœvis, pinnis maximis; corpore subtereti pallide fusco. Hammeri h. n. Norweg. p. 85. Olaffsenii itin. §. Norwegis Reydis & Bleikia.*

Respectu radiorum pinnarum & dentium convenit cum *S. Trutta*. Attamen corpore angustiore et magis tereti squamis minoribus & colore albidiore ab illo diversus est. Vide *Mohrii hist. nat. Islandæ* p. 80.

*(k) 10. Salmo, lacustris, cauda bifurca; maculis solum nigris; sulco longitudinali ventris. L. S. N. 110.*

*Salmo, lacustris. Der Rheinanken oder Illanken. Bloch N. F. D. III. 180. Br. 10. P. 14. V. 11. A. 11. C. 21. D. 12.*

Caput corpori congruens, cuneatum. Maxilla infera una-nata superam intrat. Dentes incurvati, acuti in utraque maxilla, in supera biferati. Lingua, palatum & fauex dentata. Oculi magni. Iris argentea. Pupilla nigra. Nares septo bipartitæ. Squamæ parvæ. Corpus grande. Color frontis & genarum nigro, cinereoque marmoratus, rostri nigricans. Dorsum vivide cærulum. Latera supra lineam cæsia, infra eam argentea, maculis nigris longitudinalibus, informibus hic atque illic, praesertim versus caudam distincta. Pinnæ cinereæ, præter dorsalem cæruleam, & caudalem spathulatam & emarginatam, quæ dorsali concolor, margine nigro in pluribus piscibus terminatus. Longitudo fere trepedalis.

*Salmo, Illanca, Wartmanni. Vide Schriften N. Fr. IV. 55.*

*Ordo transversus macularum nigrarum versus caudam.*

Tres ordines dentium in palato. Caro rubra. Pondus 20. 30. 40. 50. &c. librarum. *Maxilla inferior* partus tempore incurvata, ut in *Lax Suecorum*.

Dorsum & Caput ex viridi *caerulecentia*.

5. **SALMO maxilla inferiore, paulo longiore, maculis rubris.**

*Art. Spec. 23. Syn. 51. (1)*

*Trutta fluviatilis* *Austorum.* à *Trout Anglis.* *Forell,* *Stenbit,* *Röfisk,* *Bäckraö* &*c.* *Suecic.*

Cauda vix divisa. Pinna Ani ossiculorum 10. Longitudo à 6. ad 12. digitorum.

Maculæ rubrae infra lineam lateralem, & nigrae in laminis branchiarum & ad dorsum.

Vertebræ 60.

H 3

6. SAL-

ADDITIONUM.

(1) 11. *Salmo, Fario,* maculis rubris; maxilla inferiore sublongiore. *L. S. N.* 509. *D.* 13. *P.* 10. *V.* 10. *A.* 10. *C.* 18.

*Salmo, Fario,* ocellis rubris, iridibus lucidioribus; pinna anali radiis 11. *Die Teichforelle.* *Bloch N. F. D. I.* 148. *Br.* 10. *P.* 10. *V.* 13. *A.* 11. *C.* 18. *D.* 14.

Forelle: *Meidingeri icones* XX.

Varietates.

α. *Salmo, Fario Loënsis,* ocellis hexagonis phœniceis & purpureis. *The Lo-Trout.* *Borlase h. n. cornub.* 263. *D.* 13. *P.* 12. *V.* 9. *A.* 9. Habitat in Lacu Lo Cornubiensi.

β. *Salmo, Fario, (sylvaticus).* *Die Waldforelle oder Steinforelle.* *Bloch N. F. D. I.* 157. tab. 23. A priore differt colore subfuscō, magnitudine capitis, pinnæ caudæ latiore, & sapore delicatiore.

γ. *Salmo, Samulus,* spithameus; areolis 7 cœruleis super lineam lateralem; cauda bifurca. *The Samlet Pennant br. zool.* III. 303. tab. 59. *Raji syn. pisces.* 63.

6. SALMO *oblongus*; *duabus dentium lineis in palato, maculis tantummodo nigris*. Art. Syn. 25. (m)  
*Trutta fluviatilis*, *Huch Germanis dicta*. *Gesneri Will.* 199.  
*Locus: Viennæ Austriæ frequens.*  
*Longitudo 26. digitorum.*  
*Latera & Pinnæ rubescunt. Corpus gracilius quam in Trutta fluviatili.*  
pag. 13. *Puncta aliquot in maxilla inferiore, in reliquo capite nulla.*
7. SALMO *pede minor*, *quinque dentium ordinibus in palato*.  
*Art. Syn. 27. (n)*  
*Carpio lacūs Benaci Austōrum. Gilt Charre Westmorlandorum in Anglia.*  
*Corpus multo latius, quam in Trutta fluviatili. Care cocta rubeficit. Puncta 8. utrinque in maxilla inferiore. Maculæ nigrae in dorso. Venter & latera argentea. Rostrum cærulescit.* 8. SAL-

## ADDITAMENTUM.

(m) 12. *Salmo Hucho*, *oblongus*; *dentium lineis duabus palati, maculis tantummodo nigris*. L. S. N. 510. D. 14. P. 16. V. 10. A. .... C. 20.

*Salmo, Hucho*, *maculis rotundis in trunko & pinnis*. *Der Heuch.* *Bloch N. F. D.* III. 152. tab. 100. Br. 12. P. 17. V. 10. A. 12. C. 16. D. 13.

(n) 13. *Salmo, Carpio*, *pede minor dentium ordinibus 5 palati*. L. S. N. 510.

*Giedde-Rör.* *Stræm I.* 304.

*Corpus Salmoni alpino simile, sed minus, angustius, albidius prope modum argenteum, maculis ad latera albidis insignitum, abdomine minus rubro. Irides albæ. Pinnæ pectoralis & analis subnigræ, ad rubrum vergentes. Numero radium pinnarum, & linea laterali recta convenit cum S. alpino.*

*Salmo, Carpio*, *dorso obscure cærulecente, lateribus argenteis maculis ventreque albis*. *Fabricii Fr. Grænl.* 170. Br. 12. D. 14. P. 14. V. 10. A. 12. C. 30.

*The Gilt-Charr.* *Pennant. br. zool.* III, 308.

8. SALMO vix pedalis; pinnis ventris rubris, maxilla inferiore paulo longiore. Art. Spec. 52. Syn. 25. (o)  
*Salmo Lapponicus Alpinus. Linnaei Itin. Lappon. MSS.*  
*Umbla minor. Gesneri Will. p. 196.*  
*Torgoch Vallorum in Anglia: forte Red-Charre Westmorlandorum. Reutele Helvetorum?*  
*Corpus gracilius, quam in Trutta fluviatili. Venter plerumque ruber. Areolae latæ obscuriores, 9 & 9 albicantes intermediæ, in lateribus, supra lineam in Torgocho. Linea lateralis recta.*  
*Media linea dentium nulla in Palato. Caro cocta vix rufescit. Locus: Wallia Angliæ, & Lapponia alpestris.*
9. SALMO lineis lateralibus sursum recurvis, cauda bifurca.  
 Art. Syn. 25. (p) Umbla
- 

## ADDITAMENTUM.

(o) 14. *Salmo, alpinus*, dorso nigro, lateribus cæruleis, ventre fulvo. *L. S. N. 510. Br. 10. D. 13. P. 14. V. 10. A. 12. C. 19.*

*Salmo, alpinus*, maculis non ocellatis varius; pinna caudali truncata. *Die Alpforelle. Bloch N. F. D. III. p. 158. P. 14. V. 8. A. 12. C. 23. D. 13.*

*L'Omble*, Norwegis *Röie vel Rör. Ascanii icon. tab. 18. Br. 12. D. 13. A. 14. V. 10. P. 11. C. 24.*

*Red Charr. Pennant. br. zool. III. 309. tab. 60. D. 12. P... V... A... C....*

*Salmo, alpinus. Die Alpforelle. Wartmanni. Vide Schriften Berl. Ges. N. F. 4. B. 69. S.*

*Corpus nigris, albis, aureis & rubris maculis eleganter variegatum. Br. 10. D. 14. P. 14. V. 6. C. 11. C. 40.*

*Bergforelle. Austriacis; Schwarz reuteri. Meidingeri icon. XIX.*

(p) 15. *Salmo, Umbla*, lineis lateralibus sursum recurvis; cauda bifurca. *L. S. N. 511.*

*Salmo, Umbla, immaculatus pinna ani radiis 11. Der Ritter, Bloch. N. F. D. III. 154. P. 15. V. 9. A. 11. C. 18. D. 10.*

*Umbla & Umbla prior* Auctorum.

Longitudo 20 digitorum, interdum bicubitalis. Tria vel quatuor foramina sub oculis. *Media dentium linea nulla* in palato.

Latera infra lineam, & venter *flava*, supra lineam maculæ *albidae* tantum. *Caput caeruleum*.

10. *SALMO pedalis*; *maxilla superiore longiore*. Art. Syn.  
26. *Salelin Germanis*. Ray p. 62. forte *Umbla altera* Auctorum. (q)

Maculæ

#### ADDITIONALIA.

- (q) 16. *Salmo*, *Salvelinus*, *pedalis* *maxilla superiore longiore*. L. S. N. 511.

*Salmo*, *Salvelinus*, radio primo in pinna ventrali analis que albo. *Der Salbling*. Bloch N. F. D. III. 149. tab. 99. Br. 10. P. 14. V. 9. A. 12. C. 24. D. 13.

Hanc speciem cum sequente *Salmario* in unam combinat. *Blochius*.

*Salmo*, *Salmarius*, dorso fulvo; maculis luteis; cauda bifurca. L. S. N. 511.

*Salmo*, *Salmarius*. *Der Salmarin*, Müller. L. S. N.

*Salmarinus*, *Salviani*. fol. 102. fig. 27. Ex hoc auctore descriptionem mutuarunt. *Willygby ichth.* 201. tab. N. 9. & *Artedi synon.* 14.

17. *SALMO rivalis*, elongatus, fuscus, ventre rubente capite obtuso. *Grœnlandis Aumardlek*. Fabricii Fr. *Grænl.* 176.

Corpus spithameum, gracile, mucosum, obtecte squamosum. Rostrum obtusum. Irides flammeæ. Color superne nigricans, inferne rubens etiam in pinnis; in lateribus non maculatus, punctis nigris exceptis. Cæterum *Salmoni Carpioni* similis est, sed gracilis rostroque magis obtuso.

Brandkod. *Olaffsen itin.* *Muld-Kræke*. Stræm. I. 292.

*Salmoni lacustri* similis. Diversus tamen est maculis & nigris & rubris, margineque albido pinnarum ventralium & analis.

18. *Sal-*

Maculæ flavicantes in lateribus. Venter & ejus pinnae flavescentia. Linea lateralis recta.

Media

ADDITAMENTUM.

18. Salmo, *Omisco Maycus*, radiis 5 membranæ bran-  
chioslegæ; cauda bifurca. *Pennant. arct. zool. introd.* p. 192.  
D. 11. P. 13. V. 8. A. 7. C. . . .

Corpus fere spithameum. Dentes in maxillis minuti. Co-  
lor in dorso usque ad lineam lateralem pallidus, dupli serie  
macularum nigrarum, stellatarum notatus; infra lineam latera-  
lem argenteus; sub abdomine albus. Habitat in sinu Hudsonis.

19. SALMO, *cornubiensis* maculis hexagonis, coccineis,  
annulatis. *Lo-Trout. Borlasi h. n. cornub.* 263. tab. 76. fig. 1.  
D. 13. P. 12. V. 9. A. 9. C. . . .

Oculi magni. Dorsum atro purpureum, splendore argen-  
teo intermicante. Abdomen a linea laterali media, recta, colo-  
re margaritaceo splendet. Maculæ hexagonæ, annulatæ sum-  
matim coccineæ, sed in dorso purpureæ, quæ maculis contiguis  
interseinduntur. P. D. prior æquilibris, trapezoides, margine  
superiore undato. P. D. posterior carnosa. P. P. oblongæ, infe-  
ræ, P. V. parvæ dorsali priuæ oppositæ. P. A. ventralibus ma-  
jor, dorsali secundæ opposita. P. C. magna parum excavata.  
Caro ejus rubra sapidisima.

20. SALMO, *arcticus*. *Pallasii intin.* III. 706. Br. 9.  
D. 18. P. 16. V. . . . A. 10. C. . . .

Longitudo digitalis. Forma thymalli junioris. Caput vix  
compressum, fronte plana, rugis tribus longitudinalibus por-  
cata. Rostrum rotundatum, simulum; maxillis subæqualibus.  
Irides argenteæ. Corpus microlepidotum, argentatum, pun-  
ctis, lineolisve, fuscis, per 4 utrinque series digestis. Cauda bi-  
furca. In rivulis saxosis jugi artici frequentissima.

Alium pisces sub eodem titulo *Fabricius in Fr. Grænl.*  
p. 177. descripsit, quem alii Clupeam villosam appellant.

21. SALMO, *Salmulus*, The Samlet. *Pennant. br. zool.*  
III. 303. tab. 59.

*Artedi Genera,*

pag. 14.

Media dentium *area* in palato fere deest, sed *duplex* illorum *ordo* in maxilla superiore, cum cute labiformi intercedente.

Caro

## ADDITAMENTUM.

Piscis spithamalis Farioni similis sed differt parvitate; capite minori, macula unica nigra in pinnis pectoralibus, maculilis in trunco paucioribus & dibilioribus & pinna caudæ majus furcata.

*Salmulus Herefordiæ Samlet dictus. Willygby ichth. p. 192, tab. N. 2. fig. 2. D. 12. P. 15. V. 9. A. 10. C. 19.*

22. *SALMO, Malma, Russis Golet. Pennant. artt. zool. introd. 126. D. 12. P. 14. V. 8. A. 10.*

Corpus bipedale, perangustum, cylindraceum. Caput illi Farionis simile. Squamæ minutæ. Dorsum & latera cœrulecentia, maculis coccineis conspersa. Abdomen album. Pinnae ventrales & analis rubræ. Cauda parum bifurca. Adscendit fluvios Kamtschatkæ.

*Malma. Kamtschatkis, Goltra. Kratscheninnikow descr. Kamtschatkæ 183.*

Peritonæum coccineo maculatum. Aetate progrediente magis in latitudinem, quam in longitudinem crescit.

23. *SALMO, Kunsha. Pallasii itin. III. 706.*

Vulgo bipedalis Erioci simillimus, sed cauda bifurca. Irides flavo-argenteæ. Color argentatus; latera supra et paulo infra lineam lateralem cœrulescunt, guttis albis sparsis. Radii membranæ branchiostegæ 11; pinnarum pectoralium 14; ventralium 8; ani 10; dorsalis 11 - 12. Adiposa parva ferrata. Appendix ad ventrales dimidia pinuarium longitudine.

*The Kunsha. Pennant. artt. zool. introd. p. 104 & 126.*

Longitudo bipedalis. Rostrum breve et acutum. Dorsum et latera subfuscæ maculis magnis flavicantibus partim rotundis partimque oblongis ornata. Abdomen album. Pinnae inferiores & cauda cœruleæ. Caro alba & sapida. In sinibus oceanii arctici abundant. Flumina non intrat.

24. *SAL-*

*Caro cocta rubet. Locus in Austria ad urbem Lintz.  
Puncta in Capite.*

## ADDITAMENTUM.

24. *SALMO, Palja*, maxilla superiore parum prominu-  
to; dorso fuscō lateribus, ocellis exiguis nigris, rubedine cir-  
cumdati, ventre flammeo. *Lepechin. itin. III.* 229. Br. 11.  
P. 14. V. 9. A. 12. D. 9. C. 20.

Corpus bipedale, microlepidotum. Caput maximum,  
compressum. Oculi magni, iride flava. Rictus amplus. Ma-  
xilla supera acutiuscula longior; infera parum incurva. Den-  
tes in maxillis subulati, incurvi, fixi, numerosi; in palato una  
serie ordinati; in lingua decem uncinati. Color capitis superne  
glaucus, in genis argenteus; trunci in dorso glaucus; in  
lateribus ocellis nigris, rubicundula iride inclusis, distinctus;  
in abdomine, pinnis pectoralibus analique ut & inferiore parte  
caudæ flammeus; in pinnis dorsalibus obscurior; quarum prior  
maculis quadratis nigris ad dimidium conspersa est.

*Salmo, Lepechini, Gmelin. L. S. N. ref. 1374.*

25. *SALMO, erythrinus*, ocellis coccineis; mandibulis  
æqualibus, *Gmelin L. S. N. reform. 1368. Georgi itin. I.* 156.  
tab. 1. fig. 1. Br. 12. D. 10 - 12. P. 13. V. 9 - 10. A. 11. C. 19.

Habitu Eriocis, teriusculo-compressus supra fuscus, sub-  
tus coccineus, antice ex albo rubens in fronte et operculis gri-  
seus. Caput compressiusculum. Iris viridescens. Rostrum co-  
nicum, obtusum. Dentes biferiati. Patum & lingua dentata.  
P. D. prior grisea ocellis sordide rubris. P. D. altera fusca elon-  
gata. P. P. dilutiones. P. V. & P. A. saturate coccineæ, P. C.  
forcipata e fuscō rubens.

26. *SALMO, Gædenii*, capite parvo; maculis rubris ad  
truncum. *Die Seeforelle. Bloch N. F. D. III.* 155. tab. 102.  
Br. 10. P. 15. V. 10. A. 11. C. 18. D. 12.

Corpus elongatum, & tenuius quam in aliis sui generis.  
Caput parvum ocellis rubris annulo albo cinctis insignitum.  
Rictus amplus. Maxillæ & palatum acutis dentibus armatæ.  
Oculi

## ADDITAMENTUM.

Oculi magni. Iris argentea. Pinna caudalis bifurca. Linea lateralis recta, dorso propior. Anus remotus. Pinnæ ventrales appendice auctæ. Color in fronte, dorso & pinnis dorsalibus subfuscus, in reliquis pinnis flavescens. Dorsum maculis fuscis conspersum. Latera & abdomen argentea. Habitat in mari Balthico.

27. *SALMO, Schiffermüller*, maxilla inferiore longiore, maculis nigris. *Der Silberlachs.* *Bloch N. F. D. III. 157.* tab. 103. Br. 12. P. 18. V. 10. A. 13. C. 19. D. 15.

Caput acutum, superne fuscum, in lateribus, & infra uti in abdome argenteum. Oculi nigri iride argentea ad flavum vergente. Maxilla, palatum & lingua dentata. Squainæ mediocres, deciduae. Pinnæ omnes subfuscæ ceruleo mixtæ: caudalis excavata & ventrales appendicula auctæ. Linea lateralis media, nigra. Habitat in mari Balthico & lacubus Austriæ.

28. *SALMO, Namaycush. Pennant. arct. zool. introd. 191.*  
Caput, dorsum, pinna dorsalis obscure cœrulea. Latera subfuscæ, maculis albis & rubicundulis notata. Abdomen argenteum. Caro alba egregii saporis. Habitat in freto Hudsonis.

29. *SALMO, argentinus, tænia longitudinali argentea; pinna ani longissima. L. S. N. 511.*

*Piabucu Marggravii h. n. Brasil.* p. 170. cum figura radi.  
Corpus oblongum, spithamalè, ventre extuberante, cauda bifurca. Oculi crystallini iride argentea rubicundulo superne nubilata. Dorsum usque tæniam lateralem, rectam, albam, non splendentem, coloris est olivacei, cui viridis hyacinthinus persplendet. Ceterum squamulis argenteis splendentibus tegitur. Pinnæ albent.

Argentina Sphyræna post hanc speciem locari potest.  
*Trutta dentata*, dorso plano; abdome acuto, prominente; tænia longitudinali, argentea; pinna ani longissima. *Kohlreuter*, in *Nov. Com. Petrop.* VIII. 413. tab. 14. fig. 4. Br. 4. D. 10. o. P. 13. V. 8. A. 46. C. 26.

Corpus squamatum, oblongum compressum uti Haren-gi. Dorsum planum, in medio sulcatum, minus arcuatum, quam

## ADDITAMENTUM.

quam abdomen, cui ad P. V. sinus adest. Cauda spathulata cum pinna bifida. Caput alepidotum, argenteum juxta oculos; parvum, supra subrectum, resumum, subtus acclive; ante ferme cuneatum, obtusiusculum, pone compressum. Maxillæ inæquales, infera breviore, vaginatæ. Ricñtus mediocris, oblique adscendens. Denticuli, obtusi, subtriangulares, ad oram crenati & quasi ciliati. Oculi magni, inferi, rostri extremo propiores. Pupilla ovata. Linea lateralis subrecta, leviter flexuosa, dorso propior. P. D. prima pone æquilibrium sita; P. D. seunda adiposa, lumbaris. P. V. in medio abdominis, appendice squamosa ad basin auctæ. P. A. longitudinalis, distincta. P. C. biloba. Tænia argentea ante & pone angustata, dorso propior, sub linea laterali sita, ante finem caudæ desinit. Color gilvus ad dorsum olivaceus, viridi & hyacinthino permixtus.

30. SALMO, *Gorbuscha*, sive *gibber*. *Pennant. art. zool. introd.* p. 125. D. 12. P. 15. V. 10. A. 15. C. . . .

Corpus sesquipedale, immaculatum, argenteum; cauda bifurca. Dorsum ante primam pinnam dorsalem admodum gibberosum. Dentes & maxillæ admodum crescunt in longitudinem præsertim maxilla supera quæ in initio brevior est, supra inferam sensim instar unci protenditur. Caro alba ingratum saporem habet. In Kamtschatkæ fluviiæ æstate adscendit.

Facie externa similis est Salmoni gibboſo L. Verum differt ab illo numero minori radiorum pinnæ ani & defectu macularum. Confer. *Krascheninnikow descr. Kamtschatkæ.* p. 181.

31. SALMO, *Taimen*, *Pallasii itin. II.* p. 716. D. 12-13. P. 15-18. V. 10. A. 10. C. . . .

Caput elongatum, pingue, rostro depressoſculo. Maxilla inferior paulo longior, utraque uncis dentata, ut & in lingua cum palato. Corpus pingue, teres, tantum versus caudam compressum, macrolepidotum. Linea later. recta, dorso paulo propior, per caudam æqua. Pinnæ dorsi fuscæ; pectorales albidae, stipatae appendiculis majusculis, lanciolato-triquetris. Pinna ani ruberrima rad. 10. præter accessorios. Cauda bifurca obscure rubra. Color dorsi fuscescens, versus latera subargenteus;

## ADDITIONAL.

ventris albus. Guttæ crebræ, fuscæ, per dorsum sparsæ, maiores in operculis. Magnitudo summæ sesquiulnaris. Adscendit flumina Siberiæ e mari glaciali. Caro alba.

*Pennant* cognomen *Huchio* illi imponit. *Arct. zool. introd.* p. 103.

32. *SALMO, stagnalis*, supra fuscescens, infra albus; corpore subtereti; maxilla superiore longiore. *Fabricii Fr. Groenl.* p. 175. *Br.* 12. *D.* 14. *P.* 14. *V.* 10. *A.* 10. *C.* 21.

Corpus sesquipedale teriusculum, elongatum pone admodum gravilescens. Caput magnum oblongo-ovatum cathe-toplateum vertice eminente, rostro obtusiuscula. Maxilla superior inferiori longior. Dentes validi, curvi in maxillis, palato & lingua. Cauda subbifurca, magna. Color superne fusco nigricans; laterum pallescens, inferne albus. Pinnæ inferiores canescunt, basi albæ. Caro pallida, macra. Habitat in aquis montanis remotioribus Grœnlandiæ.

33. *SALMO, Milkshitsch.* *Pennant arct. zool. introd.* 126. *D.* 11. *P.* 14. *V.* 10. *A.* 13.

Corpus sesquipedale *Salari* juniori simile, sed squamis majoribus & trunco magis compresso differt. Colore argenteo, qui in dorso cœrulescit. Rostrum conicum. Maxillæ æquales. Cauda modice bifurca.

*Salmo, Milkshutsch.* *Krascheninnikow descr. Kamtschatkæ.* 182.

Figura & magnitudine convenit cum *Salmone Keta*; sed striis longitudinalibus nigris in dorso diversus est. Caro albida, unde plicis albus etiam nominatur.

34. *SALMO, Hisutch.* *Russis Bjelaya ryba* i. e. piscis albus. *Pennant arct. zool. introd.* p. 125. *D.* 11. *P.* 14. *V.* 10. *A.* 14.

Facie externa *Salari* similis est, sed in longitudinem trium pedum nunquam ex crescere. Color argenteus circa dorsum maculatus. Maxillæ longæ obtusæ. Dentes magui. Caro rubra antequam lacum reliquit, in fluminibus autem æstate albescit. Habitat æstate in fluviosis, dehinc in lacum versus hyemen revertitur.

35. *SAL-*

## ADDITAMENTUM.

35. *SALMO*, *Silus*, maxillis subæqualibus; capite planiusculo; pinna dorsi radiis 12. Norwegis *Var-Sil. Ascanii icon.* tab. 24. Br. 6. D. 12. P. 17. V. 13. A. 14. C. 40.

Piscis pedalis quandoque ulnaris pelagicus, qui ad littora non accedit. Caro pinguis, ossiculis plena, sapida. Caput magnum conicum. Oculi maximi. Operculum pone obtuse angulatum, macrolepidotum; argenteum absque maculis, dorso subfuscō. Squamæ magnæ argenteæ, rotundatæ, raditam striatæ. Linea lateralis summa, dorso paralela. Anus valde remotus. P. D. prima submedia capiti propior. P. D. spuria caudali propinqua. P.A. parva dorsali spuriaz opposita. P. P. inferæ acutæ. P. V. mediæ, obtusæ. P. C. bifurca, parva. Hæc Descriptio secundum iconem facta est. Salmoni Schistermulleri affinis esse mihi videtur.

36. *SALMO*, *Nerka*, Russis *Krasnaya ryba*, i.e. piscis ruber. *Pennant arct. zool. introd.* 125. D. 11. P. 16. V. 10. A. 15.

Salmoni Salari forma similis, sed minor. Pondus 16 libras non superat. Quando flumina intrat colore argenteo splendet, dorso & pinnis cæruleofuscis: Dentes tunc sunt parvi & maxillæ rectæ. Postea, dum in aqua dulci moratur, dentes crescunt & maxillæ præsertim in maribus incurvantur. E mari adscendit æstate flumina Kamtschatkæ. Caro intense purpurea.

*Narka*. *Krascheninnikow descr. Kamtschatkæ*, c. 9. p. 181.

Caput per parvum. Rostrum breve acutum. Lingua subcærulea. Corpus parum compressum longitudine circiter 21 unciarum & latitudine 4 unc. macrolepidotum. Dorsum subcæruleum nigro maculatum; ab omnibus & latera alba. Cauda bifurca. Caro ruberrima.

37. *SALMO*, *Tshawytscha*. *Pennant arct. zool. introd.* 124. D. 12. P. 16. V. 10. A. 15.

Corpus grandissimum latum, pondere 50 vel 60 circiter librarum immaculatum superne obscure cinereum; a lateribus argenteum pinnis cæruleo albescens. Maxillæ rectæ & nunquam curvatæ. Dentes magni in seriebus diversis. Squamæ majores sunt, quam in Salmone communi. Cauda lunata. Caro

## ADDITAMENTUM.

Caro ejus, tamdiu in mari restat, rubra, quæ in aquis dulcibus albescit. Habitat in fluminibus Kamtschatkæ.

*Tschawitscha. Krascheninnikow descr. Kamtschatkae p. 178.*

Salmoni commune similis verum multo latior est. Rostrum acutum. Maxilla supera longior infera. Opercula longa, angusta. Cauda æqualis. Dorsum subcæruleum maculis nigris minimis conspersum. Latera argentea. Abdomen album. Caro & cruda & cocta rubicunda.

38. *SALMO, Keta vel Kayko. Pennant arch. zool introd. p. 125. D. 14. P. 15. V. 11. A. 18.*

Caput breve, obtusum. Corpus immaculatum. Cauda lunate. Caro alba. Squamæ argenteæ. Dorsum viridescens. Capitur copiose in fluminibus Kamtschatkæ.

Salmo *Keta vel Kayko, Krascheninnikow l. c. pag. 181.*

Salmonem Narkam magnitudine aliquatenus superat: Caput oblongum, planum. Rostrum resimum. Dentes, postquam aliquamdiu in flumine moratus est, caninis similes fiunt. Lingua acuta. Cauda parum bifurca. Dorsum atro-viride, latera & abdomen similiter colorata ac in aliis salmonibus sed absque maculis.

39. *SALMO, Nelma. Der siberische Weislachs. Lepachin itin. II. 193. tab. 9. fig. 1. 2. D. 13. P. 16. V. 11. A. 10. C. 22.*

Caput mediocre, cathetoplateum. Maxilla supera, obtusa & quasi truncata mystace terminata; infera longior & angustior supera, ad apicem incurva. Oculi parvi, iride flavida. Radius parvus. Dentes minuti, numerosi in maxillis; & pauci curvati in lingua. Corpus bipedale & quandoque longius. Dorsum & abdomen arcuata. Linea lateralis recta, conspicua. Cauda bifurca, nigricans. Color in summo capitum nigricans, in ejus lateribus flavescentes, inferne albus; in dorso glaucus, punctis nigris obscuratus, a lateribus albidus nigro punctatus; in abdome omnino albus. Vertebræ 65.

Salmo, *Nelma. Pallasii itin. II. p. 71.*

Caput omnium fere maxime elongatum: maxilla inferior multo longior in rostro depresso scuto. Os majuscum. Lamini-

## ADDITAMENTUM.

næ mystaceæ, magnæ & latæ. Pupilla oblonga. Iris argentea, Membrana branchiales radiis decem. Corpus macrolepidotum, albo - argenteum. Pinna dorsalis radiorum 13 vel 14.

40. SALMO, *Inghaghitsh.* *Pennant art. zool. introd.*  
p. 126. D. 8-9. P. 12. V. 10. A. 12. C. . . .

Habitus ejus Capioni parvi cum maximis squamis similis. Maxillæ propemodum æquales. Oculi magni, argentei. Dentes minimi. Corpus argentaceum, superne cœrulescens. Longitudo quinque uncias vix superat.

41. SALMO, *Lenock.* *Pallasii itin. II.* 716. D. 12-13.  
P. 16. V. 16. A. 12. C. . . .

Facies fere Tincæ; forma Coregoni. Maxilla superior paulo longior, utraque denticulata, ut et lingua cum palato. Irides flavescenti - argenteæ. Pupilla antice angulata. Corpus macrolepidotum, latiusculum, crassum. Linea lateralis æqua, recta. Pinnæ dorsales maculosæ; ventrales lutescentes; ventrales subruberæ. Appendicula lanceolata, plana. Pinna ani intensius rubens. Cauda fusco - rubescens, bifida. Color subcæruleus, in dorso fuscescens punctis in masculo sparsis fascis; abdominis lutescens. Caro alba; sapidissima. Magnitudo summa ulnaris.

42. SALMO, *autumnalis.* Russis *Omul.* *Lepechin itin. III.*  
228. tab. 14. Br. 9. D. 11. P. 16. V. 14-15. A. 13. C. 36.

Caput conicum, acutum. Maxilla infera longior supera. Iris pallide flava. Apertura branch. magna. Os edentulum. Truncus carnosus, parum compressus. Dorsum crassum, obscurum, fulcatum. Linea lateralis recta; punctis nigris notata. Latera albida. Squamæ minutæ. Cauda bifurca. Longitudo dodrantalis,

Salmo, *autumnalis.* *Pallasii itin. III.* 705. Br. 9. D. 11.  
P. 16. V. 12. A. 13.

Corpus sesquipedale, compressum. Os edentulum. Maxilla inferior longior. Hiatus branchiarum amplissimus. Iris pallide aurata. Squamæ majusculæ argenteæ. Appedices ad ventrales pinnas longæ. Cauda bifurca.

43. SALMO, *Nasus.* Russis *Tschir.* *Lepechin itin. III.* p. 227.  
tab. 13. fig. 1. Br. 8. D. 11-12. P. 13-14. V. 12. A. 14. C. 24.

## ADDITIONAL.

**Caput rostratum.** Maxilla supera longior infera ante oculos gibba. Dorsum arcuatum, glaucum. Reliquæ corporis partes argenteæ. Linea later. pene recta. Iris luteolo-argentea. P.C. bifurca.

**Salmo, Nasus.** Samojedis *Chychalle.* *Pallasii itin.* III, 705. B. 8-9. D. 12. P. 18. V. 11-13. A. 13. C. ....

Magnitudo sesquipedalis, forma Lavareti. Caput corpore crassius, vix compressum. Maxilla superior longior usque oculos gibba, convexa, obtusa. Corpus macrolepidotum, latiusculum, crassum; dorso versus pianam angulato. Appendices ad ventrales pinnas brevissimæ triquetrae. Cauda bifurca.

**44. SALMO, migratorius,** maxillis subæqualibus, pinna dorsi radiis 12. *Georgi itin.* I. p. 182. Br. 9. D. 12. P. 17. V. 12. A. 13. C. 20.

**Caput compressum.** Os edentulum. Rostrum subconicum. Iris crœcea. Corpus compressiusculum, argenteum, superne griseum. Pinnæ superiores griseæ, inferiores ex albo rubentes. Longitudo 16 unciarum ad 2 pedes. Caro alba. Habitat in lacu Baikal Siberiæ.

**45. SALMO, Schokur.** *Pallasii itin.* III. 705. Br. 9. D. 12. P. 17. V. 11. A. 14. C. ....

Bipedalis simillimus à Lavareto, sed major; capite minus compresso; rostro obtusiore, rotundato, obsolete bituberculato. Lamina mystacea magna, ut in Lavareto. Dorsum versus pinnam anteriorem angulatum. Appendiculæ ad P. ventrales breves obtusæ.

**46. SALMO, Pelcol (Coregonus) sesquipedalis,** edentulus; radiis pinnæ dorsalis 10. Dorso cœrulecente; ventre lateribusque albis; capite punctis brunneis adsperso. *Lepechin itin.* III. 226. tab. 12. Br. 12. D. 10. V. 13. A. 14. C. 22.

**Caput conicum.** Maxilla-infera longior supera. Rostrum obtusum. Dorsum arcuatum ante crassum & pone tenuius & carinatum. Color superne glaucus; a lateribus nempe infra linéam lateralem & inferne argenteus. Caput badis maculatum. Iris luteolo argentea. Pupilla nigra. Longitudo sesquipedalis.

## ADDITIONAL.

47. SALMO, *Vimba*, pinna adiposa subferrata. L. S. N.  
512. D. 12. P. 16. V. 10. A. 14. C. . . .

SALMO, *Maraenula*, maxilla inferiore longiore, radiis 10 in pinna dorsi. *Die kleine Maraena*. Bloch N. F. D. I. p. 176. tab. 28. fig. 3. Br. 7. P. 15. V. 11. A. 14. C. 20. D. 10.

Caput acutiusculum, semipellucidum superne olivaceum. Os edentulum. Maxilla infera incurva, angustior & longior supera. Iris argentea. Pupilla nigra. Corpus parvum, lanceolatum, spithameale. Linea lateralis recta; punctata dorso propior. Squamæ parva decidua. Cauda bifurca. Color in dorso subcæruleus, in lateribus argenteus, in pinnis canus; qui in ambitu pinnæ caudali bifurcæ cæruleuscit.

Trutta edentula argentea tota; squamis tenuibus; inferiore mandibula resima. Kleinii M. V. 21. tab. fig. 2.

Muraenula filesiaca. *Die Muraenithe*. Schwenfeld theriorthop. 436.

## Varietas.

α. SALMO, *Renke*, cauda pinnaque dorsali subfuscis; ore minuto, æquali, edentulo. Schrankii in *Schriften N. Fr.* IV.

427. D. 10-13. P. 14-15. A. 14-15. V. 11-12. C. 19.

Caput obtusum, lanceolatum, superne declive. Os parvum. Mandibulæ æquales; edentuke. Iris alba, e flavido micans. Truncus lanceolatus macrolepidotus. Color in dorso nigro-cæruleus, super lineam lateralem rectam in thalassinum migrans, in lateribus & abdomine argenteus. P. D. subfuscæ. P. C. pallida. Pinnæ reliquæ flavidæ, inter quas P. P. & P. A. apice fuso terminantur. Longitudo 9 unciarum. Habitat in Starrenbergensi Bavariæ.

49. SALMO, *Maraena*, maxilla inferiore truncata. *Die grosse Maraena*. Bloch N. F. D. I. 172. & III. 148. tab. 27. B. 8. P. 14. V. 11. A. 15. C. 20. D. 14.

Corpus magnum, oblongo-lanceolatum, parum compressum, macrolepidotum, duorum vel trium circiter pedum longitudine. Caput parvum. Os edentulum. Maxilla supera, truncata, ante latior & longior infera, Duo pari in margine superæ maxillæ conspicuntur. Oculi magni, pupilla nigra versus

## ADDITIONUM.

**os angulata & iride argentea. Linea lateralis albo punctata, initio inflexa descendens, ceterum recta & media. Dorsum crassum, convexum modice arcuatum. Squamæ magnæ, nitentes, deciduae. Color, superne nigricans, inferne albus; in lateribus supra lineam lateralem subcæruleus ad flavum vergens; infra illam argenteus. In pinnis inferioribus ad basin violaceus, dehinc cœruleo-scapularis in extremitate nigricat. Caudæ pinna bifurca. Habitat in lacubus Megapolitani Ducatus, itemque Austriæ, sub nomine *Rheinanke* & *Helvetiæ*, ubi *Sandfelchen* appellatur.**

*Varietates.*

**α. SALMO, (*Ferra,*) albidus, supra subcœruleus, pinnis rigidis, nigro fimbriatis. *Der Weisfelche* vel *Adelfisch*. *Wartmanni*. Br. 10. D. 13. P. 15. V. 11. A. 13. C....**

Piscis lanceolatus, ulnaris, 5 circiter librarum pondere quando annos 6 vixit. Caput parvum. Os amplum, edentulum. Oculi a cranio remotiores. Lingua ossea, lata, retroacta. Cauda bifurca. Color in capite summo viridis; in lateribus supra lineam lateralem subcœruleus, infra eam argenteus; in pinnis albido nigro marginatus. Vesica aërea permagna. Vesicula fellis nulla. Appendiculum pylori loco filamenta villosa inveniuntur. Piscatores Constantienses junioribus secundum annorum ætatis seriem varia nomina dant, scilicet anniculæ *Weisser Maide* vel *Heuerling*; bienni *Steuben*; trienni *Gangfisch*; quadrienni *Rœnken*; quinquenni *Halbfelchen*; sexenni *Dreyer* & denique septenni *Weisfelchen*. Caro albida minus sapida parvi aestimatur. Habitat in lacu Bodamico & Lemanio. Vide *Bloch N. F.* D. III. 164. *Beschäftigung N. Fr.* III. 210. *Journal helveticae*. A. 1741. *Gesneri nomenclatura aquat.* 341.

**β. SALMO, cauda bifurca albo fimbriata. *Sandfelchen* sive *Kropffelchen* *Wartmanni*. Br. 9. D. 12. P. 17. V. 11. A. 14.**

Prioris varietas. Color margaritaceus, nitens. Os amplum edentulum. Iris argentea. Pupilla nigra. Longitudo sesquipedalis. Pondus 4-6 librarum. Felle caret. Caro suavissima. Vide *Schriften N. Fr.* IV. 431.

**γ. SALMO, albus. *The White* sive *Whiting*. *Pennant* br. zool. III. 302. D. 11. P. 13. V. 9. A. 9.**

## ADDITAMENTUM.

Corpus vix pedale. Maxilla supera parum longior infera, quarum prior duabus seriebus dentium, & altera una serie armata est. Lingua 6 dentibus donata est. Dorsum & linea lateralis recta. Color argenteus, in dorso obscurus, in dorsali pinna nigro maculatus; in cauda valde bifurca niger. Caro sapidissima coquendo fit rubra. Ascendit in flumine Esk in Anglia. Eadem species major duorum & semis pedum longitudine capit in fluminibus Carolinæ. *Pennant arbi zool. Suppl.* 140.

50. SALMO, *Pidschian*, Samojedis *Polcur*. *Pallasii itin.* III. 705. Br. 10. D. 13. P. 14. V. 11. A. 16.

Bispithainalis, Lavareto latior & dorso inde a nucha gibbo diversus. Irides flavo argenteæ. Appendices ad ventrales pinnas longiores, triquetrae, acutæ.

*Varietas.*

*Salmo Muchsun.* Samojedis *Syambonga*. *Pallas ibidem.*

Antecedenti similis, sola latitudine, gibbositate dorsi subangulati, et pinna ani radiorum 14 differt.

51. SALMO *Wartmanni*, cæruleus, maxilla superiore truncata. *Das Blaufelchen.* *Bloch N. F. D.* III. 161. tab. 105. B. 9. P. 17. V. 12. A. 14. C. 23. D. 15.

Caput parvum Maxillæ æqualis edentulæ. Nares prope oculos, Iris argentea, pupilla nigra. Linea lateralis nigra, recta dorso propior. Appendix juxta utramque pinnam ventralem. Color in dorso & usque lineas laterales cæruleus, in lateribus infra lineam lateralem, primo subcæruleus deinde albidus; in pinnis ad basin luteolo-albidus qui versus marginem in obscure cæruleum migrat. Cauda lunata-albida cærulo saturiori simbriata.

Der Blaufelche. *Wartmanni in Beschäftigung N. Fr.* III. 184. P. 17. V. 12. A. 14. D. 15.

Corpus 14-17 uncias longum Harengo forma sua simile, a quo tamen magnitudine, colore cæruleo vividiore & pinna adiposa differt. Maxillæ æquales edentulæ. Supera obtusa, latior infera & mystacea lamina obtecta. Rictus angustus. Rostrum obtusum. Oculi magni prope caput siti. Lingua glabra, cartilaginea. Linea lateralis recta, obsoleta. Pinnæ molles saturato

## ADDITIONAL.

turato cæruleo marginatæ. Cauda bifurca cæruleo fimbriata. Hic est habitus pisces 7 annorum. Iuniores pisces, qui septimum ætatis annum non attigerunt, similiter ac juniores Salmonis Ferræ a pescatoribus Constanciensibus nominantur. Anniculo nomen *Heuerling* vel *Madel*; bienni *Steuben*; trienni *Gangfisch*; quadrienni *Raenken*; quinquenni *Halbfelchen*, sexenni *Dreyer* & septenni *Blaufelche* impositum est.

Albula cærulea. *Gantze Felchen* vel *Blauling*. *Gesneri Nomenclator aquat.* p. 340.

## Varietates.

*α. The Gwiniad.* *Pennant br. zool.* IH. 316. tab. 72.  
B. 9. D. 14. P. 18. V. 12. A. 15.

Caput parvum, laxe, colore obscuro. Oculi magni, pupilla obscure cærulea. Rostrum obtusum. Maxillæ æquales. Os angustum, edentulum. Opercula branch. argenteo nigro conspersa. Dorsum parum arcuatum & leviter carinatum, saturate cæruleum & purpureum, verum versus lineam lateralem color hic in argenteum auro mixtum vergit; latera cæterum argentea. Linea lateralis recta, fusco punctata. Abdomen parum prominens, plumum. Pinnæ ventrales & aliæ in extremitatæ caesiæ vel cæruleo maculatae.

*β. The Sea-Gwiniad.* *Pennant arct. zool. introd.* 191.

Caput minus obscurum; oculi minores; et dorsum minus arcuatum quam in priore pisce. Maris rostrum obtusum, & fœminæ arcuatum. Ventriculus musculosus. Habitat in fretto Hudsonis ubi *Tickomeg* nuncupatur.

*52. SALMO arcticus*, capite diaphano, linea laterali recta (maris villosa) pinnis amplijs. *Grœnlandis Angmaksak*, mas *Sennefuklik*. *Fabritii Fn. Groenland.* 177. B. 6. D. 14. P. 19. V. 8. A. 22. C. 28.

Magnitudo maris 6 uncias longitudine & 8 lineas latitudine vix superat. Fœmina minor graciliorque. Caput mediocre diaphanum compressum, vertice latiore, inter oculos planiusculo; gula acuminata. Rostrum acutiusculum. Maxilla superior inferiore brevior & latior, quæ ultima magis acuta apice sursum curvatur. Denticulos in margine maxillarum brevissimos &

## ADDITIONAL.

& majores in lingua habet. Oculi mediocres, sumimi, pupilla nigra angusta & iride argentea. Membrana branch. occultata. Corporis alepidoti forma Harengo similis. Linea lateralis recta in mariibus hirta. Pinnæ pectorales infimæ, magnæ rotundatæ. Pinna dorsalis prior, alta, declinata, æquilibris; posterior adiposa oblonga. Pinnae ventrales ovatae, dorsali primæ oppositae. Pinna ani omnium maxima, solitaria. Cauda bifurca. Color supra lineam lateralem obscure viridis; infra illam argenteus, in ventre interdum violareo nubilatus. Praeterea opercula branchialia quorundam macula nigra insignita sunt. Caro alba, sapida: Odorem cucumerum spargit. Ovarium unicum. Peritoneum nigrum. Habitat in mari glaciali, ex quo tempore pruritus multa nillia gregatim ad littora accedunt, sinusque intrant Confer. *Leemii com. de Lapponitis* 323.

The Capelan. *Pennant art. zool. Suppl.* 141.

Capelan de l'Amerique septentrionale. *Du Hamel.* II. 149. tab. 26.

*Clupea villosa* vel fœtens linea laterali prominula, hirta. *Islandis Londna Norwegis Lodde. Olaffsenii itin.* §. 527. tab. 28.

Salmo, catervarius Kamtschatkis *Ouiki. Stelleri* Vide *Pennanti art. zool. introductionem* p. 127.

Linea lateralis squamis minutis erectis composita.

*Wiki. Krascheninnikow descr. Kamtschatkae.* p. 186.

Magna copia flumina intrat. Linea laterali hirta cognoscitus. Caro insana.

53. SALMO, *Leucichthys*. Russis. *Belaja Rybyza. Güttenst.* in *Nov. Com. Petrop.* XVI. 531. Br. 10. D. 15, o. P. 14. V. 11. A. 14. C. 27?

Statura Salmonis Salaris. Caput & corpus oblongum, compressiusculum, dorso recto, convexo, latissimo; ab domine modice arcuato, planiusculo. Rostrum obtusissimum. Maxillæ edentulae inæquales. Supera latissima integra; infera subconica; adscendens, apice tuberculo prominenſ. Vertex fornicatus hyalino-fuscus, nigro punctatus. Opercula tetraphylla, argentea, nigro punctata. Linea lateralis recta, dorso propior. Squamæ corporis mediocres, argenteæ, nigro punctatæ, in dorso

## ADDITAMENTUM.

dorso canescentes, in ventre immaculatæ. Anus remotus. P. D. prima aequilibris, punctis nigris fuscescens; secunda adiposa, lumbaris. P. P. albae, acuminatae. P. V. abdominales, rotundatae albae. Ad basin earum apophysis cartilaginea, acuminata, triquetra jacet. P. A. declinata, rubicunda, fusco maculata, dorsali secundæ opposita. P. C. semilunata, subadiposa. Longitudo plerumque tripedalis. Latitudo perpendicularis prope pinnas ventrales summa 6 unciarum. Habitat in mari Caspico.

**54. SALMO, cylindraceus, Russis *Walok.* *Pennant.* arct. zool. *Introd.* 103.**

Est pescis angustus, propemodum cylindricus. Os minimum. Squamæ magnæ, argenteæ. Pinnae inferiores rubicundulae. Habitat in flumine Lena.

**55. SALMO, cyprinoides, pinnae dorsalis radiis anticis elongato-setaceis. L. S. N. 514. D. 10. P. 10. V. 9. A. 10.**

Charax maxilla superiore longiore, obtusa; capite antice plagioplateo; dorso summo acuminato, elevato. *Gronov. zooph. n. 378.* Br. 3. D. 11. P. 15. V. 10. A. 11. C. 22.

Caput parvum, alepidotum, ante plagioplateum, pone cathetoplateum. Rostrum ante os prominens, latum, obtusum. Maxilla infera, lata, arcuata, tenuis, brevior. Dentes non visibles. Oculi medii, summi prominuli. Pupilla cærulea. Iris tenuis aurea. Corpus ovatum, compressum. Dorsum maxime arcuatum, carinatum. Abdomen planum subarcuatum. Linea lateralis recta, media. Squamæ minutissimæ, imbricatæ. Cauda bifurca, magna. Color ex cæruleo, argenteoque splendens. Inhabitat Americam.

**56. SALMO (*Curimata*) *Marggravii.***

Pescis figura colore & carne carpioni similis; sesquipedem longus &  $4\frac{1}{2}$  digitos latus. Os edentulum rotundatum. Squamæ majuscule. Pinna dorsalis longior quam lata.

Charax maxilla superiore longiore; corpore oblongo, gracili: dorso vix arcuato. *Gronov. zooph.* 379. Br. 4. D. 10. P. 10. V. 12. A. 10.

Caput cathetoplateum, alepidotum. Rostrum latum, obtusum, prominens. Maxilla infera, tenuis brevior supera. Dentes

## ADDITIONALMEN TUM.

tes minutissimi vix conspicui. Squamæ parvæ ex argenteo cæruleoque splendentes. Corpus lanceolatum, compressum. Linea lateralis recta, media, conspicua. Pinnæ dorsi prioris radii anteriores longissimi. P. D. altera lumbaris, spuria, humilis, ovata. P. P. infimæ proportionatæ. P. V. approximatæ, dorsi priori oppositæ. P. A. exigua triquetra, humilis. Cauda bifurca, lata, in mediis lateribus, post pinnam dorsi anteriorem parva, rotunda atra macula. Habitat in America meridionali.

57. *Salmo, Dentex. Hasselquist. itin. 437. Br. 3. D. 10. P. 15. V. 10. A. 24. C. 25.*

Caput longiusculum cathetoplateum, acuminatum. Maxillæ æquales, labiatæ. Dentes robusti, lobati, acuti & interiores integri, obtusi, dupli serie ordinati. Faucas & lingua glabra. Iris argentea. Pupilla atra. Dorsum fere rectum, convexum. Pinna dorsi prior æquilibris. Posterior spuria, crenata. Pectorales infimæ. Ventrals capiti quam caudæ propiores. Linea lateralis ab initio incurva, deinde recta, abdomini propior, lineolata. Anus caudæ propior. Squamæ amplæ, deciduæ. Color in vertice, dorso & summitate laterum, quæ lineis 3 vel 4 longitudinalibus, fuscis ornata est, glaucus ut & in dimidio superiore pinnæ caudalis. Dimidium inferius ejus rübet. Pinnæ ventrales, anales & pectorales albent. Opercula branchialia, latera abdominis & inferior ejus pars argentea sunt. Longitudo pedalis. Latitudo spithamea vel potius palmaris. Locus Nilus.

An *Cyprinus Dentex Linnæi* eadem sit species, dubito.

*Salmo, Roschal*, pinnis albidis: caudæ dimidio inferiore rubro: colore argenteo. *Forskål descr. anim. p. 66. Br. 4. D. 10. V. 9. A. 24.*

Dentes subulati, maximi, prominentes five exserti. Dorsum fusco albidoque lineatum.

58. *Salmo, anostomus, ore simo. L. S. N. 514.*

*Anostomus Gron. Mus. II. n. 165. & zooph. n. 376. tab. 7. fig. 2. Br. 4. D. 11. P. 13. V. 7. A. 10. D. 25.*

Corpus oblongum, cathetoplateum, crassum, squamosum. Caput alepidotum, cathetoplateum, subconicum, obtusum, parvum, multo humilius trunco. Os in summo capite angustum.

## ADDITIONAL.

Maxilla infera crassa, longior, apice papillæformi, multum prominente. Dentes maxillarum parvi, brunnei, una serie ordinati. Oculi magni, medii. Dorsum convexum, arcuatum. Abdomen subrectum, convexum usque pinnam ani. Linea lateralis in media, oblitterata. Pinna dorsi secunda adiposa. Pinnæ ventrales abdominales. Cauda lata, bifurca. Color brunneus, lineis indistinctis, subbrunneis, latis, longitudinalibus varius.

59. *SALMO, immaculatus*, corpore immaculato, pinna ani radiis 12. L. S. N. 513. D. 11. P. 14. V. 11. A. 12. C. 20.

Figura Bramæ. Cauda bifurca. Habitat in America.

60. *SALMO, foetens*, radiis dorsalibus, analibusque 12. L. S. N. 513. Br. 12. D. 12. P. 14. V. 8. A. 12. C. 24.

*Saurus ex cinereo nigricans. The Sea Sparrow-Hawk.*  
*Catesby. carol. II. 2. tab. fig. 2.*

Corpus elongatum, gracile. Squamæ mediocres, fuscæ. Pupilla nigra. Iris subrubra. Dentes inaequales, conferti, acuti, parvi. Sex, (ait auctor) habet pinnas. Binas pone branchias, tertiam sub ventre, quartam post anum, quintam in medio dorso, inter quam atque caudam bifurcam sexta valde exigua conspicitur. Habitat in Carolina.

61. *SALMO, niloticus*, pinnis omnibus, flavescentibus, corpore toto albo. L. S. N. 514. *Mus. Ad. Fr. II.* p. 99. D. 9. P. 13. V. 9. A. 26. C. 19.

Corpus facie Cyprini Alburni, pinnæ omnes basi flavescentes. Pinna adiposa minima. Cauda valde bifurca. Habit. in Nilo.

*Rai arabum Forskål. descr. 66.*

62. *SALMO, niloticus*. *Arabis Nefasch. Hasselquisti itin.* 422. Br. 4. D. 23. P. 17. V. 10. A. 16. C. 20.

Caput teretiusculum, oblongum. Rostrum longiusculum, obtusum. Apertura oris parva, tecta ad gingivas processu maxillæ superioris prominente libero, apice rotundato. Maxillæ labiatae aequales, supera crassior infera. Dentes capillares, longiusculi, flexiles, in maxilla infera una serie, in supera duabus seriebus dispositi, spatio intermedio distincti. Oculi medii. Iris argentea. Pupilla glauca. Dorsum arcuatum, convexum. Abdo-

## ADDITIONUM.

**Abdomen convexum.** Pinna dorsi prima æquilibris, secunda cutacea, squamosa. Pinnæ ventrales abdominales. Pinna analis ad basin squamosa. Pinna caudæ biloba usque marginem squamosa. Linea lateralis rectissima dorso propior. Anus remotus. Squamæ parvæ, lineis rectis imbricatæ. Color: Vertex fuliginosus; Opercula argentea; abdomen albidum; dorsum & latera ex lineis longitudinalibus glaucis, tenuibus & glauco-albidis latiusculis variegata; Pinnæ dorsi & caudæ glaucæ, reliqua albidæ. Magnitudo ingens. Caro sapida.

*Salmo, niloticus*, dorso virescente; dentibus maxillæ inferioris majoribus; pinna caudæ basi squamata. *Forskål* l. c. p. 66. n. 97.

*Salmo, aegyptiacus.* *Gmelini L. S. N.* ref. 1386.

63. *SALMO, notatus*, macula utrinque nigra versus opercula. *L. S. N.* 513. B. 4. D. 11. P. 16. V. 7. A. 23. C. 24.

Corpus oblongum: macula nigra super lineam lateralem. Caput acutiusculum. P. adiposa parva. Cauda bifurca. Affinis bimaculato. Habitat Surinamæ.

64. *SALMO, pulverulentus*, pinnis subpulverulentis, linea laterali descendente *L. S. N.* 514. B. 5. D. 11. P. 16. V. 8. A. 26. C. 18.

Oculi rubri radiantes. Maxillæ subaequales, supera fere longior. Dentes maxillares, validi, inaequales. Lingua laevis. Corpus compressum, squamis parvis albis. Pinnæ pectorales, ventrales, ani pulvere quasi fusco conspersæ. Cauda bifurca. *Mus. Adolph Fr.* II. 99.

65. *SALMO, Gronovii*, characinus, gracilis, cauda bifurca *W.*

Charax maxillis aequalibus; corpore oblongo gracili linea laterali curva. *Gron. Zooph.* n. 377. B. 3. D. 11. P. . . . V. . . . A. 27.

Caput cathetoplateum, parvum, latitudinem & altitudinem, trunci aequans, ante obtusum, superne subrectum & convexum, inferne carinatum. Oculi maximi medii. Maxillæ obtusæ, aequales. Dentes magni, acuti, uni seriatæ. Corpus ferme lanceolatum, macrolepidotum, dorso obsolete cari-

## ADDITIONAL.

nato, subrecto; abdomine subarcuato carinato. Linea lat. curva, infera, abdomini parallela. Cauda bifurca. Color ex argenteo caeruleo que splendens absque macula laterali. Habitat in America.

66. *SALMO, bimaculatus*, corpore compresso, bimaculato pinna ani radiis 32. L. S. N. 513.

*Albula maculata*, pinna ani radiis 32. Mus. Ad. Fr. I. 78. tab. 32. B. 4. D. 10. P. 14. V. 8. A. 32. C. 19.

Corpus album, compressum, figura Braiae. Macula fusca utrinque ad latus thoracis & basin caudae. Dentes minimi in margine oris, nulli in lingua. Cauda bifurca.

*Charax capite cathetoplateo*; maxilla inferiore longiore, dorso subconvexo: macula atra ad pinnas pectorales. Gron. zooph. n. 381. Mus. ichthyol. p. 19. tab. 1. fig. 5. B. 3. D. 11. P. 13. V. 8. A. 31. C. 19.

Corpus latum, macrolepidotum. Caput parvum cyprino simile. Oculi magni. Iris aurantia. Pupilla nigra. Opercula laevia, argentea. Dentes magni, lati, acuti. Lingua & palatum, glabra. Maxillae aequales. Anus rostro parum propior. Linea lateralis curva, abdomini parum propior. Squamae magnae, caeruleo-argenteae. Cauda bifurca. Surinamensis.

*Piaba* Brasilienibus. *Marggravii*. p. 170.

Oculi nigri, iride aurea. Pinna analis ad caudae exortum protensa. Caput ad latera auro & argento splendet; Dorsum argenteo, viridi & multo indico: Medium laterum secundum longitudinem argenteo & indico mixtum. Venter aureo & argenteo & paucio indico. Macula rotunda & una lunata indici coloris post brachiarum operculam, & aliam ejusdem coloris, ovalem ad exortum pinnae caudae. Pinnae & cauda bifurca aurea, exceptis inferioribus rubris. Corpus oblongum tres ad 5 uncias longum.

*Tetragonopterus argenteus*; appendicula membranacea in extremo dorso; cauda multum bifurca. *Sebae thesaur.* p. 106. tab. 34. fig. 3. D. 12. P. 11. V. 6. A.  $\frac{1}{3}$ . C. 19. Descriptio nem vide in Mantissa.

Varie

## ADDITIONAL.

*Varietas.*

$\alpha.$  Coregonus amboinensis. *Artedi spec. 44.* Br. 5 - 6.

D. 12. P. 13. V. 9 - 10. A. 34. C. . . .

67. SALMO, *rhombeus*, abdomine serrato, pinna ani caudique, basi margineque nigris. *L. S. N. 514.* Br. 4. D. 17. P. 17. V. 6. A. 32. C. 16.

Corpus argenteum, facie Chætodontis rhombei. Labium inferius longius obtusum. Dentes validi. Oculi rubri. Abdomen carinatum & serratum.

Salmo rhombeus. *Die breitleibige amerikanische Halbföhre. Pallasii Spicil. fasc. 8.* Br. 4. D. 17. P. 17. V. 7. A. 32. C. 22.

Corpu latum, facie Carassii. Caput alepidotum ante crassius trunco, pone compressum. Rictus obtusus, profunde incisus, tenuiter labiatus. Dentes magni, acuti, trigoni, inæquales. Palatum a lateribus dentatum. Oculi magni iride aurea. Corpus microlepidotum valde compressum, dorso arcuato, carinatoque; abdomine argute carinato, & in modum ferræ aculeato. Anus medius. Aculeus utrinque ad anum. Linea lateralis recta, media. Aculeus parvus antrorsum decumbens; postice bimucronatus ante pinnam dorsalem. P. A. basi carnosa productior. P. C. biloba lobo inferiore paulo majore. Color e gryseo & lutescente argenteus versus dorsum fuscescens. Pinnæ maxime ani & caudæ margine nigricantes, vix dorsalis. Longitudo 7 unciarum & 4 linearum. Latitudo 3 unciarum.

68. SALMO, *Gasteropelecus*. *Die kleine axtförmige Halbföhre. Pallasii Spicil. 8.* Vide Gasteropelecum inter Nova genera.

69. SALMO, *gibbosus*, dorso gibbo, compresso, pinna ani radiis 50. *L. S. N. 513.*

Charax maxilla inferiore longiore: dorso prominulo, gibbo: capite cathetoplateo, macula atra ad pinnas pectorales. *Gron. zooph. n. 380. Mus. ichth. I. n. 53. tab. I. fig. 4.* Br. 4. D. 10. P. 11. V. 9. A. 55. C. 19.

Corpus oblongo-lanceolatum, cathetoplateum, squamosum, rufum, argenteo mixtum; dorso post caput gibbo carina-

*X. ESOX.*

*Membrana Branchiostega* quatuordecim officula utrinque continet.

*Corpus oblongum. Pinna non magna in extremo dorso versus caudam. (\*)*

i. *ESOX*

**ADDITAMENTUM.**

to; abdomine modice arcuato plano. Caput parvum, humile, cathetoplateum, superne convexum & rectum, inferne arcuatum. Oculi grandes, rostro propiores, iride aurea, pupilla nigra. Maxillæ subæquales, infera parum longior. Dentes magni acuti, Palatum & lingua glabra. Anus capiti parum propior. Linea lateralis media, recta. Cauda bifida. Color erubo argenteus, in dorso obscurior. Macula atra haud procul a fine opercularium. Aculeus crassus solitarius utrinque ad exortum pinnarum pectoralium. Color argenteus, in dorso obscurior. Macula atra ad finem opercularum supra pinnas pectorales.

*Species adhuc dubiae.*

70. *SALMO, Muikisi. Krascheninnikow l. c. p. 185.*

*Corpus macrolepidotum Salmoni Narkæ æquale. Rostrum uti in Goltsa, inferne gibbum. Dentes in maxillis secundum linguam. Dorsum nigricans maculis rotundis & semirotundis nigris insignitum. Latera vitta lata rubra a capite ad caudam extensa ornantur. Caro sapida.*

71. *SALMO Leucomepoton.*

*Charax leucomepoton. Zujewi. Vide Nova Act. Petrop.*

*(\*) Charakter generis Esox.*

**LINNÆI:** Caput supra planiusculum. Mandibula superiore plana, breviore: inferiore punctata. Dentes in Maxillis & lingua. Membr. branch. radiis 7-12. Corpus elongatum.

**PENNANTI:** Mandibula supera brevior infera. Corpus elongatum, tenue, cathetoplateum. Pinna dorsalis unica prope caudam. *Brit. zool. III. 320.*

**SCOPOLI:** Corpus teretiusculum, ano inferiore; pinna dorsali unica. Maxilla utraque aut unica elongata, inferior punctata. Dentes in maxillis & faucibus. Pinnæ inermes. Membr. branch. officulis 7-9. l. c.

BRÜN-

1. ESOX *rostro plagioplateo*. Art. Syn. 26. species 52. *Lucius Auctorum*. *Luzzo Ital*. *Brochet Gallis*. *The Pike Anglis*, minores vero *the Pickerell*. *Giädda Suecis*. *Gedde Danis*. *Hecht Germanis*. *Schnock Belgis*. Vertebræ 61. Maxilla inferior superiore longior. (a)
2. ESOX *rostro cuspidato, gracili, futereti, spithamali*. Art. Syn. 27. *Acus vulgaris* & prima species Auctorum. *Näbgiädda Suecis*. *The Gar-fish or Hornfish Anglis*. *Eguille Gallis*. Maxilla inferior superiore longior. (b)

## 3. ESOX

## ADDITAMENTUM.

**BRÜNNICHII:** Caput rostratum. Maxilla inferior longitudinaliter poris pertusa; utraque dentata, elongata sæpius inæqualis; pinna dorsi unica. *Fundam zool.* p. 140.

**GRONOVI:** Corpus cathetoplateum, oblongum, gracile, teres, squamosum. Dorsum rectum. Anus caudæ propior. Caput cathetoplateum, oblongum, inerme; maxillæ productæ. Dentes in maxillis & faucibus, acuti. Membr. branch. officulis 14. Pinnæ inermes 7 in dorso, unica in extremo dorso, anali opposita. Ventrals quandoque anali pinnæ paulo propiores, quam pectoralibus; quandoque præcise in medio inter pinnas pectorales & analem. *Zooph.* p. 117.

**FORSTERI:** Corpus teres, elongatum. Caput rostratum plagioplateum. Mandibula superior planiuscula; infera longitudinaliter poris punctata, longior. Dentes in maxillis, lingua, Membr. br. 7 - 12. *Enchir. h. n.* 87.

**BLOCHII:** Caput plagioplateum. Pinna dorsi ad caudam. *N. F. D. I.* 227.

(a) 1. *Esox, Lucius*, rostro de presso subæquali. *L. S. N. 516.* D. 21. P. 15. V. 11. A. 18. C. 19.

*Esox, Lucius*, rostro plagioplateo. *Der Hecht. Bloch N. F. D. 229.* tab. 32. Br. 15. D. 20. P. 14. V. 10. A. 17. C. 20.

(b) 2. *Esox, Belone*, rostro utraque maxilla subulato. *L. S. N. 517.* D. 16. P. 13. V. 7. A. 20. C. . . .

*Esox,*

3. *ESOX maxilla superiore longiore, cauda quadrata.* Art.  
*Syn. 27.*  
*Acus maxima squamosa. Listeri in append. ad Ichth.*  
*Willoug. p 22. Ray p. 109.*  
 Longitudo bipedalis & ultra. Dorsum latum. Rictus  
 ingens.  
 Squamæ confertæ, pulcro & vario Ordine sitæ. (c)

XI. ECHE-

## ADDITAMENTUM.

*Esox, Belone, rostro subulato. Der Hornhecht. Bloch*  
*N. F. D. I. 236. B. 14. D. 20. P. 13. V. 7. A. 23. C. 23.*

*Mastaccerbelus mandibularis longissimus, tenuibus, acutif-*  
*simis denticulatis, quorum inferior antecedit superiorem. Klein*  
*M. IV. 21 tab 3. fig. 2.*

*Gar-Pike. Pennant br. zool. III. 324. tab. 63.*

## Varietates.

α. *Esox, marinus, radiis pinnæ dorsalis novem. The*  
*Sea-Snipe. Schoepfii in Schriften N. F. VIII. 177. Br. 11-*  
*12. D. 9. P. 12. V. 8 - 9. A. 14. C. 17 - 18.*

Caput super frontem & in lateribus planissimum. Corpus  
 prælongum, teres. Utraque maxilla in rostrum longum denta-  
 tum producta. Longitudo pedem aliquanto superat.

β. *Esox, Houttuyni, pinna dorsi radiis 13. Snipfisch.*  
*Hist. nat. I. P. 8. p. 250. tab. 65 fig. 2. D. 13. P. 11. V. 6.*  
*A. 15. C. 14.*

Corpus elongatum pedale. Caput cum rostro tereti un-  
 ciarum 4. Color flavidus. Linea lateralis argentea, aspectabilis.  
 P. D. pinnæ ani opposita. P. C. farcipata.

γ, *Esox, Timucu, rostro subulato, linea latterali vire-  
 scente. Lusitanis Peike Agulha. Marggravii h. n. bras. 168.*

Corpus teres alepidotum, bipedale. Rostrum osseum,  
 4 digitos longum edenticulatum. Maxilla infera longior, apice  
 molli. P. D. pinnæ anali opposita & similis. Lingua deest.  
 P. C. bifurca. Color in dimidio corporis superiorè olivaceus,  
 in inferiore argenteus. Linea lateralis virescente media distin-  
 ctus. Caro sapida non spinosa.

(c) 3. *Esox, osseus, maxilla superiore longiore; squamis osseis.*  
*L. S. N. 516. D. 6. P. 11. V. 6. A. 5. C. 12.* Caput

## ADDITIONAL.

Caput pedale, nudum, osseum, rugis characteribusque scriptum. Nares sinu obliquo longitudinali, antice & postice & pori duo ad apicem rostri. Rostrum angustum, obtusum, lineare, capite proprio duplo longius. Dentes marginales, parvi, acuminati, conferti & maiores rariores. Maxilla superior ad apicem quasi duabus naribus aliis instructa; inferiore paulo longiore. Corpus tripedale, teres, vestitum arcte squamis perfecte ossitis, durissimis, rhombatis, margine postico serratis, dispositis in series obliquas, ad angulum rectum in dorso concurrentes. Sunt vero inferiores & posteriores magis acutæ: dorsales vero magis obtusæ, at in summa serie emarginatæ. Pinna dorsalis radiis 6 in omnibus, prope caudam sita, longitudinaliter imbricata radiis parvis, geminata serie a latere antico dispositis. Pectorales radiis 11; primo antice imbricato: ventrales radiis 6 in medio abdomen; radio primo antice imbricato; analis radiis 5 ante dorsalem; sed gemina ut in Cyprino aurato; an hoc constanter? hæreo. Caudalis radiis 12 crassimis; radiis lateribus serie dupli imbricatis. *Mus. Ad. Fr.* 11. 101. In *Syst. nat.* p. 516. autem ait: Maxilla inferior brevior, desinens ante oculos. Pinnarum omnium radius anticus dupli serie dentatus. Pinna dorsalis posterior, quam pinna ani. Habitat in America septentrionali.

*The great Garfish.* Hill's *histor. animal.* p. 223.

Caput longissimum, tenui, subteres, ad extremitatem depresso. Oculi parvi summi, iride flavescente. Dorsum latum & planum. Latera parum convexa. Abdomen planum. Corpus duos pedes aut plus longum, & unicum crassum. Habitat circa Angliam, sed raro obvenit.

*Acus maxima squamosa.* Listeri in APPENDICE *Willyby* 22. tab. P. 8.

*The boney Pike.* Pennant *arth. zool. suppl.* 144.

## Varietas.

æ. *Acus maxima squamosa viridis.* *The green Garfish.* *Catesby car.* II. tab. 30. D. 11. P. 11. V. 6. A. 17. C. 16.

Maxilla inferior longior. Pinna dorsi & ani exacte opposita.

*Artedi Genera.*

M

fitæ.

## ADDITAMENTUM.

fitæ. Squamæ tenues, distinctæ, necosseæ imbricatæ. Habitat in Carolina. *L. S. N.* 516.

*The Carolina Pike.* *Pennant arct zool. suppl.* 144.

Maxillæ longæ, angustæ, denticulis multis armatæ. Pinna dorsalis caudæ proxima. Squamæ osseæ super totum corpus, quarum illæ in abdomine obliquæ dispositæ. Dorsum viride; abdomen rubicosum. Cauda rotundata, sordide rubra, nigro conspersa. Longitudo trium pedum. Habitat in Virginie.

*Esox viridis*, maxilla inferiore longiore; squamis tenuibus. *Gmelin L. S. N. ref.* 1389.

4. *Esox, chilensis*, maxillis æqualibus; linea laterali cærulea. *Robalo dictus.* *Molinae hist. nat. chil.* 197. Br. 10. D. 14. P. 11. V. 6. A. 8. C. 22.

Corpus teres. Squamæ osseæ, imbricatæ, angulatæ, deciduae. Caput mediocre cathetoplateum. Rictus terminalis, mediocris. Labia simplicia. Maxillæ æquales, denticulatæ; inferior punctata. Dentes immobiles, conferti, minimi. Lingua glabra ut & palatum. Oculi magni. Nares geminæ, oblongæ prope oculos. Opercula branch. squamosa, diphylla. Membrana branch. lata, patens. Apertura br. lateralis, falcata. Dorsum convexiusculum uti abdomen. Linea later. recta, suprema, dentata. Anus remotus. P. dorsalis solitaria brevis, declinata pone æquilibrium. P. pector. infimæ, breves, acuminatæ. P. V. abdominales vicinæ, mediocres, acuminatæ. P. ani proportionalis, subæqualis pone æquilibrium. P. caudæ, distinctæ, æqualis. Forsitan alias generis piscis.

5. *Esox, Synodus*, pinna in medio dorfi, membrana branchiostega quinque radiata. *L. S. N.* 516. Habitat in America.

*Synodus.* *Gron. zooph. n.* 351. & *Mus. ichth. II.* n. 151. tab. 7. fig. 1. Br. 15. D. 11. P. 12. V. 8. A. 6. C. 8.

Corpus oblongum, spithamale, cathetoplateum, nigromaculatum. Linea lateralis recta, media. Caput cathetoplateum, subacutum, alepidotum. Rictus ingens, terminalis, ascendens. Maxillæ ore clauso æquales. Dentes magni, acuti, inæquales, parum incurvi, conferti in maxillis, priorum vergentes,

## ADDITIONALMEN TUM.

gentes, in palato, faucibus & lingua recurvi. Oculi summi, rostro approximati, parvi orbitis osseis inclusi. Opercula branchævia, in medio squamosa. Squamæ magnæ, imbricatae, nigro inaculatae, exceptis illis albidis in abdome. Pinna dorsalis submedia, capiti propior. Pinnæ ventrales abdominales, capiti propiores, quam pinna dorsalis magna. Cauda parva, bifurca.

Zahn-Hecht. Müller L. N. S. IV. 339.

6. *Esox*, *Vulpes*, pinna in medio dorso; membrana branchiostega triradiata. L. S. N. 516. D. 14. P. 14. V. 8. A. 10. C. 17.

*Vulpes Bahamensis*. *Catesby carol.* tab. I. fig. 2.

Corpus lanceolatum, sesquipedale. Rictus amplius. Maxillæ inæquales, una serie dentium subulatorum armatae. Squamæ haud exiguæ in dorso silacea versus abdomen albescens. Pinna caudæ magna forcipata.

7. *Esox*, *marginatus*, pinna dorsali anique oppositis; linea laterali argentea, maxilla inferiore sextuplo longiore. *Forskål d. anim.* 67. Br. 13. D.  $\frac{9}{3}$ . P. 11. V.  $\frac{2}{3}$ . A.  $\frac{1}{2}$ . C. 14.

Corpus lineare utrinque attenuatum, lateribus parallelis, abdome & dorso ejusdem crassitiei, sesquispithamale. Altitudine sesqui major. Caput supra horizontale, corpore angustius. Gula compressa. Labium superius triangulum, æquicrurum format horizontale, planiusculum; basi mobile & sponte surgens, dum labium inferius deprimitur. Labium inferius sextuplo longius superiore, lanceolatum, depresso, planum, corneum. Dentes in junctura maxillarum numerosi, erecti, setacei, rigidi, parvi; labiis conniventibus, inferiores extra labium superius pronti- nent. Nares utrinque simplices transversæ. Opercula nuda, integrina. Oculi juxta verticem parum remoti. Dorsum rectum convexum. Abdomen rectum, planum; linea laterali marginatum usque ad P. V. Cauda attenuata. Linea later. a capite ad P. V. marginem abdominis constituit; dein elevatur & oblique decurrit infra corporis medium; finitur sub apice P. D. Squamæ latæ, laxæ, integræ. Color totus albidus; dorso & verticis fuscus. Vitta in utroque latere longitudinalis argentea, squamis crassioribus striatis. P. pector. mediae, lanceolatae longitudine capitis

## ADDITIONAL.

capitis (excepto labio inferiore). P. V. pone  $\frac{2}{3}$  corporis sitæ, pone excisæ, radio extimo & intimo incurvis, hoc longiore. P. A. glauca extus flavescens, parva, triangularis, medio inter P. V. & C. Pinna dorsi extus flava opposita pinnæ ani sed major & latior. P. C. pectorali sesquilongior, bipartita, lobis lanceolatis, inferiore longiore; superior pallide flavus, margine postico fuscus. Habitat in mari rubro. Esco Hepseto valde affinis.

8. *Esox*, *Hepsetus*, linea laterali argentea. *L. S. N. 517.* Br. 10. D. 14. P. 12. V. 6. A. 15. C. 14.

Argentina pinna dorsali pinnæ ani opposita. *L. Amoen. I. 321.*

Caput oblongum, compressum, supra depresso. Os interne denticulatum. Maxilla inferior paulo longior. Corpus testiculus, argenteum, squamosum. Dorsum crassiusculum dupli linea longitudinali a lateribus distinctum. Pinna dorsalis versus caudam collocata. P. pectoralis lanceolatae. P. V. rotundatae breves in medio longitudinis. P. caudæ bifurca.

*Piquitinga Marggravii* p. 159. non idem pisces est, ut Linnaeus creditit, sed ad genus Antherinæ potius referendus. Confer A. Meridium.

9. *Esox*, *brasiliensis*, maxilla inferiore longissima; corpore serpentino. *L. S. N. 517. Mus. Ad. Fr. II. 102. D. 12. P. 10. V. 6. A. 17. C. 16.*

Caput compressum, supra planum. Maxilla superior trigona, brevissima, mobilis; inferior extensa inensem mollem, linearem, longum, rectum. Membrana branch. radiis 10. circiter. Corpus lubricum serpentis, compressiusculum, spithameum. Linea lateralis recta. P. D. versus caudam sita. Ventrales pone æquilibrium sitæ; Analis opposita dorsali; Caudalis bifida.

*Esox* maxilla inferiore tereti, cuspidata, longissima; superiore brevissima. *Gron. zooph. n. 363.* Br. 14. D. 13. P. 10. V. 6. A. 10. C. 15.

Caput alepidotum, parvum, pyramidatum, ferme trigonum, superne planum. Oculi summi, maximi. Dentes minutissimi, conferti. Lingua & palatum glabra. Maxilla supera bre-

## ADDITAMENTUM.

brevissima circinnata, infera longissime producta subulata, sulco secundum longitudinem exarata. Apertura branchialis lateralis & gularis. Membrana branchialis tecta. Corpus subteres parum compressum. Linea lateralis obsoleta, suprema, dorso paralela. Squamæ magnæ, imbricatae argenteæ deciduae. P. D. humiliæ, declinata, lumbaris. P. P. angustæ, parvæ, mediæ. P. V. distinctæ ano vicinæ, minimæ, rotundatae. P. A. a capite remotior quam P. D.; P. C. bifurca, magna, lobò supero multo breviore infero. Latera inferiora abdominis ad pinnam utrinque linea scabra marginata. Color argenteus in dorso fuscet. Longitudo 6½ unciarum.

*Esox* maxilla inferiore producta *Brown* jam. tab. 45. f. 2.

*Die Elephantennase. Mülleri L. N. S. III. 343. tab. 9.*  
fig. 3. D. 14. P. 10. V. 6. A. 10.

Corpus pedale, lanceolatum, cathetoplateum. Color superne olivaceus, a lateribus e flavido argenteus, in rostro niger.

## Varietas.

α. *Esox brasiliensis*, maxilla infera duplo longiore supera pinnulis spuriis versus caudam. *Pennant. ard. zool. suppl. 145.*

10. *Esox, Saurus*, rostro subulato, pinnulis spuriis versus caudam. *The Saury Pike. Pennant. br. zool. III. 325.*

Corpus anguillæ forme pone attenuatum, circiter pedale; rostrum gracile, illi Esocis Belones simile, longitudine unius uncia, maxillæ æquales superiore parum incurva. Oculi magni. Pinna dorsalis parva, pone æquilibrium sita; Pinna analis opposita simili pinnæ dorsali. Intervallum inter has pinnas & pinnam caudalem pinnulæ spuriæ nempe sex superne & tandem inferne occupant. Pinnæ pectorales & ventrales minutæ, caudalis forcipata. Color dorsi subfuscus est, abdominis vero argenteus nitet. Habitat in mari Brittanico.

*Skipper Cornubiensium. Raji. syn. p. 109 & 165.*

11. *Esox, gymnocephalus*, maxillis æqualibus; opercularis obtusissimis; capite denudato. *L. S. N. 517. D. 13. P. 10. V. 7. A. 26. C. 19.* Habitat in India.

12. *Esox Sphyraena*, dorso dipterygio, antica pinna spinosa

## ADDITAMENTUM.

nosa L. S. N. 515. Mus. Ad. Fr. II. 100. D. 5, 10. P. 12;  
V. 6. A. 10. C. 17.

Corporis habitus E. Lucii. Caput omnino Lucii: maxilla inferior paulo longior. Dentes ad marginem maxillæ inferioris, in superiore vero per series duas palati digesti. Labium inferius prominet extra superiorem. Pinna dorsalis anterior radiis 5 spinosis, æqualibus, sita in medio dorsi: posterior radiis 10 inermibus, opposita omnino pinnæ ani. Pectorales radiis 12 parvæ; V. radiis 6. Caudalis radiis 17, bifurca. Habitat in mari mediteraneo.

*Sphyræna Arted. gen. 84. & Syn. 112.*

*Esox, sphyraena*, dorso dipterigio. Brünnichii ichth. p. 100.  
Br. 6. D. 5, 10. P. 12. V. 6. A. 11. C. 18.

Corpus elongatum, subteres, argenteum. Caput supra planum, sulcatum. Maxilla inferior ultra superiorem valde prominens, mentis acuto lobo terminatus. Iris alba. Pinnarum dorsaliū radii simplices, molles. Linea lateralis in initio incurva, dein recta, media, elevata coloris argentei magis splendentis. Anus postice. Caudæ pinna bifida. Longitudo fere spithamæ. Habitat in mari Adriatico.

*Varietas.*

a. *The barra cuda*. Catesby carol. II. tab. 1. D. 6, 6.

Piscis ad 10 pedes elongatus habitu corporis fere E. Lucii. Oculi magni, micantes. Rictus amplius. Maxilla infera longior supera. Dentes 4 magni acuti in anteriore parte maxillæ superæ, unicus magnus in apice maxillæ inferæ & 10 minores versus angulum oris. Dorsum duabus brevibus pinnis remotis sexradiatis instructum est. Pinnæ ventrales, abdominales. Pinna ani opposita pinnæ dorsali secundæ. Pinna caudæ bifurea. Caro insuavis atque insalubris. Habitat in mari Indiæ occidentalis.

*Esox Barracuda*. Pennant. art. zool. suppl. 143.

Umbla minor maxillis longioribus ad Saurum accedens.  
*The Barracada*. Raji Syn. p. 158. & Bucune itidem 155.

13. *Esox, argenteus*, fuscus, litteris quasi flavidantibus pictus. Forsteri itiner. I. 159. II. 282.

## XI. ECHENEIS.

*Membrana Branchiofæga* novem circiter ossicula utrinque continet.

*Caput* plagioplateum, superne striis transversis asperis notatum. *Corpus* oblongum, cathetoplateo subteres.

*Pinna* oblonga ad posteriorem dorsi partem. (\*)

## I. ECHE-

## ADDITAMENTUM.

*Corpus* parvum alepidotum. *Trutta* parvæ simile, fuscum flavidis maculis in modum litterarum Asiaticarum variegatum. *Habitat* in India occidentali, *Tenpounder* appellatur.

(\*) *Character generis Echeneidis.*

LINNÆI: *Caput* pingue, nudum, depresso, supra planum, marginatum, transverse sulcato-ferratum. *Membrana branch.* radiis 10. *Corpus* nudum. S. N. 446.

BRÜNNICHII: *Pinnæ ventrales* in thorace; *pinna unica* in extremo dorsi. *Caput* supra planum, sulcatum. *Fundam.* zool. 136.

SCOPOLI: *Ano* supiore. *Dentibus* in lingua, palato, maxillis. *Mandibula* inferior longior. *Caput* scuto ovali. *Membrana branch.* ossiculis 9. *Pinnæ* inermes 7. *Introducit.* ad h. n. 452.

GRONOVII: *Corpus* oblongiusculum, teres, cathetoplateum, alepidotum. *Anus* capiti propior. *Caput* plagioplateum, trigonum, superne scuto ovali, costis transversalibus, denticulatis armato, obductum; subtus convexiusculum, omnino alepidotum, inerme. *Dentes* confusanei, in areas dispersi, in maxillis, lingua & palato. *Maxilla* inferior acuminata, longior supiore. *Membrana branch.* sub operculis latitans ossiculorum utrinque 9. *Pinnæ* 7 inermes: dorsalis unica sublinearis, anali opposita, a medio corpore usque ad caudam percurrens. *Ventrales* sub pectoralibus. *Zooph.* 75.

BLOCHII: *Capitis* scutum lineis asperis multis transversalibus & unica longitudinali dissectum. N. A. F. 129.

pag. 15. i. ECHENEIS Art. Syn 28. Ovidii Nasonis Hal. v. 99.  
*Remora Gazae.* In hist. Anim. Aristot. Libr. 2. C. 14.  
 Will. p. 119. Ray 71. (α)

*Echeneis* Græcorum & Ovidii.

Longitudo 18 digitorum: Latitudo 4. Maxilla inferior,  
 superiore longior.

Denticuli plurimi in maxillis. Color corporis canus.  
 Pinnæ 7, scilicet Pectorales 2, Ventrals 2, remotius  
 à rostro sitæ, quam pectorales. Ani 1, Dorſi 1, &  
 Caudæ 1.

Striæ capitis sunt 22, asperæ, transversæ, sed linea,  
 secundum longitudinem in duas partes, quasi divisæ.

## XII. CORYPHÆNA.

*Membrana Branchiostega* quinque utrinque ossicula  
 continet, præter duo aia, utrinque sub ipsis oper-  
 culis offeis, quæ non videri possunt. *Pinnæ* 7, in  
 dorso unica, à summo capite ad caudam usque ex-  
 tensa.

*Caput*

### ADDITAMENTUM.

(α) 1. Echeneis, *Remora*, cauda bifurca; striis capitis  
 18. L. S. N. 446. *Amoen. acad.* I. 320. D. 22. P. 28. V.  
 5. A. 22. C. 16.

Echeneis, *Remora*, pinna caudali semilunata. *Der An-  
 sauger.* Bloch N. A. F. II. 134. Br. 9. P. 22. V. 4. A. 20.  
 C. 20. D. 21.

2. ECHENEIS, *Neocrates*, cauda integra; striis capitis  
 24. L. S. N. 446. D. 37. P. 21. V. 5. A. 37. C. 16.

Echeneis, *Neocrates*, cauda rotundata. *Der Schiffshalter.*  
 Bloch N. A. F. II. 131. Br. 9. P. 20. V. 4. A. 35. C. 18. D. 40.

Echeneis ore trianguli; cauda in extremo subrotunda;  
 lineis duabus fuscis longitudinalibus, a rostro ad caudam usque  
 protensis. *Sebae thes.* III. tab. 33. n. 2. Vide *Mantissani* I.

Echeneis, *Neocrates*. *Hasselquisti itin.* 371. Br. 9. D.  
 39. P. 19. V. 6. A. 36. C. 16.

3. ECHENEIS, *Neocratooides*, striis capitis 20 paribus.  
*Zujevi* in *Nov. Act. Petrop.* IV.

*Caput* anterius admodum obtusum, seu à vertice ad os perpendiculariter fere declive. *Caput & corpus* cathetoplatea. (\*)

1. CORYPHÆNA *cauda bifurca.* Art. Syn. 22.

*Guaracapema Brasiliensis Martgr. Ray p. 100.*

*Hippurus* omnium fere Auctorum. à *Dolphin* Anglis.

Longitudo 6 à 7 pedum. *Pinnæ Pectorales* officulorum 20. *Ventrales* 6. *Cauda* officulorum 18. circiter longiorum. (a)

2. CO-

ADDITAMENTUM.

(\*) *Character generis Coryphaenæ.*

LINNÆI: *Caput maxime truncato-declive. Membrana branch. radiis 5.* *Pinna dorsalis longitudine dorsi.* L. S. N. 446.

SCOPOLI: *Caput truncato-declive ut in Pteridio sed membrana branch. officulis 5.* *Pinnæ ventrales ab anali distinctæ.* *Corpus minime marginatum.* *Anus medius.* *Introd. ad h. n. 456.*

BRÜNNICHII: *Caput truncato declive; corpus cunei-forme; pinna unica per totum dorsum extensa.* *Pinnæ ventrales in thorace.* Fund. zool. 136.

GOUANI: *Corpus ovato-lanceolatum, cathetoplateum, carinatum, sèpius squamosum.* *Caput osseum, magnum, alepidotum; rostro obtuso, fronte declivi, truncata.* *Dentes acuti, recurvi conferti.* *Membrana branch. operculata radiis 4, 5, 6 vel 10.* *Pinna dorsi longitudinalis, solitaria, sèpius composita.* *Pinnæ ventrales thoracicæ.* Hist. Piscium. 128

(a) 1. *Coryphaena, Hippurus, cauda bifida, radiis dorsibus 60.* L. S. N. 446. D. 60. P. 21. V. 6. A. 26. C. 18.

*Coryphaena, Hippurus, pinna ani radiis 25.* Der gefleckte Stutzkopf. Bloch N. A. F. II. 143. tab. 174. Br. 7. P. 16. V. 6. A. 25. C. 18. D. 48.

*Coryphaena, Hippurus, cauda bifurca.* Dorado. Loeflingii itin. 147. D. 60. P. 21. V. 6. A. 26. C. 17.

*Caput* decline & obtusum, sed vertice acute carinato. *Corpus compressum.* *Linea lateralis ad pinnas pectorales sursum curva,*

**2. CORYPHÆNA** *palmaris*, *pulcrè varia*, *dorso acuto*,  
*Art. Syn. 29.*

*Novacula pīscis Auctorum. Pēse Pettine Salviani. fol. 217.*  
Dentes majores & anteriores in maxillis. Cauda lata.  
Oculi parvi, ad superiorem capitū partem siti. Anus  
capiti quam caudæ propior. (b)

Cor-

## ADDITAMÉNTUM.

curva, mox inæqualiter deorsum curvatur, demum recta. Pinna dorsalis a capite ad caudam extensa. Cauda valde bifurca. Color aureus splendens post mortem mutatur in glaucum.

*Coryphæna, Hippurus. Der Delphin. Osbeck itin. 403.*  
*Br. 7. D. 60. P. 19. V. 6. A. 27.*

Corpus bipedale, compressum, anceps, pone angustatum. Caput truncatum, breve. Maxilla infera longior supera. Dentes breves, numerosi in maxillis & palato. Cauda bifurca. Linea lateralis dorso propior. Color subviridis cæruleo punctatus. Iris aurocincta est. Habitat sub linea æquinoctiali.

*Coryphæna, Hippurus. Der Goldfisch. Mülleri L. N. S.*  
*III. 116.*

Anglis *The Dolphin. Forsteri Voyage II. 47.*

*Guara capema* Brasiliensibus. *Dolfin* Belgis. *Marggra-*  
*vii* p. 160. c. fig.

Mas est Doradæ. Corpus compressum septem pedum longitudine & sesquipedali altitudine. Caput desinit in figuram quadratam fronte in aciem educta. Os parvum. Denticuli acuti. Oculi magni pupilla crystallina, iride argentea. Pinnæ 7. Dorsalis alta longitudinalis. Ventrales sub pectoralibus. Analis longitudinalis ante triangulata. Caudalis valde bifurca. Squamae minimæ. Color exviridi argenteus, maculis cæruleis variegatus. Venter tamen albicat.

(b) **2. Coryphæna, Navacula**, capite pinnisque cancellatis; lineis cærulecentibus. *L. S. N. 446.* Habitat in mari mediterraneo.

*Novacula pīscis. Willugby ichthyol.* pag. 214. tab. O. 2.  
fig. 2.

Caput

Corps a lateribus compressum, variis coloribus pi- pag. 16.  
 etum. Piscis marinus, littoralis, ad Rhodon, Meli-  
 tam, Majorcam, Minorcam frequens, Romæ rarer,  
 ex Salviano. Linea Lateralis dorso vicina, & cauda  
 æqualis, ex iconе Salviani.

3. *CORYPHÆNA cauda æquali, linea laterali curva.* Art.  
*Syn. 29. Pomphilus Auctorum. (c)*

N 2

XIII.

## ADDITAMENTUM.

Caput magnum compressum fronte præcipiti. Os par-  
 vum. Dentes parvi acutissimi præter 4 anteriores longiores.  
 Oculi parvi, summi. Corpus valde compressum, macrolepidotum,  
 eleganter variegatum dorso cutellato. Cauda lata integra.  
 Caput lineis cœruleis insignitum. Corpus ex rubro flavescit.  
 Pinna dorsi rubra cœruleo maculata. Pinnæ ani & caudæ lineis  
 subflavis & virentibus cancellatim commissis ornatæ. Longi-  
 tudo palmaris.

*Coryphæna, Novacula. Der Mefferrücken.* Müller  
*L. N. S. IV. 121.*

*The Razorfish. Hill's h. an. 224.*

Caput breve obtusum. Corpus compressum, modice la-  
 tum respectu longitudinis, variis coloribus pulcherrime pictum.  
 Dorsum acutum. Linea lateralis subrecta summa. Anus capiti  
 propior. Oculi parvi, summi. Dentes magni in apice maxilla-  
 rum. Cauda lata & æqualis.

(c) 3. *Coryphæna, Pomphilus,* dorso supra lineam late-  
 ralem curvam fasciolis flavescentibus picto. *L. S. N. 447.* Ubi  
 descriptio exstat. Br. 5. D.  $\frac{8}{3}$ . P. 14. V. 6. A.  $\frac{2}{4}$ . C. 16.

*Coryphæna, Pomphilus. Der gestreifte Stutzkopf.* Müller  
*L. N. S. IV. 122.*

4. *CORYPHÆNA, lineata,* capite picto, lineis transversis co-  
 loratis. *L. S. N. tom. III. 224.* D.  $\frac{4}{2}$ . P. 11. V. 6. A. 15. 17.

Caput compressum, nudum, declive, pictum lineis trans-  
 versis. Opercula levia. Dentes primores duo longiores, ex-  
 ferti, distantes, acuti tam supra quam infra. Squamæ magnæ.  
 Pinnae longitudinales pictæ lineolis. Cauda rotundata. Ha-  
 bitat

**ADDITIONALMATERIAL.**  
bitat in Carolina. Secundum descriptionem convenit cum C. Novacula.

5. **CORYPHÆNA, acuta,** cauda acuminata; linea laterali convexa. *L. S. N.* 448. *D.* 45. *P.* 16. *V.* 6. *A.* 9. *C.* 16. Habitat in Oceano asiatico.

*Coryphæna acuta.* *Der Spitzschwanz.* Müller *L. N. S.* IV. 122.

6. **CORYPHÆNA, hemiptera,** maxillis subæqualibus; pinna dorsi brevi. *L. S. N.* 448. *D.* 14. *P.* 15. *V.* 8. *A.* 10. *C.* 18. Habitat in Oceano asiatico.

*Coryphæna, hemiptera.* *Der Halbflosser.* Müller *L. N. S.* IV. 124.

7. **CORYPHÆNA, branchiofæga,** apertura branchiarum rima transversa. *L. S. N.* 448. *D.* 24. *P.* 15. *V.*  $\frac{1}{2}$ . *A.*  $\frac{3}{16}$ . *C.* 16. Habitat in oceano asiatico.

*Coryphæna, branchiofæga.* *Der Kiemendeckel.* Müller *L. N. S.* 124.

*Coryphæna, japonica.* Japanse Oranje-Visch. Houttuyni in *Act. Harlem.* XX. p. 315. *D.* 24. *P.* 14. *V.* 6. *A.* . . . *C.* 17. Piscis semipedalis, microlepidotus, luteus.

8. **CORYPHÆNA, cærulea, tota.** *Der blaue Stutzkopf.* Bloch *N. A. F.* 148. tab. 176. *Br.* 4. *P.* 14. *V.* 5. *A.* 11. *C.* 19. *D.* 19.

Caput magnum, squamosum. Rictus amplius. Dentes acuminati, robusti, uniseriati. Oculi magni; pupilla nigra irideque aurea, linea alba terminata. Truncus compressus macrolepidotus. Dorsum convexum; abdomen carinatum. Anus medius. Linea lateralis dorso propior. Color omnino cæruleus. Habitat in India occidentali.

*Novacula cærulea.* *The blue Fish.* Catesby *carol.* II. tab. 18.

*The blue Coryphoene.* Pennant *artif. zool. suppl.* 117.

Totum corpus eximie cæruleum. Iris rubra. Squamæ magnæ. Cauda lunata. Dentes arctissimi. Longitudo bipedalis.

9. **CORYPHÆNA, clypeata,** lamina ossea inter oculos. *L. S. N.* 448. *D.* 32. *P.* 14. *V.* 5. *A.* 12. *C.* 7. Habitat in oceano asiatico.

10. Co-

## ADDITAMENTUM.

10. CORYPHÆNA, *virens*, pinnis appendiculis filiformibus. L. S. N. 448. D. 26. P. 13. V. 6. A. 13. C. 16.

P. D. & A. terminatur appendice filiformi elongato. P. ventralium radius secundur terminatur filo.

11. CORYPHÆNA, *pentadactyla*, maculis nigris quinis versus caput longitudinalibus. L. S. N. 447.

Blennius maculis 5 utrinque caput nigris. *Der Fünffingerfisch. Ancarinæ in Act. Stockh. II. 242. tab. 3. fig. 2. Br. 4. D.  $\frac{5}{2}$ . P. 11. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 13.*

Corpus oblongo-lanceolatum, valde cathetoplateum, anteps, macrolepidotum. Caput mediocre, compressum, valde obtusum in ambitu carinatum, alepidottum præter malas squamosas fronte præcipite. Oculi summi, rotundi. Maxillæ æquales, labiatæ, labio superiore dupli. Dentes minutæ, acutæ, æquales, praeter duos anteriores longiores in utraque maxilla. Opercula alepidota triphylla retrorsum juxta pinnam pectoralem protensa. P. dorsalis longitudinalis æqualis solitaria, composita. P. pectorales infimæ. P. ventrales compositæ, acuminatae sub thorace. P. ani longitudinalis solitaria, composita. P. caudæ truncata. Linea lateralis eminens subrecta, summa, dorso sere paralela. Anus medius. Color piscis in spiritu conservati pallidus linea albida in medio unius- ejusque squamae transversim & arcuatim ducta, aliisque lineis albis transversis in extremo operculi, eleganter variegatus. Praeterea juxta caput & initium dorsi quinque maculae obscurae in serie recta locatae notari mereuntur. Prima rotunda nigra annulo albido cincta, sequentes 4 lunatae obscure caeruleæ, margine albido terminatae. Habitat in China.

*Coryphaena, pentadactyla*, cauda æquali; pinna dorsi radiis viginti uno. *Das Sechsauge. Bloch N. A. F. II. 140. tab. 173. Br. 4. D. 21. P. 13. V. 6. A. 15. C. 12.*

12. CORYPHÆNA, *Pstittacus*, linea laterali intercepta, pinnis longitudinalibus, colore lineatis. L. S. N. 448. Ubi descriptio exstat. D.  $\frac{2}{3}$ . P. 11. V. 6. A. 16. C. 14. Habitat in Carolina.

## ADDITAMENTUM.

*Psiittacus piscis viridis Bohamensis.* *The Parrot Fish.*  
*Catesby carol.* II. tab. 29.

*The Parrot Coryphoene.* *Pennant arc. zool. suppl.* 117.  
 Os internum dentibus obtusis uti in Anarhicha, armatum est. Iris circulo rubro & flavo composita. Circulus cæruleus oculos circumdat. Summitas capitis badia, & ejus pars inferior uti opercula cærulea rubro marginata. Macula parva flava proxime sub utraque branchia, inde linea scarlatina punctata versus pectus abit. Corpus belle viride. Pinnæ pectorales nigro, viridi & purpureo variegatæ. Pinna dorsalis colore cinnamomeo tincta. Pinna analis viridis, circa medianum, rubro fasciata. P. ventrales rubræ cæruleo terminatæ. Macula flava ad caudam. P. caudæ lunata viridis fascia curva transversa rubra ornatur.

13. *CORYPHÆNA, sima*, cauda integra, labio inferiore longiore. *L. S. N.* 448. *D.* 32. *P.* 16. *V.* 6. *A.* 16. *C.* 16. Habitat in Oceano asiatico.

14. *CORYPHÆNA, Equisetis*, cauda bifurca; radiis dorsibus 53. *L. S. N.* 447.

*Coryphæna, Equisetis.* *Der Dorado.* Hollandis *Draador.* *Osbeckii itin.* 404. *Br.* 6. *D.* 53. *P.* 19. *V.* 6. *A.* 23. *C.* 20.

Hic similis est *C. Hippuro*, rarioisque. Longitudo bipedalis.

15. *CORYPHÆNA, fasciolata.* *Die schäckigte kleine Dorade.* *Pallasii Specil.* VIII. tab. 3. fig. 2. *Br.* 6. *D.* 54. *P.* 19. *V.* 5. *A.* 27. *C.* 17.

Caput conicum, declive, vertice planum. Os denticulis ferratum. Rictus angulis prolixis. Iris aurea. Opercula rotundata apertissima. Corpus tereti - compressiusculum, strictum, bipollicare. Linea lateralis curvato - recta. Anus medius. P. D. longitudinalis, æqualis, striis fuscis ad radiorum alterna paria insignita. P. A. longitudinalis, lituris fuscis varia. P. C. bifurca, lunata fusca notata. Color lacteo - argenteus, ad dorsum subgriseus; rivuli transversi fusti, ad fasciis pinnæ dorsalis defluentes & ad dorsum passim cohærentes, in ventre vero deficiētes, P. V. & P. P. hyalinæ. Habitat in Amboina.

16. Co-

## ADDITAMENTUM.

**16. CORYPHÆNA, velifera.** *Die Seegel-Dorade. Pal. lasii Spicil. VIII. tab. 3. fig. 1. Br. 7. D.  $\frac{3}{5}$ . P. 14. V. 1. A.  $\frac{2}{3}$ . C. 22.*

Corpus valde cathetoplateum, lanceolatum, macrolepidotum. Caput cathetoplateum, squamosum, truncō angustius, ante obtuse rotundatum. Rictus profunde incisus, adscendens. Dentes parvi, acuti, curvati, uniseriati in maxilla supera, bi-seriati in infera parum longiore. Oculi magni, iride aurea. Pinna dorsalis enormis, altissima arcuata longitudinalis, solitaria, a fronte ad pinnam caudæ extensa, composita, cuius radii tres anteriores ossi tricorni, reliqui simplices, molles sunt. P. pectorales acutæ, mediocres. Pinnæ ventrales minimæ sub uniradiatæ juxta initium pinnæ analis locatæ. Pinna analis, opposita, & subæqualis dorsali, triangularis, a thorace ad pinnam caudæ extensa composita. Piores duo radii sunt aculei tricorni. Pinna caudæ parva forcipata. Anus gularis. Squamæ in capite integræ, truncatæ: in truno triangulares, profunde emarginatae, aculeoque brevi recumbente ad basin præditæ, qui incisuram apicis ante cedentis squamæ intrat; præterea aliæ majores rhomboideæ inermes futuram dorsalem & abdominalem constituant, & quælibet singula interstitiis radiorum respondet. Color squamarum in pilce exsiccato fuit cinereo-argenteus. Pinnarum longitudinalium membranæ tenerrimæ fuscæ, cano guttatae; pectorales & caudæ albidiiores. P. A. antico margine cum primis radiis candida. Habitat in India orientali.

Pteraclis, pinnata. *Gronovii in Act. helv. VII. 44. tab. 2. Br. 6. D. 56. P. 13. V. o. A.  $\frac{2}{5}$ . C. 15.*

**17. CORYPHÆNA, Plumierii,** radiis pinnæ ani 55. *Der Meerpau. Bloch N. A. F. II. 146. tab. 175. Br. 4. P. 11. V. 6. A. 55. C. 16. D. 77.*

Araneus non aculeatus cauda fuscipulata vulgo Vives. *Plumierii. M. S. C.*

Caput longiusculum superne latum, alepidotum, spadicum supra oculos flavum & circa illos lineis radiatis cœruleis variegatum in lateribus argenteum. Maxillæ æquales dentibus acutis armatae labio superiore crasso. Pupilla nigra, Iris rubra annulo

**XIII. AMMODTIES.**

*Membrana branchiostega* septem utrinque oscula continet, quæ magnam partem à laminis Branchiarum continguntur.

*Caput* cathetoplateum. *Corpus* oblongum, angustum, cathetoplateo-subteres.

*Pinnæ ventrales* desunt (\*).

**I. AMMODYTES** *Art. Jpec. 55. Syn. 29. Will. p. 113.*

*Ray* p. 38.

*Tobianus Schoneveldii* p. 76.

*Sand-Eels & Grigs* Anglis.

*Maxilla inferior* longior. *Lineæ laterales* duæ quasi utrinque.

*Pinnæ*

**ADDITIONUM.**

nulo albo terminata. *Truncus elongatus* microlepidotus. *Dorsum convexum* spadiceum maculis cæruleis flexuosis ornatum. *Latera aurea.* *Anus pectoralis.* *Pinnæ pectorales & ventrales* breves ad basin flavæ & in limbo cinereæ radiis ramosis. *Pinna dorsalis & analis longitudinales*, prima violacea & altera flavidula. *Pinna caudalis* bifurcata superne & inferne flava in medio subruba & in margine cærulea.

18. *CORYPHENA, rupestris*, dorso dipterygio; pinnæ dorsalis primæ radio primo retro dentato. *Fabricii Fr. groenl.*  
154. Br. 6. D. 11, 112. P. 18. V. 8. A. 112. C. . . .

*Macrourus, rupestris* *Blochii*, quem inter *Nova genera* descriptum videbis.

(\*) *Character generis Ammodytis.*

**LINNÆI:** *Caput compressum, corpore angustius.* *Labium superius* *duplicatum.* *Mandibula inferior* *angusta, acuminata.* *Dentes acerosi.* *Membrana branchiostega* *radiis 7.* *Corpus teretiusculum, squamis vix conspicuis.* *Cauda distincta.* *S. N. 430.*

**PENNANTI:** *Caput gracile.* *Corpus elongatum, tetragonum.* *Labium superum* *duplicatum.* *Pinna dorsalis & analis* ferme *pinnam caudae attingentes.* *Membrana branch.* *radiis 7.* *Britt. zool. III. 156.*

*Sco-*

Pinnæ pectorales officulorum 12. Dorsi 54. Ani 28.  
 Cauda bifida. officulorum 15 longiorum.  
 Os edentulum. Anus caudæ quam capiti propior. Ver-  
 tebræ 63. ( $\alpha$ )

**XIV. PLEURONECTES.**

*Membrana Branchiofæga officula sex, teretia utrinque continet, &, medio inter illa subtus, duo ejusmodi officula in extremo concreta & vix conspicua.*

*Oculi***ADDITIONALMEN TUM.**

**SCOPOLI:** Corpus gracile. Labium superius duplicatum. Mandibula inferior acuminata. Maxillæ edentulæ. Anus submedius. Pinnae inermes 5. *Introd. ad. h. n.* 459.

( $\alpha$ ) *Ammodytes, Tobianus*, Br. 7. D. 54. P. 13. V. o. A. 28. C. 15.

*Ammodytes, Tobianus*, maxilla inferiore acuminata. *Der Sandaal. Bloch N. F. D.* III. 24. tab. 75. fig. 2. Br. 7. P. 12. A. 28. C. 16. D. 60.

*The Sand-Launoe. Pennant br. zool.* III. 156. tab. 25.

Corpus elongatum, gracile tetragonum, angulis obfole-  
 tis, & lateribus convexis. Caput parvum conicum. Maxilla  
 infra longior supera. Haec mobilis & parvum protractilis. Iris  
 argentea. Pinna dorsalis longitudinalis, angusta, radiis 58.  
 Pinnae pector. parvae radiis 12. Anus aliquantum remotus;  
 Pinna caudæ bifurca lobis rotundatis. Color dorsi cæruleus  
 viridi mixtus laterum & abdominis argenteus. Ad utrum-  
 que latus prope dorsum una vel duæ lineæ obscuræ. Linea la-  
 teralis recta.

*Euchelyopus labro mandibulæ inferioris superiori mandi-  
 bula acuminata longiore, subcæruleus, ex argenteo totus splen-  
 dens. Kleinii M. IV. 56. tab. 12. fig. 10.*

*Ammodytes. Gron. zooph. n. 404. Br. 7. D. 57. P. 9.  
 V. o. A. 26. C. 16.*

*Artedi Genera.***O**

*Oculi* ambo in una parte capitis, jam dextra, jam sinistra siti. Latus unum est album, alterum varie coloratum, seu obscurum. *Oculi* cute tecti. (\*)

*Oculis plerumque à dextra capitis parte, & spina brevissima ad anum.*

I. PLEURONECTES *oculis & tuberculis sex a dextra capitis, lateribus glabris, spina ad anum Art. Syn 30.*

*Passer Bellonii.* Rondel Schonev. Will. Ray, p. 31.

*A Plaife Anglis. Scholle, Pladise Germanis. Schikpleder Danis.*

*Pinna dorsalis ossiculorum 76. & 77. Pectorales 12.*

*Ventrales 6. Ani 55. Cauda æqualis.*

*Dentes obtusi. Spina brevis ad anum. Vertebræ 43. (a)*

2. PLEU-

#### ADDITAMENTUM.

(\*) *Character generis Pleuronectæ.*

LINNÆI: *Oculi ambo in eodem latere capitis. Membrana branchiostega radiis 4-7. Corpus compressum, latere altero dorsum, altero abdomen referente. S. N. 455.*

BRÜNNICHII: *Branchiæ completæ. P. ventrales in thorace. Pinna unica per totum dorsum extensa: Caput & corpus applanata. Oculi in unico latere. Fund. zool. 136.*

SCOPOLI: *Corpus valde compressum, uno latere bioculatum, alio alterius coloris. Pinnæ inermes 5-7. Dentibus in maxillis & faucibus; Ano superiore.*

(a) I. *Pleuronectes, Plateffa, oculis dextris, corpore glabro, tuberculis 6 capitis. L. S. N. 456. D. 76. P. 12. V. 6. A. 54. C. 17.*

*Pleuronectes, Plateffa, tuberculis sex ad caput. Die Scholle. Bloch N. F. D. II. 31. tab. 42. Br. 6. P. 12. V. 6. A. 54. C. 19. D. 68.*

*Pleuronectes lœvis, tuberculis post oculos; cauda rotunda; dentibus contiguis obtusis. Gronov. zooph. p. 73.*

*Passer ex obscuro cinereo marmoratus in dextro latere hinc inde maculis leviter flavicantibus; in altero latere albicante magis flavus: maxillam inferiorem duplo longiorem habens superiori. Klein Miss. 4. p. 34. tab. 7, fig. 3.*

Scholle

2. PLEURONECTES *oculis a dextra, squamis asperis, spina ad anum, dentibus obtusis.* Art. Syn. 33.

*Passer asper seu squamosus.* Rondel. Will. Ray p. 32. à Dab Anglis. *Limanda Gallis.*

Pinna Dorsalis ossiculorum 78 ad 79. Pectorales 12. Ventrals 6. Ani 60 ad 61.

Linea lateralis curva. Vertebræ 39. (b)

3. PLEURONECTES *oculis à dextra, totus glaber.* Art. Syn. 31.

O 2

Hippo-

## ADDITAMENTUM.

*Scholle vel Schulle Hamburgium, & Goldbütt Lube- censium. Walbaumii in Hannöverischem Magazin 1781. p. 1003. Br. 7. D. 76. P. 11. V. 6. A. 55. C. 20.*

(b) 2. Pleuronectes; *Limanda*, squamis ciliatis; spinulis ad radicem pinnarum dorsi anique; dentibus obtusis. L. S. N. 457. Mus. Ad. Fr. II. 68. D. 75. P. 8. V. 2. A. 61. C. ...

Corpus oblongum, scabrum. Oculi dextri, Squamæ mat- gine ciliatæ. Habitat in mari mediterraneo.

Pleuronectes, *Limanda*, squamis asperis; linea laterali arcuata. *Die Glärke oder Kliesche.* Bloch N. F. D. II. 45. tab. 46. Br. 5. P. 11. V. 6. A. 61. C. 15. D. 75.

Caput parum oblongum. Maxillæ æquales. Dentes parvi obtusi. Iris aurea. Pupilla nigra. Linea lateralis initio arcuata dein recta. Pinna dorsalis & analis squamosæ. Color supra flavicans, infra albus. Prope anum aculeus prominet. Aculeos ad radicem pinnæ dorsalis & ventralium auctor non invenit. Habitat in mari balthico & germanico.

18. *GADUS, Tau*, dipterygius cirratus, operculis triangularibus; pinna dorsali priore trifasciata. L. S. N. 440. ubi descriptio subjuncta est. Br. 6. D. 3, 26. P. 20. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 22. C. 16.

*Gadus, Tau*, cirris plurimis. *Der Krötenfisch.* Bloch N. F. D. II. 170. tab. 67. Br. 6. D. 3, 20. P. 20. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 15. C. 12.

19. *GADUS, cimbrius*, dipterygius, cirratus; cirris quatuor; pinna dorsali priore exoleta; radio primo hastato L. S. N. 442. ubi descriptio brevis exstat. Br. 7. D. 1, 48. P. 16. V. 7. A. 42. C. 25.

*Gadus, cimbrius. Struffenfelti.* in Act. Stockh. A. 1773. tab. 2. fig. A. Br. 7. D. 1, 48. P. 16. V. 7. A. 42. C. 25.

Corpus elongatum, angustum, microlepidotum, e fusco cinereum, inferne albidum. Caput parum longius, quam latum, magis angulatum, quam rotundatum & passim nigro punctatum. Maxilla superior binis longis & uno brevi cirro donata, longior est inferiore, ex qua unus brevis cirrus dependent. Nares minimae inter rostrum & oculos mediæ. Praeterea foraminulum prope unumquemque cirrum longum conspicitur. Oculi ovales, nigri, iride albida. Membrana branchiostega 7 radiata. Pinnae dorsales duas. Prima super nucham sita, constat ex uno longo, elastico, nigro in modum litteræ T haimato, priorsum verso, radio et plus quam triginta aliis pilosis in sulco decumbentibus: secunda semilongitudinalis distincta 48 radios continet. Pectorales mediæ, acuminatae radiis 16. Ventrales capiti propiores & minores pectoralibus, radiis 7 suffulta. Pinna ani longitudinalis distincta radiis 42. Pinna caudæ parva longior, quam lata, rotundata radiis 25 instructa.

20. *GADUS, Byrkelande*, dipterygius, cirratus, maxilla inferiore longiore, pinna ani officulorum 70. *Stroemii*, in Act. nidros. III. 400. tab. 8. Br. 7. D. 14, 56. P. 20. V. 6. A. 50.

Corpus

## ADDITIONAL.

Corpus elongatum, subteres, sesquipedale, alepidotum, spadiceum, uitidum. Linea lateralis recta, versus caput parum ascendens. Caput duplo longius, quam latum. Oculi magni, summi, iride pallide aurea, & pupilla cœrulea ornati. Nares duplices submediæ. Maxilla infera longior supera, cirro minuto aucta. Dentes inæquales: nempe in maxilla supera conferti, multi, in infera autem maiores remoti & ante illos una series minutissimorum. In palato dentes rari maiores in semicirculum dispositi. Membrana branchialis semipatens 7 radiata. Pinnæ pectorales radiis viginti: Ventrals sexradiatæ, radio primo longiore. Dorsalis prima duas semis uncias alta, quatuordecim radios; & secunda 2 uncias alta quinquaginta & sex radios continet, quorum ultimi partiti sunt. Pinna ani longitudinalis quinquaginta \*) radiis, quorum ultimi partiti sunt, suffulcitur. Pinna caudæ solitaria, rotundata, flabellum manuale repræsentat.

21. *GADUS Blennoides* trypterygius; cirro menti; pinnis ventralibus didactylis; cauda bifurca. *Der zehnfinnige Weichfisch mit gespaltenen Bauchspitzen. Pallasi's Spicil. VIII. 47. tab. 5. fig. 2. Br. 6. D. 10-11, 17, 16. P. 19. V. 2. A. 23, 19. C. 27.*

Magnitudo dodrantalis. Habitus fere Merlangi. Caput compressiusculum, conicum, obtusum. Labia duplicata; inferius paulo brevius in apice simplex, cirroque barbatum. Denticuli inæquales ferrulati. Palatum in longitudinem stricatum. Oculi magni iride argentea. Opercula superius angulata. Pori muciferi 4 utrinque sub maxilla inferiore & unicus utrinque ad cirrum menti. Pinnæ molles, cute laxa obductæ. P. D. prima angusta, acuta; secunda humilior, linearis; tertia obtuse angulata altior & brevior secunda. P. P. angustæ, subfalcatae. P. V. e radio crassiusculo molli, prælongo, bifurco seu didactylo & 4 interius exilissimis, decrementibus compositæ. P. A. prior rotundata, semi longitudinalis; secunda subtriangularis, altior

---

\*) Numerus hic litteris expressus illi, in nomine specifico notis numerabilibus indicato, non respondet. Est forsitan error typographi, qui pro 50 posuit 70.

## ADDITAMENTUM.

altior & brevior, pinna dorsali tertia opposita. P. C. bifurca. Truncus lanceolatus, compressus, pinguis, squamis minimis supra lineam lateralem scabriuscus. Linea lateralis arcuato-recta. Anus anterior. Color totius albo-argenteus versus Dorsum subgriseus. Pinnæ omnes flavescenti-albæ.

22. *GADUS*, *Blennoides*, dipterygius; cirro menti, pinnis ventralibus didactylis, elongatis. *Brünnichii ichth.* 24. Br. 7. D. 10, 56. P. 11. V. 2. A. 53. C. 16.

Corpus oblongum, leviter compressum. Caput compressum pone diacanthum. Os obtusum. Maxilla inferior brevior, 7 punctata. Cirrus brevis in mento. Dentes minuti, conferti, acuti. Oculi magni, iride alba. Operculum posterius in spinam molleum super pinnas pectorales exit. Pinna dorsalis anterior parva apice nigrescens; posterior ante caudam terminata, albida, nigro-marginata & maculata. Anus anterior. Pinna ani longitudinalis, albida, postice nigra; caudalis rotundata, nigrescens. Linea lateralis recta obsoleta. Pinnæ ventrales constante radiis duobus setaceis, quorum longior corporis fere dimidiam longitudinalem æquat. Pinnæ omnes communi corporis cute vestinentur. Color totius piscis albidus in capite sanguinolento pallidus. Habitat in mari mediterraneo. Massiliensisibus *Mouftele* audit.

*Gadus albidus*. *Gmelini L. S. N. reform.* 1171.

23. *GADUS bifurcus*. *The forked Hake*. *Pennant br. zool.* III. 193. tab. 31.

Caput superne leviter declive. Os amplum. Dentes in maxillis & palato. Cirrus parvus in mento. Pinna dorsalis prima triangularis, altior quam lata, cuius primus radius tenuis, longissimus est. Secunda semilongitudinalis. Pinnæ ventrales setiformes, longæ, duobus radiis, connatis inæqualibus, versus apicem instar furcillæ separatis, constant. Anus in medio. Pinna ani longitudinalis. Linea lateralis incurva. Pinna caudæ rotundata. Longitudo pedalis & altitudo summa 3 unciarum. Habitat in mari mediterraneo.

*La Tinta marina*, *Peste molle*. *Cetti de Sardineae h. n.* p. 110.

*Artedi Genera.*

## ADDITAMENTUM.

*Gado Molvae* accedit. Differt tamen ab illo pinna prima dorsali et radiata, & pinna ani cum caudali connata.

*Phycis Artedi* gen. 84 syn. 111.

*Blennius*, *Phycis*, naribus subcristatis; cirro labii inferioris; dorso bipenni. *L. S. N.* 442. *B. 7. D. 10, 61. P. 15. V. 2. A. 57. C. 20.*

Narium anteriora foramina tentaculo linearie. Anus annulo nigro cinctus. Cauda rotundata.

*Blennius*, *Phycis*, naribus subcristatis; menti cirro unico, dorso dipterygio. *Moulette Massiliensibus*. *Brünnich. Ichthyol.* 28.

Figura Blennii, sed longitudine pedem superat. Cirrus unicus in mento. Pinnae ventrales biradiatae, ad anum elongatae. Pectorales breves, rotundatae. Anus ante medium corporis. Caudae pinna rotundata, a dorsali analique distincta. Linea lateralis super opercula branchiarium incipiens postice decurvatur.

*Asellus Callarias Salviani*. *Galea Venetorum Bellonii*. *Tinca marina Aldrov. Willugby p. 205. tab. N. 12. fig. 3.*

*The great Forked-Beard*. *Raji. syn. pist. p. 75. & 163. tab. 2. fig. 7.*

*GADUS, raninus*, dipterygius, cirratus; pinnis ventralibus bifurcatis. *Müller. zool. Dan.* II. 15. tab. 45.

Corpus nigro-fuscum, microlepidotum, mucosum. Caput valde depresso corpore latius. Faux alba. Oculi inter se & ab angulo oris aequae distantes. Pupilla violacea. Iris fulva. Dentum acerosorum rubentium duplex series in utraque maxilla. Areola denticulata in antica palati. Lingua obtusa, carnosa. Truncus ad pinnam dorsalem usque depresso latissimus, dein compressus, curtus & acuminatus. Pinnae nigrae, solito crassiores, radii acumine molli terminantur. Pinna dorsalis & analis ejusdem fere longitudinis postice abrupta. Radiorum ventralium bini priores in fetam seu cirrum excurrunt; horum posterior priore duplo longior est. Habitat in mari Balthico.

*Blennius, fucus*, ore cirrato, pinnis omnibus setaceis. *Stroem Soendm.* I. 323. *Br. 7. D. 60. P. 17. V. 6, 7. A. 55.*

Corpus

## ADDITIONAL.

Corpus nigrum dodrantale, 3 pollices latum; cauda valde angustata & tenuis. Caput magnum 2½ pollices longum & 2 latum & planum. Rictus amplus. Dentes numerosi, acuti, introrsum curvati, quorum illi in maxilla infera maiores sunt reliqui. Similium dentium congeries in palato adest. Oculi rostro propiores. Cirrus per parvus & tenuis sub mento. Pinna caudæ parva, ovalis. Pinna dorsi longitudinalis distantia unius pollicis a capite oriunda. 60 radios continet. P. analis longitudinalis 55 radiis suffulta. P. pectorales 17 radiatæ. Pinnæ ventrales 5, 6 radiis compositæ, quorum duo primores uti longæ setæ prominent. Radii omnium pinnarum supra membranam intermedium procedunt. Habitat in mari Norwegico.

*Blennius, raninus*, pinnis ventralibus subsexfidis; cirrulari. L. S. N. 444.

*Gadus, fuliginosus*, dipterygius pinnis setosis; cirro mentali. *Die russige Meerquappe. Walbaum in Schriften der Berlin. Ges. N. Fr.* V. 107, ubi partes ejus externæ & internæ copiose descriptæ sunt. Br. 7. D. 3, 62. P. 20. V. 6. A. 54. C. 32,

## Varietas.

α. *Gadus, trifurcatus*, fuscus, labiis candidis, nodulis in dimidio lineæ lateralis. *The trifurcated Hake. Pennant br. zool. III. 196. tab. 32.*

Longitudo pedalis. Color fuscus, exceptis labiis niveis. Caput latum, depresso. Oculi magni iridibus flavescentibus. Rictus amplus. Cirrus brevis sub mento. Dentes incurvi irregulares in maxillis, itemque in palato semilunari congerie siti. Lingua nulla. Corpus a pinnæ pectoralis basi cathetoplateum versus caudam admodum gracilescens. Sulcus ad initium dorsi, in qua rudimentum pinnæ dorsalis primæ existit. Pinna dorsalis secunda semilongitudinalis distincta. Pinnæ ventrales trifurcæ; Analis longitudinalis; Caudalis & Pectorales rotundatæ. Series tuberculorum utrinque supra pinnas pectorales, a qua linea lateralis oriunda ad medium trunci infraacta, & dehinc recta, per medium caudæ decurrit.

## ADDITIONAL.

25. *GADUS*, *mustelinus*, dipterygius, cirris 4; radio primo pinnæ dorsalis prioris prælongo, distincto, elasticus. *W.* Br. 7. D.  $\frac{1}{4}$ , 48. P. 14. V. 6. A. 40. C. 24.

Corpus anguillare, compressum retrorsum angustius, pedale, glabrum, obteste squamosum, colore in dimidio superiore corporis obscure cinereo, inferne albido, punctis densis subtilissimis nigricantibus, undique & aliquot majoribus atris in lateribus obscurato. Caput parvum subconicum, compressusculum, a fronte leviter declinatum, cirratum. Rostrum breve rotundatum. Cirri 4 inæquales setacei, capite breviores. Duo longi ante nares, tertius brevissimus in apice superioris labii, & quartus tertio longior sub mento. Rictus profunde incisus, rectus, fere inferus. Oculi summi, rostro propiores. Pupilla ampla, rotunda, atra. Iris argentea, cinereo punctata. Maxillæ inæquales labiatæ, vaginatæ; supera longior & multo aliorum infera, deorsum versatilis. Dentes in maxillis inæquales, acuti, anteriores una serie, rari, incurvi, posteriores conferti, minutissimi. Tales etiam in area angulati in initio palati. Lingua crassa, lœvis, violaceo-nigra similiter ac palatum. Opercula rotundata, carnosæ, flexilia. Membranæ branchiales 7 radiatæ, infra connatæ. Apertura branchialis ampla, lateralis. Truncus ante subteres, retrorsum magis magisque compressius, dorso sub recto post nucham fossula excavato, abdome convexo, parum arcuato, cauda longa, iensim angustata. Linea lateralis recta, media lineolata. Anus ante medium. P. D. duæ inæquales, prima fusca unciam longa, & duas lineas alta, in fossula abscondita, 40 radios arctos, setosos ab basin membra na humili connexos continet. Ante hanc radius setosus 15 lineas longus distinctus assidet, qui super breves radios in fossula reclinatur: Secunda semilongitudinalis, subæqualis pone parum latior; subfuscæ prope finem nigra macula notata; semiunciam a pinna caudali distans. P. A. similis pinnæ dorsali secundæ, sed pallidior, rad. 40. P. P. mediæ, subovatæ, sesqui-unicam longæ, subacutæ in distensione rotundatæ, rad. 14. P. V. jugulares inter se valde remotæ, lanceolatæ 9 lineas longæ, radiis 6 inæqualibus, quorum duo intermedii apicibus suis longe.

## ADDITAMENTUM.

longe prominent. P. C. parva, obovata, fuliginosa, margine superiore ferrugino, radiis 24 sustentatur. Habitat raro in mari Balthico.

*Gadus, Mustela. Strassenfelti* in *Act. Stockholm.* tom. 35. tab. 2. fig. B. optima. Descriptio accurata. Br. 7. D.  $\frac{1}{4}$ , 40. P. 14. V. 6. A. 40. C. 30.

26. *GADUS, tricirratus*, dipterygius; pinna dorsali antica minutissima, radio primo longiore. *Brünnich. ichth.* p. 22. Br. 6. D. 54, 54. P. 16. V. 4. A. 45. C. 20.

Corpus elongatum, cathetoplateum, pallidum, nigro subtilissime punctatum, infra lineam lateralem cærulescens; subtus argenteum, vertice violaceo. Maxilla inferior brevior. Cirri ante nares bini, ad mentum unicus. Iris luteo-virescens. Pinnula dorsalis antica in fossula dorsali brevi pone caput recumbit, radiis cirriformibus 54 constans; pinna dorsalis secunda semilongitudinalis. Cauda rotunda apice lutescens. Pinnae pectorales acutæ pallidæ: ventrales 4 radiatæ, radiis cirriformibus, quorum duo interiores minutissimi. Anus ante medium corporis. Pinna analis longitudinalis. Magnitudo spithamæ.

*The tree bearded Cod. Pennant br. zool. III. 201. tab. 33.*

n. 87.

Caput latum & depresso. Oculi rostro approximatæ. Oculi rostro propiores. Cirri duo in maxilla supera & unus in mento. Dentes minuti, conferti in maxillis & una serie in palato. Membrana branch. 7 radiata. Truncus elongatus, cathetoplateus, versus extreimum gracilescens. Pinna dorsalis prima, multis radiis non connexis composita, in sulco profundo pone caput jacet; secunda priori vicina, & altior fere longitudinalis, distincta. Pinnae pectorales latæ & rotundatæ: ventrales parvæ, quarum radius secundus prominet. Analis longitudinalis. Caudalis rotundata. Squamæ minutæ. Color corporis & capitidis e rubro slavecens, nigris maculis majusculis præferim supra lineam lateralem distinctus. Pinna dorsalis & caudæ obscuriores. Pinna ani vivide rubra. Omnes simul maculatæ. Linea lateralis curvato - recta.

## ADDITAMENTUM.

*The Rockling, Sea-Loche, Whifflefish. Raji Syn. 67.*  
**& 164. tab. 2. fig. 9.**

*Mustela vulgaris Rondeletii.*

*Gadus, tricirratus. Die Meerquappe. Bloch N. A. F.*  
**II. 100. tab. 165. Br. 5. D. 56. P. 18. V. 6. A. 46. C. 20.**

**27. GADUS, mediterraneus, monopterygius, cirratus;**  
*maxilla superiore cirris duobus, inferiore unico L. S. N. 441.*  
*Mus. Ad. Fr. II. 60. D. 54. P. 15. V. 7. A. 44. C. rotunda.*

Brunichius eum cum Gado tricirrato unius speciei esse credit.

**28. GADUS, Brösme, monopterygius; ore cirroso;**  
*cauda ovali acuta. Stroem Soendmör I. 272. tab. 1. fig. 19.*  
*Br. 7. D. 100. P. 20. V. 5. A. 60. C. 30.*

Corpus fere simile Gado Molvae, sed magis compressum & versus caudam latitudine & altitudine gradatim attenuatum, bipedali longitudine. Cirrus in mento. Iris lutea; pupilla cærulescens. Dentes acuti in maxilliis & parvi in arcum digesti sub palato. Pinna dorsalis longitudinalis. Pinnæ pectorales rotundatae. Pinnæ ventrales crassæ. Analis longitudinalis. Cutis crassa flavescens. Pinna dorsalis albida nigro marginata.

Gadus longus minor, dorso monopterygio; cauda minime rotunda. Islandis *Keila. Olaffen itin.* §. 527. tab. 27.

*Varietates.*

**α. The Torsk of Shetland. Pennant br. zool. III. p. 203.**  
**tab. 34.**

Caput parvum. Maxilla supera parum longior infera. Dentes parvi, conferti. Cirrus parvus in mento. Sulcus profundus in nucha. Pinna dorsalis prope modum longitudinalis, distincta. Pinnæ pectorales parvæ, rotundatae: Ventrales breves, crassæ carnosæ cirris 4 terminatae. Analis longitudinalis; Caudalis parva, rotundata, distincta. Linea lateralis obsoleta, dorso ferme paralela. Color capitinis obscurus, dorsi & laterum flavidus; ventris albus; Pinnæ dorsalis, analis & caudalis obscurus albo marginatus; pectoralium spadiceus. Corporis longitudo 22 uncias & summa altitudo quatuor & semis uncias exæquat. Circa insulas Orcades gregatim vagatur.

## ADDITAMENTUM.

38. *Gadus, Brosme*, monopterygius, cirratus, lateribus, maculis nonnullis transversis. *Ascanii icon. tab. 17.* Br. 7. D. 96. P. 21. V. 5. A. 70.

Nihil Auctor nisi habitationis locum & magnitudinem duos aut tres pedes aqualem annotavit. Icon ejus convenit cum illa a *Pennanto* exhibita. Differt tamen maculis 5 ovalibus majoribus, gradatim decrescentibus avellaneis, quae in utroque latere lineam lateralem, curvato-rectam interrumpunt.

29. *GADUS, Salaria*, dorso monopterygio, cirris nullis. *Foreskålīi descr. anim. p. 22.* Br. 6. D. 36. P. 14. V. 2. A. 26. C. 19.

Corpus parvum, spithamale nebuloso-variegatum. Caput valde declive, vertice carinatum. Pinna dorsi & ani longitudinales. Linea lateralis obsoleta supra dimidium corporis. Maxillæ veluti ciliatae dentibus, utrinque canino majori, in inferiore maxilla longe majori. Cauda integra. Habitat circa Alexandriam & in Archipelago.

*Species dubiae.*

30. *GADUS, minimus. The less-Hake. Pennant. br. zool. III. 195.*

*Barbus minor Cornubensis* cirris bifurcatis. *The lesser forked Beard, Iagonis. Raji syn. pist. p. 164. tab. 2. fig. 8.*

Longitudinem 5 unciam unum non excedit. Pinna dorsalis prima humilior secunda, semi longitudinali. Pinnae ventrales bifurcae quas *Iago* cirros appellavit. Caput declive, latum. Cirrus in mento, cauda rotundata. Cutis nigricans laevis.

31. *GADUS, Vertagus*, tripterus pinnis dorsalibus caudalique maculosis. *W.*

*Callarias barbatus* (6) rostro nigro; iride oculorum alba. Ab oculis ad exitum usque caudæ, in flabellum terminantis; pinnis dorsalibus & ultima post anum crebris densisque litoris, ex flavido nigris, pictus: pinnis branchialibus, gutturalibus & prima post anum, ut & extremo ventre albis & nubeculosis. Linea laterali alba, lata, recta. Pinna ano proxima brevis, duplo major secunda caudæ proxima: hæc cum tertia dorsali similis longitudinis & latitudinis. Corpus castigatum, 2 pedes

*XVII. ANARHICHAS.*

*Membrana Branchiostega* sex, vel plura ossa, continet utrinque.

*Pinnæ Ventrales* defunct. *Pinna* in dorso unica, longa, ad caudam fere extensa. *Pinna Ani* longa. Cauda distincta, quadrata. *Caput* parum plagioplateum. *Corpus* cathetoplateum (\*).

1. *ANARHICHAS*, *Art. Syn.* 38.

*Lupus marinus nostras.* *Schonev.* 25. tab. 5. *Will.* p. 130.

*Ray* p. 40.

Longi-

## ADDITIONALMEN'TUM.

des & 5 uncias longum. Caro arida & macilenta. *Das Jägerchen.* *Kleinii.* M. V. p. 7. tab. 2. fig. 1. Est forsitan Varietas *Gadi Callariæ*.

32. *GADUS, heteroglossus.* *W.*

*Callarias barbatus* (8) lingua non soluta. *Hornbogen* dictus. *Kleinii.* M. V. p. 7.

33. *GADUS, lacustris*, Americanis *Mathemeg*, Anglis *Land. Cod. Pennant arct. zool. introd.* p. 191.

Corpus tripedale, superne sub spadiceum, inferne griseum. Cirri tres in mandibula inferiore, quorum medius longitudine duos alios vincit.

(\*) *Character generis Anarhichae.*

*LINNÆI:* Caput obtusiusculum; Dentes primores supra & infra conici, divergentes, sex, pluresve; molares inferiores, palatique rotundati. Membrana branchiostega radiis 7. Corpus teriusculum. Pinna caudæ distincta. *S. N.* p. 430.

*PENNANTI:* Caput obtusum. Corpus prælongum. Pinna dorsalis longitudinalis. Dentes primores conici, magni: molares plani & rotundi. Radii membranæ branchiostegæ 7. *Br. Zool.* III. 151.

*BLOCHII:* Dentes validi, conici anteriores in utraque maxilla. *N. F. D.* III. 18.

*FORSTERI:* Corpus teretiusculum. Caput obtusum. P. C. distincta. Dentes primores conici 6 utrinque molares & palatini rotundati Membrana branchialis radiis 6. *Enchir. h. n.* 83.

Longitudo 3 ad 4 pedum & ultra. Color varius.  
 Corpus lubricum. Rictus amplissimus.  
 Dentes magni in maxillis, palato & faucibus.  
 Oculi magni superne siti. Pinnæ pectorales amplæ,  
 subrotundæ.

Locus ad Insulam Hilliglandiam &c. (n)

XVIII.

ADDITIONALMEN TUM.

(n) 1. ANARHICAS, - *Lupus*, major dentibus solidis obtusioribus. *Fabricii Fn. Grænl.* 138. *Br.* 7. *D.* 73. *P.* 20. *V. o.* A. 45. C. 18.

Caput obtusum, carnosum, corpore latius & obscurius, albo punctatum. Linea lateralis recta, albo punctata. Alia autem eodem ortu post curvaturam brevem in dorso medio definit. Os angustatum, labiatum. Dentes validi ossei, primores 4 supra & infra, conici, curvi longissimi, 9 laterales minores, acuti utrinque 7 & 4 inferiores; molares breves, rotundati validiores, 8 superiores & 13 inferiores utrinque; dentes palati ordinati in 2 seriebus 9 validissimi. Oculi medios nigri, iride argentea. Lingua obtusa, lœvis, brevis. Aertura branchialis parva. Operculum carnosum appendiculam posticam habet. Corpus elongatum compressum ante anum ventricosum, lubricum, canescens sive rubicundulens; nigris irregularibus lineis distinctum, abdomine albo. Pinnæ pectorales latæ, ovatæ. Pinna dorsalis & analis longitudinales distinctæ. Anus in medio fere corporis. Greenlandis. *Kigutilik.*

*The Ravenous Wolffish.* - *Pennant br. zool.* III. 151. tab. 24.

Anarhichas, *Lupus*, dentibus osseis. *Der Seewolf.* *Bloch.* *N. F. D.* III. 19. *Br.* 61. *P.* 20. *A.* 46. *C.* 16. *D.* 74.

2. ANARHICAS, *minor*, dentibus cartilagineis. *Fabricii Fn. Grænl.* 139. *D.* 70. *P.* 20. *V. o.* A. 41. C. 22.

Caput canino non absimile. Rictus oris amplius. Dentes superiores 3 utrinque acuti, validi, inæquales; & in intersticio illorum 2 adhuc minores; inferiores itidem 3 acuti, inæquales utrinque; dentes versus palatum ordinati nondum perfecti

*XVIII. MURAENA.*

*Membrana Branchiostega* decem ossicula, gracilia & curvata, utrinque continet, sed ob cutem crassam vix conspici possunt, nisi pelle detracta.

*Tubuli* duo breves seu foramina narium anteriores in ipso apice rostri, unum utrinque.

*Corpus* longum, subteres, jam tripterygium, jam tetrapterygium, jam monopterygium. (\*)

I. MU-

*ADDITAMENTUM.*

fecli nisi duo. Oculi magni versus verticem. Pinna dorsalis & analis longitudinales, distinctæ. Cutis gracilis colore gadi. An junior prioris?

Anarhichas, *minor*, maculis nigris rotundis totus compus Islandis *Hlyre* vel *Steinbits Broder*. Olaffeni Itin. §. 682. tab. 42.

Dentes angusti, acuti & duri. Incisores fixi: Molores angusti, elevati, contigui inordinatim congesti. Dentes minutus in tres series ordinati superne & inferne in fauce. Hisce notis ab Anarhicha Lupo diversus est.

*Varietas.*

æ. ANARHICAS, *pantherinus*, maculis per totum corpus rotundis fuscis. Zonieco in Act. Petropol. 1781. tom. I. p. 271. tab. 6.

Corpus tripedale, ventricosum, alepidotum flavescentia fuso maculatum. Caput subglobosum, Labia duplia. Palatum dentibus 7 exasperatum. Apertura branchialis lunata, coarctata. Opercula diphylla. P. D. fere longitudinalis. P. P. amplissimæ rotundatae. Anus pone medium. P. C. lanceolata.

*Species adhuc dubiae.*

3. ANARHICAS, *strigosus*, strigis irregularibus fere transversis fuscis. Gmelini L. S. N. reformata 1144. D. — P. 18. A. — C. 13.

(\*) *Charakter generis Murænae.*

LINNÆI: Caput laxe. Nares tabulosa. Membrana branchiostega radiis 10. Oculi cute communi tecti. Corpus tere-

1. MURÆNA unicolor; maxilla inferiore longiore. Art. Spec. 66. Syn. 39.

*Anguilla omnium Auditorum.* Ål Suecis. Aal & Aal Germanis. Ael Belgis. Eel Anglis.

Iris rubescens. Pinnæ pectorales 18 ad 19 ossiculorum. Linea lateralis recta.

Vertebræ 116. (a).

2. MURÆNA supremo margine pinnae dorsalis nigro. Art. syn. 40.

*Conger Auditorum.* Conger- Eel Anglis.

T 2

Lon-

#### ADDITAMENTUM.

teretiusculum, lubricum. Pinna caudæ coadunata dorsali anque. Spiracula pone caput vel pinnas pectorales. S. N. 425.

*Scopoli:* Corpus laxe. Aperturæ branchiales parvæ; aut nullæ, ut in serpentibus. Anus plerisque medius, pinnis ventralibus veris nullis. *Introd. hist. nat.* 459.

*Gronovii:* Corpus oblongum, teres, rotundato-cathetoplateum, inerme, alepidotum. Linea lateralis recta, media. Anus plerumque medius: Caput rotundato-cathetoplateum, oblongiusculum, subacutum, inerme, alepidotum. Nares plerumque tubulofæ. Aperturæ branchiarum exiguae, in hisce ad pinnas pectorales in lateribus, in aliis subtus, & in nonnullis quandoque modo unica vel nulla. Dentes in maxillis. Membrana branchiostega ossiculis 10 utrinque obtectis instructa. Pinnæ inermes 1, 2, 3, 4. Ventrals nullæ, Pectorales in nonnullis dificiunt. Dorsalis, caudalis & analis cohærent. *Zoophyl.* p. 38.

(a) 1. Muræna, *Anguilla*, maxilla inferiore longiore; corpore unicolore L. S. N. 426. D. 1000. P. 19. V. o. A. 100. C. . .

Muræna, *Anguilla*, corpore immaculato; maxilla inferiore paulo longiore. *Der Aal, Bloch N. F. D.* III. 4. tab. 73. Br. 10. P. 19. A. C. & D. 1100.

#### Varietas.

*The Grig Pennant. br. zool. III.* 145. Differt a priore capite majori, rostro obtusiore, cute crassiori & macie.

Longitudo 4 ad 5 cubitorum. Crassities fere femoris humani.

Iris argentea. Linea lateralis recta, albida, lata. (b)

3. *MURÆNA rostro acuto, lituris albidis vario, margine pinnae dorsalis nigro.* Art. Syn. 40.

*Serpens marinus alter, cauda compressa.* Will. p. 108.

*Myrus antiquorum forte.*

Longitudo duorum ad trium pedum.

Puncta cinerea 10 in medio dorso. Color in dorso fulvus, in ventre argenteus.

Locus: mare inferum ad Romam. (c)

4. MU-

#### ADDITAMENTUM.

(b) 2. *Muræna, Conger, rostro tentaculis duobus; linea laterali ex punctis albida.* L. S. N. 426.

*Muræna, Conger, pinna ani, caudæ dorsique combinatoria; linea laterali alba.* Der Meeraal, Bloch N. A. F. II. 37. tab. 155. Br. 10. P. 19. A. C. & D. 306.

*The Conger.* Pennant br. zool. III. 147.

Color obscurior quam in *Anguilla*. Oculi magni, iride argentea. Maxilla infera brevior supera. Linea lateralis lata, albida, maculosa. Margo tam dorsalis pinnæ quam analis niger. Numero ossium & magnitudine *Anguillam* longe superat. In littoribus Cornubiæ copiose capitur.

(c) 3. *Muræna, Myrus, pinna ambiente alba margine nigro.* L. S. N. 426, Mus. Ad. Fr. II. 58.

*Muræna, Myrus.* Massiliensibus Firade vel Filas. Brünichii ichthyol. 12. Br. 10. D.... P. 16. V. o. A....C....

Corpus teres, postice ensiforme, totum cinereum, subitus album. Caput depresso, antice angustius, supra longitudinaliter canaliculatum. Os obtusum. Maxillæ & palatum multidentata. Maxilla superior paululum longior inferiore, labio simplici & tentaculis 2 brevissimis praedita. Oculi obteguli, iride aurea. Membrana branchiostega 10 radiata. Aertura branchiarum est foramen magnum ante pinnas pectorales. Pori profundi 7 in maxilla inferiore utrinque. Unus utrinque ad

4. MURÆNA *exæste teres, cauda acuta apterygia.* Art.

Syn. 41.

*Serpens marinus Auctorum.*

Longitudo 5 pedum. Dentes maxillarum magnitudine inæquales. Iris aurea. Pinnæ pectorales ossiculorum 16. Lineæ laterales admodum curvæ & flexuofæ.

Margo pinnarum Dorsi &amp; Ani nigricat.

Locus: mare inferum ad Romam. (d)

T 3

5. MU-

## ADDITAMENTUM.

ad canthum oris, alias ante oculum, & 6 in extremitate rostrj. Latera capitis argentea. Pinnæ pectorales breves; ventrales nullæ. Anus submedius. Pinna dorsalis & analis longitudinales, coadunatae unam efficiunt pinnam albam marginem nigram. Cauda acuta. Linea, lateralis recta, dorso propior, antice ex guttis albis formata, postice in lineam, ad caudæ apicem excurrentem degenerat. Magnitudo 5 spithamarum & ultra.

*Das Spitzmaul Müller L. N. S. IV. 41.*Il Miro, Smiro, Tico. *Cetti h. n. Sard.* III. 97.

Cirros brevissimos in maxilla inferiore & pinnam dorsi anique coadunatas nigro marginatas habet.

*Serpens marinus alter cauda compressa. Willugby 108.*

## Varietas.

*Muræna tota cinerea. Forskålii descr. anim. 22. Br. 20.*

P. 18. D... A...

Membrana branchialis ossibus utrinque 20 & uno in medio. Aperturæ duæ pone branchias, juxta pinnas pectorales. Pectorales lanceolatae obtuse, radiis fere 18. Pinna dorsi, caudæ & ani in unam ambientem coalitæ. Maxilla superior longior; præter dentes maxillares instructa intus osse longitudinali, dentibus validis, erectis, compressis, retrorsum longioribus & remotioribus; postici trilobi. Linea lateralis primum supra medium corpus, dein sensim infra medium. Anus ante medium corpus. Color totius cinereus. Venter albidior; margo pinnas ambiens niger.

(d) 4. Muræna, *Serpens*, cauda aptera acuta; corpore tereti. *L. S. N. 425, D..., P. 16. V..., A..., C...*

*Serpens*

5. MURÆNA *teres gracilis maculosa*, cauda tereti *cuspidata*,  
*apterygia*. Art. Syn. 41.

*Serpens marinus maculosus*. Listeri in app. p. 19. Ray p. 37.

Longitudo 3½ pedum; Latitudo 3 digitorum. Pinnæ  
 omnes albidae, non maculose.

Dentes maxillarum & palati in os recurvi. Venter  
 subalbidus. (e)

6. MU-

#### ADDITAMENTUM.

*Serpens marinus*. *The Sea Serpent*. Willughby h. p. sc. p.  
 107. tab. G. 4. Raji syn. p. sc. 36.

Corpus cylindricum cauda tereti acuta impinni superne  
 fordide flavicans, inferne cæruleum. Caput oblongum, acu-  
 tum. Rictus immanis. Dentes primores 4 vel 5 majores acuti,  
 recurvi; laterales minimi, arcti; palati vero maximi in linea  
 recta ordinati. Oculi summi patui; iris aurea fusco punctata.  
 Pupilla ovalis. Pinnæ pectorales exiguae, summæ 16 radiatæ,  
 oblongæ. Foramina branchiarum, lateralia remota. Linea la-  
 teralis punctata, subrecta dorso propior. Pinna dorsi & ani lon-  
 gitudinales, distinctæ nigro marginatæ. Anus capiti propior.

*Muræna maxilla superiore longiore*. *Il Serpente marino*.  
*Cetti h. n. Sard.* III. 96.

Differt ab *Anguilla oculis maximis summis, approxima-*  
*tis, & maxilla supera longiore*.

(e) 5. *Muræna, Ophis*, cauda aptera, *cuspidata*; cor-  
 pore fereti. L. N. S. 425.

*Muræna, Ophis*, maculata, cauda aptera. *Der bunte*  
*Aal*. Bloch N. A. F. II. 35. tab. 154. Br. 10. P. 10. A. 79.  
 D. 136.

Corpus prælongum, teres, glabrum, mucosum, album,  
 in dorso cinereum, fusco maculatum, cauda longa gracilescen-  
 te, apice tenui obtuso apterygio terminata. Caput parvum.  
 Rictus amplius. Dentes rari, qui, ore clauso, intermeant.  
 Nares, aperturæ branchiarum & oculi parva sunt. Pupilla nigra.  
 Iris argentea. Anus capiti multo propior. Linea lateralis media,  
 punctis albis & maculis magnis panduræ formibus nigris ornata.

Pinnæ

## 6. MURÆNA pinnis pectoralibus carens. Art Syn. 41.

*Muraena omnium Auditorum.*

Longitudo 28 digitorum. Color varius. Dentum unicus ordo in maxillis. Iris aurea.

Locus: Romæ &amp; Livorni. (f)

## IX. OPHI-

## ADDITAMENTUM.

Pinnæ pectorales parvæ, quibus aperturæ branchiarum minutæ subjacent. Pinna dorsalis & analis longitudinales distinctæ pellucidæ radiis simplicibus. Cauda apice obtuso terminatur.

Serpens marinus maculosus *Raji* syn. pisc. 37. *Willugby* tab. G. 9.

(f) 6. *Muraena*, *Helena*, pinnis pectoralibus nullis. L. S. N. 425. *Amoenitat.* I. 319.

*Muraena*, *Helena*, pinnis adiposis. *Die Murene.* *Bloch* N. A. F. II. 30. tab. 152.

*The Muray.* *Pennant arct. zool. suppl.* 111.

*Muraena maculata nigra & viridis*, *The Muray.* *Catesby carolina* II, tab. 20.

## Varietates.

α. *Muraena maculata nigra*. *The black Muray.* *Catesby* II. 21. *Pennant arct. zool. suppl.* 112.

β. *Muraena unicolor* maxillis elongatis, teritusculis; inferiore longiore; pinnis pectoralibus carent. *Gronovii zooph.* P. 39.

Caput parvum, cathetoplateum; superne rectum, in lateribus convexiusculum, rostro rotundato. Oculi medii subglobosi. Nares utrinque binæ, anteriores tubulofæ in apice rostri. Rictus ingens. Maxillæ productæ teretes angustatæ, inferiore longiore, apice obtuso elevato instructa. Dentes inæquales, in maxilla superiore & versus apicem inferioris validi, distincti, cæterum minutissimi. Palatum dentum serie utrinque armatum. Apertura branchiarum utrinque in mediis lateribus, a capite paulo distans. Truncus & pinnæ ut in *Muraena Helena*. Color nigricans. Americam meridionalem inhabitat.

Mu-

## ADDITIONAL.

*Muræna rostrata unicolor maxillis elongatis teretiusculis, inferiore longiore; pinnis pectoralibus carens. Belgis Krokodilbeck. Index Mus. Gronov. 21.*

γ. *Muræna punctata varia pinnis pectoralibus nullis; aper- turis branchialibus utrinque. Gronovii zooph. 40.*

7. *MURÆNA, guttata, glauca, guttis nigris; macula majori utrinque prope caput. Forskålii descr. an. p. 22. Br. 6. D.  $\frac{1}{4}$ . P. 9? V. c. A. 36. C. 10.*

*Iris aurea. Callus elatus inter oculos. Labium superius brevius. Pinna dorsi & ani cum basi pinnæ caudæ connexa.*

*Ostindische Maer-Aal. Houttuyni. I. P. 7. p. 85. tab. 57. fig. 1.*

*Species dubiae.*

8. *MURÆNA, microphthalmia. W.*

*Muræna unicolor, maxilla superiore longiore; pinnis dorsi anique humillimis; apertura branchiarum subtus unica. Gronovii zooph. p. 39.*

*Caput parvum cathetoplateum rotundatum, acutius versus apicem, corporis latitudinem & altitudinem æquans. Maxilla superior longior & latior inferiore, labio tenui, laxo instructa. Os magnum dentatum. Anguli oris prominent. Oculi minutissimi. Nares prominulæ haud conspicuae. Apertura parva solitaria transversalis sub gula. Truncus teres 6 uncias longus, parum cathetoplateus, alepidotus. Pinnæ humiles adiposæ. Dorsalis & analis longitudinales cum pinna caudæ acuminate conjunctæ. Pinnæ pectorales & anales nullæ. Color undique cinerascens. Inhabitat Guineam.*

9. *MURÆNA, ambigua. W.*

*Muræna maxilla superiore longiore; pinnis pectoralibus aperiturisque branchialibus nullis. Gronovii zooph. p. 38.*

*Caput parvum, antice subacutum, plagioplateum, arcuatim declive, superne longitudinaliter sulcatum e regione angulorum oris rotundum, subtus planum. Oculi magni, obtecti rostro propiores. Nares tubulosæ. Rictus terminalis. Dentes duo maximi conici, approximati sub apice maxillæ superioris & post hos minuti conferti, quales etiam in maxilla inferiore*

&

## ADDITAMENTUM.

& palato insunt. Maxillæ depressæ labiatae, versus anteriora contractæ in apicem rotundatum. Inferior superiore brevior. Truncus gracilis, cathetoplateo - rotundus, alepidotus. Dorsum sulco longitudinali usque pinnam dorsalem exaratum, & sub pinna carinatum. Abdomen ad anum usque planum, post anum sulco longitudinali impressum, qui ad pinnam analem definit. Pinna dorsalis & analis, humillimae, cutaceæ cu[m] pinna caudali acuminata cohaerent. Pinnae pectorales & ventrales defunt. Color bruneus in abdomine albescit. Inhabitat flumina Americes sub linea aequinoctiali. Longitudo pedalis. Latitudo summa perpendicularis post caput 4 linearum & transversalis ibidem 3 linearum.

10. MURÆNA, *coeca*, apterygia, rostro acutiusculo.  
L. S. N. 426.

Corpus anguillæ absque pinnis. Apertura branchiarum sub collo. Maxillæ acuminatae dentibus acerosis. Nâres tubulosæ sub rostro. Oculi nulli adspectabiles. Puncta 7 perforata ad occiput itidem 7 super caput in medio & anterius iterum quater duo. Anus propior capiti, quam caudæ. Genus obscurum.

11. MURÆNA, *Echidna*, pinnis pectoralibus nullis; capite depresso, corpore fusco, nigroque vario, statim post caput turgissimo. Gmelin. L. S. N. 1135.

Corpus 5 pedale. Caput parvum. Rictus amplus. Cirri 2 prope nares. Dentes plurimi.

12. MURÆNA, *Colubrina Boddaerti*. Vide Pallas Neue Nordische Beyträge 2. B. p. 55. tab. 4. fig. 3.

Corpus teres fasciis annulatis flavis & nigris alternis variegatum, glabrum, microlepidotum, cauda aptera, acuminata. Caput crassius trunco, ovatum, rostro acuminato. Oculi vix visibles. Pinna dorsalis longitudinalis innumeris radiis brevibus sustentatur. Pinnae pectorales carent. Utrum pinna analis deficit, uti ex figura conjicimus, autor silentio praeteriit.

13. MURÆNA, *compressa*, W.

Serpens marinus compressus, lividus. Raji syn. p. 57.

Artedi Genera.

U

Corpus

**XIX. OPHIDION.***Membrana Branchioptega.**Corpus oblongum, subteres, tripterygium (\*).*

I. OPHI-

**ADDITIONALMATERIAL.**

*Corpus lividum, alepidotum, glabrum, tripedale & ultra. Latitudo fescuncialis. Caput longum acutum in punctum desinens. Maxillae prominentes multis acutissimis dentibus munitæ. Inferior longior in callosam substantiam desinens. Lingua longa sagittæ cuspidis figura. Oculi rotundi diametro unciali. Pinnae pectorales duæ in dorso unica longitudinalis. Ab ano alia, undulata prope caudam, quæ forcipata est. Circa tropicum cancri degit.*

**14. MURÆNA, multicauda. W.**

*Anguille des Canariens Diction. des Animaux. Tom. I. p. 132.*

*Vielschwänziger Aal. Martini Allgemeine Geschichte der Natur. I. 38. Est forsitan monstrum.*

**15. MURÆNA, Siren,** pinnis pectoralibus trètradactylis, ossis branchialibus tribus pinnatifidis. *Schriften N. Fr. VII. 480.*

*Siren lacertina. L. S. N. in Addendis.**(\*) Character generis Ophidii.*

**LINNÆI:** Caput nudiusculum. Dentes maxillis, palato & faucibus. Membrana branchialis radiis VII. patula. Corpus ensiforme. *S. N. 431.*

**FORSTERI:** Corpus ensiforme. Caput obtusum, nudum. Os obliquum. Denres maxillis, palato, faucibus. Pinnae D. A. C. unitæ. Membr. br. 7. *Enchiridion h. n. 83.*

**BROUSSONETI:** Corpus longum, P. D. & C. & A. coadunatae. Pinnae nullæ in inferiore parte corporis. Oculi cuncte communis tecti. Vide *Phil. Transact. Vol. 71. p. 438.*

**GRONOVII:** Corpus oblongum subteriusculum versus caudam gracilescens; squamis levissimis obductum. Linea lateralis recta, dorso proxima. Dorsum rectum. Os terminale. Dentes maxillares parvi, validi confusanei. Membr. br. ab oper

- i. OPHIDION *cirris quatuor in maxilla inferiore. Art.*  
*Syn. 42.*  
*Ophidion Auctorum (g).*

U 2

2. OPHI-

## ADDITIONAL.

operculis haud concreta, iisque subnexa, ossiculis 7 utrinque. Pinnæ 5. Dorsalis longitudinalis cum caudali & anali concreta. Ventrals nullæ.

BLOCHII: Corpus anguiforme apertura branchiarum magna. *N. A. F. II. 68.*

(g) i. Ophidium, *barbatum*, maxilla inferiore cirris quatuor. *L. S. N. 431.* D. 133. P. o. V. o. A. 112.

Corpus cinereo-argenteum. Linea lateralis fusca; undique maculæ lineares, sparsæ. P. dorsalis analisque caudali connotæ, nigro marginatæ.

Ophidium, *barbatum*. *Broussoneti in Phil. Transact.* Vol. 71, p 436. tab. 23. B. 7. D. 124. P. 20. V. o. A. 115. C. . . .

Caput compressum, subacutum, nudum, cute communi laxe teclum. Rictus amplus. Mandibula superior duplicata, inferiore paulo longior. Labia cutacea, tenuia. Dentes in utriusque maxillæ margine, in aream angustam antice latiusculam dispositi, minuti, acuti, conferti, anteriores paululum majores. Lingua subobtusa, glabra. Palatum medio glabrum, antice areis tribus denticolorum exasperatum, quarum duæ laterales lineares, intermedia subtriangularis. Fauces superne exasperatae duabus areis longitudinalibus denticolorum. Narium foramina utrinque bina, ante oculos posita, distantia; foramine anteriore minore, posteriore nudo. Oculi supremi, vicini magni, cute communi testi. Iris argentea; pupilla lutescens. Opercula branchiarum cute communi testa, rotundata, polyphylla, mollia. Membrana branchiofuga, cute communi testa, radiis subæqualibus. Branchiae quaternæ; tres interiores parte concava gerunt tubercula aspera, separata, in duas series disposita; quarta cæteris longior: latere interno gerit tubercula aspera, externo radios uno latere leviter serratos. Cirri duo ad

2. OPHIDION *cirris carens*. Art. Syn. 42.  
*Ophidion flavum ♂ imberbe Auditorum.*

Locus

## ADDITAMENTUM.

ad apicem maxillæ inferioris, bipartiti; lacinia altera longiore. Tuberculum subacutum, seu apophysis ossea testa, recumbens, ante oculos in fronte posita. Corpus compressum, versus caudam attenuatum. Linea lateralis suprema, laevis, dorso parallela; vitta argentea subtus ornata. Squamae obovatae, testae, umbinatae, separatae. Pinna dorsalis longa, anali longior, sed angustior cum caudali continuata, basi sordide albescens, margine nigra e punctis plurimis nigris. Radii simplices, flexiles molles. Pinnæ pectorales obovatae, pellucidae, membrana punctis minutissimis irrorata. Pinna analis caudali unita, basi albescens, margine nigra, radiis simplicibus. Pinna caudalis nigra, apice obtusa. Color capitis & corporis carneo-argenteus.

Ophidium, *barbatum*, maxilla inferiore breviore; cirris 4 gularibus. *Briünichii ichth.* p. 15. Br. 7. D. 150. P. 20. V. o. A. 127. C.... *Massiliensis Corudgiao.*

Corpus totum, excepto capite, punctis rotundatis, oblongisque pallidis innumeris undique velut excavatum. Per cutem translucent oculi iride fulgente & opercula lutea. Mandibula superior duplicata ultra inferiorem prominet. Gula cirris 4 albis longitudine pollicis in una basi connexis instructa. P. pectorales, breves, acutae. Anus ante medium corporis. P. ventrales nullae. P. dorsalis analis, longitudinales albae nigro-marginatae cum caudali unitae. Linea lateralis recta dorso propior. Cauda attenuata, apice obtusa. Magnitudo  $1\frac{1}{2}$  spithamea.

Ophidium, *barbatum*, cirris quatuor gularibus. *Der Graubart.* *Bloch N. A. F. II.* 70. tab. 15. Br. 7 P. 17. A. C. D. 250.

Caput parvum, alepidotum. Maxillæ labiatae, supera longior infera. Denticuli numerosi in maxillis, palato & fauce. Pupilla nigra. Iris aurea. Apertura branchiarum ampla. Corpus compressissimum, squamis solitariis, ovalibus vestitum. Dorsum convexum, subcaeruleum. Venter albus.

Anus

Locus in mari Baltico (h).

U 3

XX. ANA-

## ADDITAMENTUM.

Anus anterior. Linea lateralis recta dorso propior. P. P. parvae, ad basin fuscae versus marginem cinereae. P. D. & A. & C. coadunatae, angustae, albae, nigro marginatae.

(h) 2. Ophidium, imberbe, maxillis imberibus; cauda obtusiuscula L. S. N. 431. D. 19. P. 11. V. o. A. 41. C. 18.

*Fauna Suecica* 114.

Facies Muraenae. Membrana branch. 5. Pinna dorsi radiis 79 a capite ad caudam extensa, maculis aliquot nigris margine albidis, aequali spatio remotis, aculeatis. P. pectorales 11. Ventrales nullae. Ani 41. Caudae circiter 18 vel 20. Haec tres unitae sunt.

Ophidium flavum & imberbe. *Nugnogen.* Schoneveld ichth. 53.

Pisciculus longus & laevis. Congro similis est. Pinnam unam longam & in caudam usque porrectam asperam & velut serrato mucrone scindentem; alteram a podice leniorem habet. Duæ præterea ad branchias exiguae sunt. Cauda in mucronem definit. Pinna dorſi in principio, ubi a capite incipit, extrema ora nigricat, cæterum flavet. Dorsum per intervalla nigris lituris, quæ in pinnam terminantur, pictum, mustelarum viviperarum more, Caput exiguum habet, oris incisuram parvam, quæ sursum spectat.

Ophidium imberbe. *The beardless Launce.* Pennant br. zoøl. III. 398. & IV. tab. 93.

Speciem muræna esse Broussonet perhibet. Vide Philos. Transact. Vol. 71. p. 439.

3. OPHIDIUM, viride, maxillis imberibus cauda acutiuscula. Fabricii Fr. Groenl. 140. Unernak Groenlandis. Br. 7. P. 10, 11. D... A... C...

Corpus elongatum & compressum. Caput corpore latius, plagioplateum, cervice eminentiore, inter oculos caniculatum. Oculi magni obscure virides, iride alba. Os amplum, imberbe. Labium inferius superiore parum longius, Dentes nulli visibles.

## ADDITIONAL.

Ies. Membrana branchiostega ventricosa 17 radiata. Pinnæ pectorales magnæ, ovatae 10 vel 11 radios habent. Pinna dorsalis pone caput & analis pone anum ortæ, caudali connatae sunt, radiis numeratu difficultibus. Radii pinnæ caudalis longiores in acumen producti sunt. Ventrals carent. Anus capitii propior. Pisciculus totus viridis, ab domine ante anum & pinnae albis ad gadi magnitudinem excrescere dicitur.

4. *OPHIDION, aculeatum, rostratum. Der Elephnatenrüssel. Bloch N. A. F. II. 72. P. 16. A. 53. C. 14. D. 51.*

Corpus elongatum, cathetoplateum. Caput parvum & angustum. Maxillæ edentulæ. Supera longior infera; acuminate labio protenso aucta. Oculi parvi, iride alba & pupilla nigra. Opercula branchialia ampla. Membrana branch. aperta. Anus caudæ propior. Pinnæ pectorales breves, violaceæ, ad basin fuscæ. Dorsum convexum. Laterum color superne in subrubrum & inferne in argenteum vergit. Abdomen carinatum. album. Linea lateralis summa, dorso parallela. P. pectorales breves, violaceæ, ad basin spadiceæ. P. dorsalis, pinnae anali opposita, subrubra, spadiceo marmorata, ocellis duobus nigris, dilutiōri annulo cinctis ornata. Illam aculei 14 retroversi, solitarii, non combinati praecedunt. Pinna caudalis rotundata, distincta, subcaerulea, nigro marmorata. Pinna analis longitudinalis, subrubra, nigro-marginata, ante se habet duos solitarios aculeos recurvos. Inhabitat aquam dulcem Indiae orientalis.

## Varietas.

$\alpha.$  Mastacembelus maxilla superiore longissima, acuminata; maculis ocellatis ad pinnam dorsalem. *Gronovii Zooph.* p. 133. Br. 7. D.  $\frac{1}{2}$ , 52. P. 20. A. 49. C. 13.

Corpus anguilliforme. Caput conicum, cathetoplateum acuminatum, superne rectum, subtus adscendens, omnino squamosum. Os angustissimum, terminale. Maxilla superior, in apicem elongata, conica subtus scabra: inferior brevissima, acuminata. Nares oculis propiores. Oculi exigui. Apertura branch. gularis. Membrana br. septem radiata. Dorsum convexiusculum, rectum, sulcatum usque pinnam dorsalem,

## ADDITIONAL.

salem. Abdomen rotundum, parum proeminens. Latera convexo-plana. In fulco dorsi aculei 12 humiles, mobiles distincti reconditi sunt qui pinnam dorsalem primam mancam constituunt. P. dorsalis secunda lumbaris, radios subdivisos intermes, parum crescentes continent. P. pectorales parvae, subrotundæ, infimæ, radiis bifidis 20 suffultæ. P. analis dorsali longitudine & forma similis & opposita 49 radiis simplicibus muticis erigitur. Ante eam duo aculei, junctura flexiles existunt. P. caudalis distincta rotundata radios 13 ramosos continent. Linea lateralis conspicua, dorso parum propior, sinuosa, integrerrima. Squamæ minutissimæ, imbricatae, lœves totum corpus & bases pinnarum obtegunt. Color subfuscus. Radice pinnæ dorsalis ocelli atri 5 iride alba ornant. Habitat in Ceylonia.

*Ikan Gadja. Olifants-visch. Valentin Ind. vet. ♂ nov.  
III. p. 464. fig. 373 & 472.*

Pentophthalmus Raji S. P. p. 152. & Willugby ichth, tab. 10, fig. 1, in append.

5. OPHIDION, Simack, capite subconico; maxillis æqualibus. W.

Mastacembelus maxillis subacutis æqualibus. Gronov. Zooph. n. 402. tab. 8. a fig. 1. Br. 5. D.  $\frac{3}{2}$ , 50. P. . . . V. o. A. . . . C. . . .

Piscis anguillæ formis, fluviatilis. Caput subacutum, fere conicum, subtus latius, quam superne, teste microlepidotum. Oculi parvi summi, rostro propiores. Maxillæ æquales large labiatæ. Os angustum. Dentes modici, æquales, conferti. Lingua & palatum glabra. Apertura branchiarium gularis, ampla. Membrana branchialis aperta. Corpus gracile, cathe-toplateum, pone attenuatum. Linea lateralis subrecta, media, in initio dorso propior. Squamæ minutissimæ imbricatae. P. D. prima manca, aculeis brevibus conicis, acutissimis separatis 32, in totidem sulcis singularibus reclinandis constat. P. D. secunda lumbaris linearis, 50 & ultra radiis, cute crassa obtectis, suffulta ad pinnam caudæ percurrit. P. A. linearis altior dorsali secunda, ipsique opposita. P. C. parva, rotundata, cum pinna

**XX. ANABLEPS.**

*Membrana Branchiostega officulis sex. (Cobitis Anableps).*

*Pinna unica, exigua, in extremo dorso (\*).*

**i. ANABLEPS. Art. Syn. 43.**

*Novus piscis, quem in Sebae thesauro descripsi (i).*

**XXI. GYMNO-****ADDITIONAL.**

pinna ani & dorsi connexa. P. P. parvæ, rotundatæ, inferæ. Post anum duo oculi validi distincti dorsalibus maiores in sulcis singularibus se inflectentes. Color ex albo & rufo maculosus, in abdome albescit. P. D. maculis rufis variegata. Habitat in fluvio prope Halepum.

*Simack il Inglese. Rüffelii a Hist. of Aleppo. p. 75. tab. 12 n. 2. Editio Leid. p. 88. tab. 5. fig. 1.*

Color capitis & dorsi nigricans maculis flavidis variegatus abdominis albus ad flavum vergens. Pinna ani flava & reliquæ nigro maculatæ. Longitudo fere pedalis.

(\*) *Character generis Anablepis.*

GRONOVI: Corpus oblongum, antice plagioplateum, versus caudam cathetoplateum, inerme, squamis imbricatum obtectum. Anus caudæ propior. Caput plagioplateum, inerme, squamis undique obsitum. Os latum in apice capitum. Oculi elevatissimi atque supra caput protuberantes. Dentes parvi in maxillis. Membrana br. operculis obtecta, expansilis, officulis utrinque sex. Pinnæ inermes 7. In dorso unica parva, caudæ proxima. Analis capiti propior quam dorsalis. *Zooph.* p. 117. Hoc genus cum genere Cobitidis Lianæus coadunavit.

(i) *Cobitis, Anableps*, cirris 2; capite depresso; oculis prominulis. *L. S. N. 499. Mus. Adolph Fr. II. 95. D. 7. P. 21. V. 6. A. 9. C. 12.*

Caput inerme. Cirri rudimentum utrinque ad sinus oris. Oculi extra orbitas protuberantes. Corpus antice depresso, postice compressum. Lineæ tres longitudinales fuscæ.

Anableps. *Gron. Mus. ichthyol. I. p. 12. tab. 1. fig. 1, 2, 3. Br. 6. D. 7. P. 22. V. 7. A. 9. C. . . .*

Corpus

***XXI. GYMNOTUS.****Membrana Branchiofuga officulis quinque.**Pinna dorsalis nulla (\*).***I. GYMNO-****ADDITAMENTUM.**

Corpus oblongum, antice ad pinnas usque ventrales plagioplateum postice cathetoplateum; squamolum, fuscum, in lateribus lineis 5 longitudinalibus bruneis pictum. Caput admodum depresso, latum, planum, laxe, squamosum. Oculi magni, summi protuberantes in orbitis osseis e capite exsurgentibus, distantes, ori propiores. Os obtusum, latum & angustum. Dentes maxillares, contigui, minimi, acutissimi. Opercula br. apertissima, squamosa. Dorsum latum, convexo-planum sensim gracilescit. Pectus & venter convexo-plana usque anum. Latera convexo-plana, ad pinnas pectorales angustissima, ad caudam vero latissima. Squamæ deciduae, laxes, imbricatae totum corpus & radices pinnarum tegunt. Pinna dorsi remota, lumbaris, radiis 7 inermibus suffulta. P. pectorales infimæ, satis magnæ rad. 22. Ventrales parvæ, remotæ, in medio fere trunci sitæ rad. 7. P. ani ab ano parum remota rad. 9. Hæc in diversis subjectis variat; quandoque formam habet pinnæ 9 radiatae, quandoque abit in tubum ramosum, qui & in aliis parvula pinna comitatur, vel in aliis solitarius existit. Cauda subrotunda. Anus caudæ propior, in medio inter pinnas ventrales & analiem. Habitat in America meridionali.

Anableps lineis quatuor longitudinalibus ad utrumque latum; processu tubulato ad pinnam ani. *Sebae Thesaur.* III. p. 109. tab. 34. fig. 7. D. 7. P. 22. V. 6. A. 3. C. 24. Vide *Mantissam I.*

(\*) *Character generis Gymnoti.*

**LINNÆI:** Caput operculis lateralibus. Tentacula duo ad labium superius. Oculi cute communi tecti. Membr. branch. radiis 5. Corpus compressum subtus pinna carinatum. *S. N.* p. 427.

*Artedi Genera.*

**I. GYMNOTUS. Art. Syn. 43.**  
*Carapo Martgr. (k)*

ADDITIONAL.

**SCOPOLI:** Maxilla utraque aut unica elongata. Membr. branch. ossiculis 5. Pinnæ 3 inermes, binis pectoralibus, parvis, tertia anali, linearis, longe excurrente. *Introd. h. n.* 452.

**FORSTERI:** Corpus subcultratum. Tentacula duo ad labium superius. Dorsum subapterygium. Oculi cute communi testi. Membrana branch. radiis 5. *Enchirid. h. n.*

**GRONOVII:** Corpus cathetoplateum, oblongum, teres, gracilescens versus extremum. Linea lateralis recta, dorso parallela & propior. Anus inter branchiarum juncturas. Caput cathetoplateum, alepidotum. Os in apice capitis. Dentes in maxillis & faucibus. Membrana branch. operculis subnexa, integumento capitis communi obducta, ossiculis suffulta. Pinnæ tres inermes. Pectorales parvæ. Analis longe percurrentes, linearis.

**BLOCHII:** Dorsum apterygium. *N. A. F. II. 41.*

(k) I. *Gymnotus*, *Carapo*, nudus. Dorso apterygio; pinnæ ani longitudine caudæ attenuatæ. *L. S. N.* 427. *Amoenit.* I. 318. tab. 14. fig. 6. Br. 5. D. o. P. 13. A. 200. C. o.

Caput ovatum, parvum, verrucis mollibus adspersum. Dentes minutissimi. Labia carnosa, inferius longius. Labium superius ad latus cirrum seu tentaculum breve exerit. Nares simplices tere elevatae. Membrana branch. ossiculis 5 latis constat. Apertura branch. satis patula. Corpus pedale, angustum. Dorso pingui, crasso rotundato, inferne carinatum, sensim versus caudam acuminatum & subulatum. Squanæ orbiculatae, imbricatae, rugis annularibus & transversis. Linea lateralis deorsum dentata, denticulis perforatis, obtusis. Anus sub gula. Pinnæ pectorales parvæ, lanceolatae, radiis 13 mollibus. Pinna ani prope caput (*in mare*) seu pollicari spatio ab ano (*in foemina*) incipit & ad apicem caudæ excurrente, linearis radiis circiter 100 mollibus.

*Gymnotus,*

## ADDITAMENTUM.

*Gymnotus, fasciatus*, dorso apterygio; pinna ani longitudine caudæ attenuatæ; maxilla inferiore longiore. *Gmelini L. S. N. reform.* 137.

*Gymnotus fasciatum* non esse Caraponis Linnæi varietatem sed singularem speciem esse *Cel. Pallas* afferit. Dorsum illi est obesus, maxilla inferior longior & color varius constans; cum contra in carapone prorsus fusco superius rostrum emineat. Vide *Spic.* VII. 35.

*Gymnotus, brachiurus*, maxilla inferiore longiore. *Der Kurzschwanz.* *Bloch N. A. F.* II. 61. tab. 157. fig. 1. Br 5. P. 13. A. 193.

Caput parvum depresso. Maxillæ denticulis scabré. Infera longior. Opercula diphylla. Apertura branch. angusta. Truncus subtiliter squamosus. Dorsum a nucha usque medium sulco exaratum. Cauda breviter cuspidata. Linea lateralis dorso propior longissima. Linea alia impressa juxta pinnam analem. Color fundamentalis lutescens undatis lineis vel spadiceis vel rubescentibus vel albis distinctus. Pinnæ punctatæ.

*Gymnotus* lineis transversalibus varius, maxilia inferiore longiore cauda curta fabulata. *Sebae thes.* III. p. 97. tab. 32. fig. 1. De hoc vide *Mantissam* I.

*Carapo Marcgraffii bras.* 170.

*Der Surinamische Aal.* *Martini Allg. Gesch. der Natur.* I. 32. tab. 3. fig. 1.

*Der bandirte Finnaal.* *Pallas Spic.* VII. 36. Edit. germana.

2. **GYMNOTUS, Carapo,** macrourus maxilla superiore longiore. *Der Langschwanz.* *Bloch N. A. F.* II. 59. tab. 157. fig. 2. Br. 5. P. 10. A. 230.

Caput cathetoplateum porulosum. Maxillæ denticulis scabré; supera longior. Lingua brevis crassa & lata. Oculi minimi, pupilla nigra, iride argentea. Opercula inæqualiter diphylla. Ventris cavitas brevis. Anus angustus haud procul a capite. Linea lateralis recta; longissima. Cauda prælonga, acuminata, angustissima. Pinna pectoralis brevis radiis simplicibus instruta, analis longissima, a capite in mare & ab ano in foemina oriunda. Color in dorso convexo fuscus, in lateribus & abdo-

## ADDITAMENTUM.

mine rufus, maculis irregularibus spadiceis conspersus, in pinnis subfuscus.

*Gymnotus*, *Carapo*, nudus, unicolor; dorso apterygio; pinna ani longitudine caudæ attenuata; maxilla superiore longiore. *Gmelini L.S.N.* 1136.

*Gymnotus varius* capite conico, ventre turgidiore. *Sebae thes.* III. 98. tab. 32. fig. 2. P. 19. V. 223. Vide *Mantissam I.*

*Varietates.*

α. *Gymnotus fuscus* maxilla inferiore breviore, dorso ad caudam usque sulcato. *Sebae thes.* III. tab. 32. n. 4. P. 16. A. 228.

β. *Gymnotus caerulescens*, ventre latiore; macula nigra ad branchias. *Sebae thes.* III. 99. tab. 32. fig. 3. P. 8. A. 244. vide *Mantissam I.*

Hanc varietatem & præcedentes species *Linnæus* & *Grovius* ad unam contulerunt.

3. *GYMNOTUS*, *Acus*, nudus dorso, ventre, caudaque apterygiis pinna anali ante apicem caudæ terminata, radiis 60. Massiliensibus: *Fierasfer*. *Brünnich. ichth.* p. 13. Br. 5. D. o. P. 16. V. o. A. 60. C. o.

Corpus nudum, compressum, elongatum, attenuatum, acutum. Color albidus, maculis rubescentibus fuscisque virgatis nebulosis in ventre ad cæruleoscentem inclinans. Caput compressum, antice obtusum. Maxilla inferior brevior, utraque una cum fauce multi dentata. Oculi in rostro, Iris argentea. Vertex & occiput, cute teneriori tecta, apparent quasi decoriata. Apertura branch. magna. Pinnæ pectorales parvæ, acutæ, radiis subtilissimis vix numerandis infra viginti. Anus capiti proximus. Abdomen carnosò-carinatum, futura carinam ab abdomine distinguente, quæ ad pinnam usque continuatur. Pinna ani  $\frac{3}{4}$  pollicis distantia ante apicem caudæ finitur. Dorsum apterygium rudimento quasi pinnæ dorsalis levissime carinatum. Cauda cum reliquo corpore sensim attenuata, acuta, aptera. Linea lateralis supra pinnas pectorales incipiens, futuralis, recta, ante apicem caudæ evanescit. Longitudo 1 $\frac{1}{4}$  spithamæ. Tentacula labii superioris in hac specie non observata sunt.

## ADDITAMENTUM.

4. *GYMNOTUS, albus.* *Der weisse Surinamische Finnaal.*  
*Pallas. Spic. VII. 37.* Edit. germ. P. 13. A. 180.

Corpus crassius & carnosius Gymnoto fasciato. Dorsum convexum, prorsum sulco profundo exaratum. Maxilla infera longior. Labium superius utrinque ante angulos oris emarginatum & ante sinum lobulo notatum, quod etiam in G. fasciato.

*Gymnotus, albus,* dorso convexo apterygio; maxilla inferiore longiore; labio superiore utrinque ante sinum lobulo notato. *Gmelini L. S. N. 1137.*

5. *GYMNOTUS, albifrons,* dorso anteriore niveo. *L. S. N. 428.* D. o. P. 15. V. o. A. 152. C. 24.

*Gymnotus, albifrons,* filo dorsali longo; pinna caudæ distincta. *Der weisbläsig Finnaal.* *Pallas Spic. VII. 35.* tab. 6. fig. 2. Br. 1. P. 16. V. o. A. 147. C. 20.

Caput corpore crassius, conicum, compressusculum, obtusissimum, alepidotum, carnosum, subtiliter porosum. Labium superius utrinque prolixius, crassissimum, inferiore maxillam includens, intus versus buccam longitudinaliter rugosum. Maxilla infera utrinque praæalta crista, versus apicem declivi superiore subintrans, lateribus excavata, & longitudinalibus rugis, e bucca extrorsum super sinum oris distributis, plicata & ad apicem labio molli duplicato prædita. Ante palatum calliculus utrinque denticulis scaber. Margines inferioris maxillæ ossi antrorum latere interiore toti denticuli scabri. Lingua nulla. Palatum papillosum. Nares mediae lineares marginatae. Oculi parvi. Opercula undique adnata. Apertura br. lunata, lateralis, limbo membranaceo operculi testa. Corpus cultratum subtus acie marginata. E regione  $\frac{3}{5}$  pinnæ ani in dorso, quod priore parte convexum est, oritur cirrus longus carneo-membranaceus, supra convexus subtus obiter canaliculatus, pone attenuatus, in sulco longo dorsi reclivatus. Cauda ultra pinnam ani compresso-plana, linearis pinnam ovatam, distinctam in extremitate gerit. Linea lateralis a nucha serie pororum descendente incipiens, deinceps dorso parallela, lineolata, squamis majoribus infidet. Squamæ omnes rotundatae, in dorso minimæ, infra lineam lateralem magnæ, in carina abdominis deorsum

## ADDITAMENTUM.

sum imbricatae. Anus linearis & porus genitalis inter membranas branchioslegas. P. P. basi carnosa prominula, atræ. P. A. longitudinalis a gula incipiens, duarum unciarum spatio a pinna cauda definit. Color corporis ater, capitis, quoque alepidotum, canescens. Fascia lactea a maxillæ inferioris apice criunda, suprà caput longitudinalis, ad nucham attenuata in summo dorso nudo usque ejus dimidium continetur. Cauda cum sesquipolllicari parte cirri dorsalis alba, ultra pinnam ani fusca, extremo acutum cum pinna terminali iterum alba, area tantum ad basin pinnæ transversa fusca insignitur. Longitudo unius pedis & trium unciarum. Latitudo summa 2 unciarum. Habitat circa Surinam.

6. *GYMNOTUS, rostratus*, rostro subulato; pinna ani breviore cauda L. S. N. 428. P. 19. A. 296.

*Gymnotus*, maxillis elongatis tubulosis, lateraliter conbatis; corpore maculoso; cauda subulata. *Gronov. zooph.* 41.

*Muraena maxima orientalis singularis*. *Sebæ thes.* II. 71. tab. 69. n. 3.

*Gymnotus varius*, rostro productiore. *Sebæ thes.* III. 99. tab. 32. fig. 5. P. 19. A. 296. Vide descriptionem in *Mantissa I.*

*Surinamischer lang schnablicher Aal*. *Martini Allg. Gesch. der Natur I.* 36. tab. 5.

7. *GYMNOTUS, electricus*, nudus, dorso apterygio; pinna caudali obtusissima, anali annexa. L. S. N. 427.

*Gymnotus* pinna ani ad extreum caudæ latæ, truncata; continuata; maxilla inferiore paulo longiore. *Gronovii Zooph.* p. 41. tab. 8. fig. 1. ubi fuse descriptus est.

*Gymnotus, electricus*, cauda obtusa. *Der elektrische Aal*. *Bloch N. A. F.* II. 43. 156.

*Gymnotus nigricans*; capite plagioplateo; cauda curta obtusa. *Sebæ thes.* III. 108. tab. 34. Vide *Mantissam I.*

*Species ad huc dubiae.*

8. *GYMNOTUS, notopterus*, pinna dorsali. *Der Bastard Finnaal mit der Rückenflosse*. *Pallas Spic.* VII. 41. Ed. germ. Br. 6. D. 7. P. 13. A. 116. C. . .

Caput

## ADDITAMENTUM.

Caput crassum, breve & obtusum squamosum. Oculi magni pupilla aurea. Orificio parvulum priorsum supra utrumque oculum. Maxilla supera una serie denticulorum ratorum in limbo armata, & margo palati minoribus & densioribus obsepta; maxilla vero infera in limbo maiores distantiores, & posthoc seriem minorum & densiorum continet. Duplex lamina proxime sub oculis & duæ acutæ acies longitudinales in utroque latere maxillæ inferæ sunt ferratæ. Corpus spithameum cathetoplateum, cultratum, retrosum acinaciforme, omnino microlepidotum. Linea lateralis summa subrecta. Anus gularis. Pinnæ pectorales 13 radiis fuscultæ, Dorsalis post medium dorsi sita, multo longior quam lata, 7 radiata. Pinna analis a pectore oriunda ante angustior & carnosior, cæterum linearis ultra apicem caudæ uti ala extenditur & 116 radios continet. Color pisces vivi argenteum in aureum vergens esse videtur; in dorso & pinnis autem cinerascens.

9. *Gymnotus, asiaticus*, squamosus dorso pinnato, L. S. N. 428. Br. 5. D. 46. P. 14. V. o. A. 28. C. 16.

Piscis plus quam spithameus, crassiusculus, sed tectus squamis lævibus, rotundatis, distinctis, etiam supra caput, cui puncta 5 excavata, uti etiam in maxillis inferioribus. Anus in medio corporis. Linea lateralis elevata, recta, sed descendens supra anum. Color obscurus fasciis fuscis. Puncta alba in pinna dorsali & postica parte corporis. Ob opercula lateraliter ampla, aperienda, & ob squamas nequit esse Muræna. Pinna dorsalis incipit pone caput & extenditur fere ad caudam. Caput depresso, læviusculum. Tentacula 2 truncata, ante nares posita. Membrana branch. 5. Corpus subcylindricum postice compressum. Pinna dorsi mox post nucham incipiens. Foraminulum in fronte. Lingua, lavis. Dentes acerosi in maxillis & insuper in maxilla superiore ordo dentium intra maxillam. Habitat in Asia.

*Ostindische Bloot-Rug. Houttuyni. n. h. I. P. 7. p. 110.*



## ORDO I.

## ACANTHOPTERYGII.

## XXII. BLENNIUS.

*M*embrana Branchiostega officula sex, satis distincta utrinque continet.

*Caput* cathetoplateum, anterius saepe obtusum, seu ab oculis ad os valde declive. *Corpus* cathetoplateum, plerumque varium. *Maxillæ* labiis magnis tectæ. *Pinna* in dorso unica, a capite ad caudam fere extensa, quæ vel aliquando officula simplicia & saepe aculeata continet interdum pinnula seu potius appendix una vel duæ in fronte ad oculos; *Ventrales*, anterius sitæ, duobus officulis tantum constant. *Appendices* nullæ ad pylorum. *Oculi* cute tecti (\*).

- I. BLENNIUS *sulco inter oculos, macula magna in pinna dorfi.* Art. Syn. 44.

Blennius

## ADDITAMENTUM.

(\*) *Character generis Blennii.*

LINNÆI: *Caput* decline, tectum. *Membrana branchialis* radiis 6. *Corpus* lanceolatum. *Pinnæ ventrales* didactylæ, muticæ, *Pinna* ani distincta. S. N. 441.

BRÜNNICHII: *Pinna* unica, pluresve per totum dorsum. *Pinnæ ventrales* didactylæ. *Corpus* lanceolatum. *Caput* glabrum. Fund. zool. 134.

PENNANTI: *Caput* obtusum in fine & admodum decline. *Corpus* compressum glabrum & lubricum. *Dentes* tenues. *Pinnæ ventrales* generatim duobus solummodo radiis unitis. *Pinna* dorsalis unica. *Membr. branch.* radiis 6. Br. zool. III. 206.

FORSTERI: *Corpus* lanceolatum. *Caput* decline. *Dentes* ordinati serie simplici. P. V. didactylæ, muticæ. M. Br. 6. Enchirid. h. n. 84.

*Blennius Salviani, & aliorum Auctorum. Meforo Romanorum.*

Longitudo 7 ad 8 digitorum. Color ex cinereo cœruleo & viridi varius. Iris rubra. Linea lateralis curva. Pinnula utrinque supra oculum, quæ tamen interdum deest. Cauda sub-rotunda, ossiculorum 26. Macula pulchra ad anticam pinnæ partem. Pectorales 12. Ventrals, anterius fitæ, ossiculorum 2. Ani 17. Locus: Romæ & Venetiis, mense Octobri (a).

## 2. BLEN-

## ADDITAMENTUM.

(a) 1. Blennio, *ocellaris*, radio simplici supra oculos; Pinna dorsali anteriore ocello ornata. *L. S. N. 442. Mus. Ad. Fr. II. 62. D. 11, 15. P. 12. V. 2. A. 16. C. 11.*

Caput declive. Dentes paraleli. Cirrus supra oculum singulum. Pinna dorsalis radiis 11 - 15, mollibus pinnis utrisque connexis. In priore ocellus ater iride alba. P. C. rotundata. Habitat in mari mediterraneo.

*Blennius, otellaris*, radio simplici supra oculos; pinna dorsali subbifida, anterius uniocellata. *Brünnichii ichth. 25. Br. 6. D. 26. V. 2. A. 18. C. 11.*

Radius supra oculos cirriformis, simplex, apice marginaque postico fimbriatus. In nucha utrinque adest pupilla minuta membranæ. Pinnæ dorsalis radius anticus supra membranam eminet, longior, filiformis, in VIto & VIImo radio apicem versus, adest macula rotunda, magna, nigra, iride alba circumdata. Radius XII. minor reliquis, membranæ marginem non attingit, ibique in duos quasi dividitur pinna dorsalis, quæ revera unica est.

*Blennius, ocellaris*, ocello nigro in pinna dorsi. *Der Meerpapillon. Bloch N. A. F. II. 112. P. 12. V. 2. A. 17. C. 11. D. 25.*

Caput oblongum, magnum compressum ante adinodum declive. Oculi magni, prominentes, pupilla nigra, iride aurantia. Radii duo simplices longi inter oculos. Rictus amplus. Maxillæ æquales. Dentes tenues, densi, una serie ordinati

2. **BLENNIUS** *pinnulis duabus ad oculos, pinna Ani officulum*  
*viginti trium. Art. Syn. 44.*

*Gattorugine Venetorum. Will. Ray g. 72.*

Longitudo 6 ad 7 unciarum. Corpus lubricum, varium.  
 Anus Capiti, quam caudæ propior.

*pag. 27.* pag. 27. Pinna Dorsi officulorum 31, quorum 10 vel 12 rigida  
 & paullum aculeata, macula nigra ad initium, in non-  
 nullis. Pectorales 14. Ventrals 2. Ani 23. Cauda in  
 extremo fere æqualis, officulorum 12. Pinnulæ ad  
 oculos, 4 officulis interdum constant (*b*).

### 3. **BLENNIUS**

#### ADDITIONAL.

dinati. Apertura branch. ampla. Operculum br. monophyl-  
 lum. Truncus alepidotus. Dorsum convexum, cærulescens.  
 Abdomen breve & latum. Anus capiti propior. Linea late-  
 ralis summa. Color fundamentalis sordide viridis, striis oli-  
 vaceis aut cæsis distinctus. Pinnæ pectorales magnæ, rotun-  
 datæ, radiis uti in pinna caudali fissis. P. ventrales biradiatæ.  
 Pinna ani longitudinalis; angustior radiis simplicibus promi-  
 nentibus suffulta similiter ac pinna dorsalis, maculis cæruleis,  
 punctisque albis & ocello nigro, iride alba inclusa, ornata  
 quæ ante & pone alta, in medio sinuosa, radio primo longif-  
 simo incipit.

*Blennus Salviani. The Butterflyfish. Willughby 131. tab.*  
*H. 3. fig. 2. manca.*

*Vlinder-Vish. Houttuyn h. n. 228.*

(*b*) 2. *Blennius, Gattorugine*, pinnis superciliors  
 nuchæque palmatis. *L. S. N. 442. Mus. Ad. Fr. II. 61.*  
*D. 32. P. 14. V. 2. A. 23. C. 12.*

Capit supra oculos five cristi duabus. Corpus co-  
 lore fusco, fasciis nebulatum. P. A. radiis 23, marginis den-  
 ticolis albis. P. C. rotundata. Habitat in mari mediterraneo.

*Blennius, Gattorugine*, pinnulis duabus inter oculos, toti-  
 demque in nucha. *Der Meerhirsch. Bloch N. A. F. II.*  
*Br. 5. P. 14. V. 2. A. 21. C. 12. D.  $\frac{1}{2} \frac{6}{7}$ .*

Caput parvum, bucculentum, cathetoplateum, ante trun-  
 catum pinnulis duabus inter oculos & totidem in nucha latis,  
 ramo-

3. BLENNIUS maxilla superiore longiore, capite summo acuminato. Art. Syn. 44.  
*Alauda non cristata auditorum.*

Y 2

Mut.

## ADDITIONALMEN.TUM.

ramosissimis. Oculi summi prope verticem protuberantes, iride subrubra, pupilla nigra. Nares oculis vicini. Maxillæ æquales una serie dentium, seti formium, flexilium, æqualium armatæ. Rictus amplus. Lingua brevis. Palatum glabrum. Operculum br. monophyllum. Apertura br. angusta, cute extera quadam partim, similiter ac membrana branchialis obtecta. Truncus compressus, striis castaneis irregularibus, maculis obscurioribus & dilutioribus alternis quasi marmoratus. Linea lateralis recta, summa. Abdomen breve, cineraceum. Anus haud procul a capite. Pinnæ omnes flavescentes radiis simplicibus prominentibus suffultæ. Pinna dorsalis longitudinalis, composita, quandoque macula atra insignita, radiis anterioribus aculeatis, posterioribus mollibus.

Habitat in mari mediterraneo & atlantico.

*Gattorugine Venetiis. Willughby 132. tab. H. 2. fig. 2.*

D.  $\frac{12}{31}$ . P. 14. A. 23. C. 12.

*Der Dickhals. Mülleri L. N. S. IV. 103. tab. 4. fig. 1.*

*Varietates.*

α. *The Gattorugin Pennanti Br. Zool. III. 207. tab. 25. no. 91. D.  $\frac{14}{31}$ . P. 14. V. 2. A. 21. C. 12.*

Corpus dodrantale, glabrum, compressum. Abdomen parum prominens. Anus ante medium trunci. Dentes sefacei, densi. Parva cavitas inter oculos. Membrana soluta, trifurca ad summitatem utriusque oculi. Pinnæ pectorales latæ, rotundatae, dentatae. Pinnæ ventrales biradiatae. P. dorsalis composita, inæqualis, longitudinalis, radiis 14 aculeatis & 19 posticis longioribus, mollibus. P. analis 21 radiis prominentibus longitudinalis. P. caudalis rotundata, radiis 12 fisis. Color in genere obscurus, lineis transversis undulatis distinctus, in ventre dilute cinereus, in parte inferiore pinnarum pectoralium & in fine ventralium aurantius. Captus est in littoribus Angliae.

β. Blen-

*Mulgranoo & Bulcard Cornubiensum.*

Longitudo semipedalis & major. Color varius. Caput pone verticem nonnihil depresso.

Pinnu-

ADDITIONALMEN TUM.

$\beta.$  *Blennius, Gattorugine*, pinnulis superciliorum palmatis, spinis dorsalibus 13. Massiliensis *Bavarello*. *Brünichii ichth.* 27. Br. 7. D.  $\frac{5}{2}$ . P. 14. A. 22. C. 13.

Facies *Blennii ocellaris*. Labium simplex. Opercula cute capitis tecta posterius non aperiuntur. Oculi supra instruuntur crista membranacea, capiti concolore, angusta, filamentisque plurimis fastigiata. Linea lateralis utrinque pecliniformis, levis, dorso propior usque ad regionem ano oppositam ubi sub descensu amittitur & alia incipit interrupta, caudam æqualiter dividens. Iris obscure rubra intromis albicat. Maculae laterales versus dorsum nigræ, albo venosæ cinctæque. Magnitudo interdum spithame.

$\gamma.$  *Blennius, Gattorugine* dorsi pinna unica cum pinna caudæ connata; capite obtusissimo; cirris tribus supra utrumque oculum & utrinque senis in postico vertice. *Forßkål descr.* an. 23. B. 5. D.  $\frac{5}{2}$ . P. 14. V. 2. A. 19. C. 13.

Corpus alepidotum, lanceolatum, parvum dimidiæ spithame. Caput leonis, antice perpendicularē, rotundatum. Labia latissima, inferiore breviore. Dentes unius seriei numerosissimi, filiformes, flexiles. Oculi parum remoti, protuberantes, iride glauca, radiis 6 rubris. Latera capitis paralela, glauca guttis cæruleis sparsis. Gula litturis transversis & media longitudinali cæruleis. Membrana branch. recta, juncta. Vertex convexus, pone duplici fasciculo errorum brevium, senorum, albidorum, fusco fasciatorum. P. dorsi longitudinalis cum pinna caudæ æquali connexa. P. ani longitudinalis radiis decrescentibus, paulo ante apicem caudæ terminatur. Radii in omnibus pinnis præter dorsalem prominent; in dorsali autem primi 12 membrana breviores & apice molli terminati, sub apice rigidiores pungunt. Color piscis glaucus, dorso anteriore nigro punctato & posteriore cæruleo guttato. Anus ante medium.

Pinnulæ nullæ ad oculos. Cauda in extremo circularis.

Y 3

Pinna

## ADDITAMENTUM.

medium. Abdomen post anum albido-maculatum. Cirri palmati nuchæ & superciliorum, & ante utrumque oculum cirrus brevis, bipartitus.

*♂. Blennius, Ascanii, corniculis quatuor dentatis supra caput, & duobus in pinnæ dorsalis initio W.*

*Brosme toupée ou Galerite Ascanii icon. tab. 19. Br. 6.*

D.  $\frac{5}{6}$ . P. 13. V. 2. A. 38. C. 15.

Descriptionem, quam Auctor omisit, secundum imaginem pictam faciam. Corpus dodrantale, anguilliforme, ante & pone obtusum. Caput parvum, ovatum, bucculentum, ante ab oculis declive & rotundatum, trunco humilius cristatum. Crista quatuor cornubus sive radiis distinctis, approximatis superne latioribus, dentatisque constat, quorum priores duo breves orbitæ utrique accubant. Duo reliqui sibi oppositi, triplo longiores, prioribus, superne ciliati in supercilio utroque eriguntur. Tales duo adhuc longiores super nucham in initio pinnæ dorsalis insunt. Nares super labium superius tubulosæ. Oculi summi, magni, prominentes extremitati oris propiores. Rictus mediocre, ascendens. Maxillæ subæquales, infera parum longior supera. Operculum br. rotundatum. Membrana branch. aperta. Truncus quintuplo longior quam altus, nucha ascende, dorso recto, monopterygio, cauda longa, gracilescente in fine rotundata. Linea lateralis recta, summa, dorso fere parallela. Pinna dorsalis, longitudinalis, linearis, aculeata, caudali pinnæ contigua. Radii primores duo sunt cornicula tricuspidata, superne ciliata, reliquis aculeis longiora. Pinnæ pectorales, breves, rotundatae, infimæ, radiis fissis distensæ. Pinnæ ventrales minutæ, brevissimæ, biradiatae, sub gula existunt. Pinna analis longitudinalis a caudali distincta, radiis fissis suffulta. Pinna caudalis parva, obverse ovata. Color in superiori parte capitis & trunci fulvus, qui ad latera in flavum & infra in album migrat. Præterea maculæ lenticulares, pallidæ 9 ad utrumque latus.

*Pinna Dorsi ossiculorum* 36. Ani 28.

*Locus mare mediterraneum & Oceanus (c).*

4. **BLEN-**

### ADDITIONALMENUTUM.

*latus dorsi apparent. Pinnae pectorales & caudalis rubent, reliquæ autem flavent. Capitur raro circa Norwegiam.*

*Blennius, Galerita. Die Seelerche. Gemeinnützige Naturgesch. V. 45. tab. XIV. Icon ex Ascanio mutuata, non Galeritam sed varietatem Gattorugines repräsentat.*

*Blennius crista capitis transversa cutacea. Artedi.*

Sub hoc nomine falso pisceū mediocris magnitudinis, *Hans Stroem.* p. 332. secundum exemplar exsiccatum breviter descripsit. Est ille spithameam longus, capite brevi & obtuso cui insident prope oculos duo cornua sive pinnulae erectæ, sibi oppositæ superne fissæ unciam fere longæ, quæ e cute quadam aut cartilagine constare mihi videbantur. Pinna dorsalis modice alta a capite ad caudam extensa radiis rigidis, acutis 50 suffulta. Pinnae pectorales 10 radiatae, rotundatae. P. ventrales biradiatae. P. analis radios 36 & caudalis circiter 16 continet. Color in vivo pisce e rubro spadiceus fuisse videbatur, qui in lateribus trunci striis undatis transversis notatus adhuc conspiciebatur. Habitat in Norwegia, sed raro capitur.

(c) 3. *Blennius maxilla superiore longiore; capite summo acuminato. Artedi syn. 45. & 116. item Gronovii Mus. ichth. II. 22. ubi longa descriptio de illo exstat. Br. 6. D.  $\frac{12}{31}$ . P. 13. V. 2. A. 19. C. 10.*

Cirruli setacei, breves narium foramina ambiunt. Habitat in mari Britannico. *Gron. zooph.* n. 259.

*Blennius, Pholis, capite lœvi, linea laterali curva subbifida. L. S. N. 447. Mus. Ad. Fr. II. 62. D.  $\frac{12}{28}$ . P. 14. V. 2. A. 19. C. 10.*

Caput declive. Dentes paraleli, copiosi, minimi. Corpus compressum, nudum, longitudine digitii. Linea lateralis antice curva & quasi bifida. P. dorsalis radiis 28 simplicibus; primis 12 subspinosis, a capite ad caudam extensa. P. pectorales radiis 14; posteriores molliores. P. ventrales radiis 2, bifidæ. P. analis

4. **BLENNIUS crista Capitis transversa, cutacea.** Art.  
Syn. 44.  
*Alauda cristata Auctorum.*  
Est autem Crista illa Lobus cutaceus, triangularis, ad  
mar-

## ADDITAMENTUM.

analisis radiis 19, ad caudam abrupta. P. caudalis radiis 10, vix bifurca.

Blennius, *Pholis*, maribus tubulosis fimbriatisque. *Die Meerlerche.* Bloch N. F. D. II. 184. Br. 7. P. 14. V. 2. A. 19. C. 10. D. 28.

Caput crassum, declive. Rictus amplius. Maxillæ labiatæ, una serie dentatæ; supera longior. Nares binatæ, rotundæ, posteriores tubulosæ, quadrifidæ. Lingua glabra. Palatum scabrum. Oculi magni, pupilla nigra, iride ex albo rubescens. Truncus alepidotus, mucosus, olivaceus maculis obscuris & albis marmoratus, interdum lineis cæruleis insignitus. Linea lateralis ab initio curvata. Anus capiti propior. Pinna dorsalis longitudinalis in medio sinuata. Radii omnes crassi, mutici.

*The smooth Blenny.* Pennant br. zool. III. 208. tab. 36. D. 32. P. 13. V. 2. A. 19. C. 12.

Caput magnum a fronte admodum declive. Iris rubra. Dentes graciles, acutissimi, contigui, quorum 24. in maxilla supera & 19 in infra insunt. P. P. latae, rotundatae. P. V. radiis 2, ad extremitatem separatis. P. D. longitudinalis circa medium sinuata. P. A. longitudinalis, radiis 19 ad apicem albis. P. C. rotundata. Color in variis variat. Quidam sunt omnino nigri, sed plerique sunt summam obfuscure olivacei, colore obfusciore marmorati. Alii maculis ornati sunt albis, quæ sæpe in seriebus supra & infra lineam lateralem existunt.

Blennius, *Pholis.* *Der gebüschtelte Rotzfish.* Hablitzl. Beschreib. taurischer Stathalteschaft. 338.

Caput superne acutum. Abdomen tumidum. Rostrum longum, planum. P. D. aculiata, longitudinalis. Corpus alepidotum. Dorsum & latera nigra. Abdomen & partes inferiores alba.

margines ruber, in summo vertice inter oculos situs (d).

5. BLENNIUS maculis circiter decem nigris, limbo albo, utrinque ad pinnam dorsalem.

*Gunellus Cornubiensium, nonnullis Butterfisch. q. d. Liparis. Willough. p. 115. Ray p. 142.*

Longitudo semipedalis fere vel 6 digitorum. Latitudo vix digitalis. Color varius ex ruffo, clivaceo, obscure viridi & albido.

Maculae decem ad duodecim, rotundæ, pulcerrimæ, nigræ, limbeo albicante cinctæ, utrinque ad radicem pinnæ dorsalis, pari intervallo omnes à capite ad caudam dispositæ.

Caput compressum, parvum. Os amplum, sursum fere reflexum. Oculi parvi, cuticula tecti.

Denticulorum unicus ordo in maxillis, & tubercula in faucibus. Iris aurea, vel ex rubro lutea.

Squamæ minutissimæ. Vesica aërea nulla.

Pinnæ

#### ADDITIONALMEN TUM.

(d) 4. Blennius, *Galerita*, crista capitis transversa cutacea. L. S. N. 441.

*The crested Blenny. Pennant br. zool. III. 206. tab. 35. n. 90.*

Capiti infidet parva pinna cristæ similis, quam pisces erigere aut deprimere pro lubitu potest. In summitate capitis inter oculos est massa triangularis retrorsum acuta, ad angulos rubra. Cutis ad angulum superioris maxillæ laxa prominet. Pinna dorsi longitudinalis. Ventrals minutæ. Anus sub extremitate pinnarum ventralium. Corpus glabrum, lubricum. Color spadiceus, maculatus.

*Alauda cristata sive Galerita Rondel. Willugby ichth. 134.*

Insignem in capite cristam transversam gerit, quam pro lubitu erigit. Crista est lobus carneus inter oculos, in summo vertice retrorsum capiti incumbens, figura trianguli circa margines rubra. Superioris maxillæ anguli in latam membranam velut pinnulam quandam ad angulos oris terminantur.

Pinnæ pectorales subrotundæ, luteæ, officulorum 11. pag. 28.  
 Ventrales in medio thorace, perpendiculariter fere  
 sub prioribus, quasi spinulæ humiles. Pinna dorsi per  
 totum dorsum extensa, officulorum 7. 8 aculeato-  
 rum, longitudine fere æqualium, & supra membra-  
 nam extantium, instar denticulorum in serra. Pinna  
 ani longa, lutea, fusca, maculata, officulorum 40,  
 quorum 2 primæ aculeata. Cauda subrotunda.

Locus in extrema Cornubia ad oppidum S. Ives. (e)

---

### XXIII. GO-

#### ADDITIONUM.

(e) 5. *Blennius*, *Gunellus*, pinna dorsali ocellis 10 ni-  
 gris *L. S. N.* D. 77. P. 10. V. 2. A. 43. C. 16.

*Blennius*, *Gunellus*, ocellis plurimis in pinna dorsali.  
*Der Butterfisch*. *Bloch N. F. D. II.* 186. tab. 65. fig. 1. Br. 6.  
 P. 10. V. 2. A.  $\frac{2}{4}$ . C. 18. D. 78.

*Gunellus cornubiensium*, *Willugby* 115. tab. G. 8. fig. 3.  
*Sebæ thes.* III. 91. tab. 30. Vide descriptionem in *Mantissa I.*  
 D. 78. P. 11. V. 2. A.  $\frac{2}{4}$ .

*Gunellus*, *Sebæ thes.* III. 91. tab. 30. n. 6. D. 76-78.  
 P. 12-13. V. 2. A.  $\frac{2}{4}$ . Vide *Mantissa I.*

*Blennius Gunellus*. *Groenlandis Kurksaunak*. *Fabricii Fn. Groenl.* 149. Br. 6. D. 88. P. 12. V. 2. A. 45. C. 24.  
 Ubi accurata descriptio exstat.

*Pholis maculis annulatis ad pinnam dorsalem pinnis ven-  
 tralibus obsoletis* *Gronov. Zooph.* n. 267.

*The spotted Blenny*. *Pennant. br. zool.* III. 210. tab.  
 35. n. 93.

6. *BLENNIUS*, *cristatus*, crista setacea longitudinali in-  
 ter oculos. *L. S. N.* 441.

*Blennius crista setacea longitudinali inter oculos*. *Gronov.*  
*M. I.* p. 32. tab. 6. f. 4. Br. 5. D. 26. P. 14. V. 3. A. 16.  
 C. 11.

Corpus cathetoplateum, angustum, alepidotum. Caput  
 cathetoplateum, crassum, ab oculis declive, antice convexum.  
 Oculi magni, protuberantes, vicini, ovales, rostro propiores,  
 Artedi Genera. Z velamento

## ADDITAMENTUM.

velamento tecti. Maxilla supera longior. Dentes magni, æquales, contigui, numerosi, labiis tecti. Crista inter oculos ex plurimis perparvis nigris, unico ordine dispositis setis. Membrana branchiostega 5 radiata. Linea lateralis curvato-recta. Anus capiti propior. Pinna dorsalis longitudinalis, in medio parum humilior, radiis 26. simplicibus. P. pectorales subrotundæ, radiis ramosis 14. P. ventrales approximatæ radiis 3 ramosis. P. ani longitudinalis 16 radiis. P. caudæ subrotunda 11 radiis ramosis & duobus simplicibus lateralibus.

*Exocetus cristatus Bellonii.*

Die Kammlerche, *Müller L. N. S. IV. 101.*

7. *BLENNIUS, Simus*, cirro supra oculos minuto; pinna dorsali posteriore caudali annexa; linea laterali curva. *Gmelini L. S. N. 1179. Act. Petropol. 1779. II. 198. tab. 6. fig. 2. 4. D. 27. P. 15. V. 2. A. 17. C. 15.*

Corpus 3½ pollices longum, alepidotum, læve, tenuissimum. Os inferum. Mandibulæ arcuatæ, labiis tenuissimis, ferratis instructæ, & serie simplici dentium tenuissimorum, confertorum, æqualium armatæ. Oculi grandiusculi, approximati, prominuli. Opercula parva, pellucida, diphyllea. Anus medius. Tuberculum adiposum in nucha. Præter pinnam caudæ rotundatam alia adhuc spuria 4-5 radiata adest.

8. *Blennius, fasciatus*, pinnulis simplicibus duabus inter oculos, pinna ani radiis 19. *Der bandirte Schleimfisch Bloch N. A. F. II. 110. tab. 162. Br. 6. P. 13. V. 2. A. 15. C. 11. D. 29.*

Caput parvum, ante valde declive superne spadiceum, inferne gilvum. Rictus mediocris. Maxillæ æquales, dentibus parvis, setosis, flexilibus, densis armatæ. Apertura branch. ampla. Truncus mucosus, lanceolatus, compressus, gilvus fasciis 4 spadiceis & inter eas lineis avellaneis, angulatis distinctus. Dorsum convexum, e fusco cæruleum. Abdomen prominens, gilvum. Linea lateralis, suprema, dorso parallela. Anus capiti propior. Pinnæ pectorales rotundatæ, albidae, lineis sub spadiceis transversis 4 ornatæ. P. ventrales angustæ, longæ, albidae, spadiceo maculatæ. P. analis fasciis flavis & gilvis

## ADDITAMENTUM.

gilvis alternis picta, radios simplices muticos, excepto primo aculeato, continet. P. dorsalis longitudinalis gilva fasciis spadiceis notata. P. caudalis rotundata, cinerea lineis fuscis transversis insignita, radiis fissis composita. Reliquæ pinnae radios simplices habent.

9. *BLENNIUS, cornutus*, radio simplici supra oculos, pinna dorsali solitaria. L. S. N. 441. Mus. Ad. Fr. II. 61. D. 33. P. 15. V. 2. A. 23. C. 12.

Caput retusum compressum, Dentes ciliares, minimi in utraque maxilla: laniarii 2 acuti, recurvi in maxilla inferiore, Foramina 4 in fronte.

*Blennius* pinnis ocularibus subulatis; pinna ossiculorum 26. L. Amoen. I. 316. D. 34. P. 15. V. 2. A. 26. C. 11.

Caput compressum, tuberculis minutissimis in fronte obtusa & ad latera. Dentes numerosi, subcontigui, æquales in anteriore parte oris supra & infra; his in maxilla inferiore utrinque dens caninus, longior adjacet. Labia dentes tegunt. Oculi magni. Cirrus subulatus, longus utrinque a medio capite ad angulum oculi superiorem exit. Corpus oblongum cutes nuda tectum, punctis seu maculis ferrugineis adspersum. Anus in medio corporis. Pinna ani longitudinalis, radiis 26. molibus & simplicibus, quorum primus & secundus, in papillam desinit. P. dorsalis longitudinalis æqualis, pone rotundata, radiis 34 simplicibus inermibus, quorum tamen 12 anteriores paulo rigidiores sunt. P. pectorales ovatae, radiis 15 simplicibus. P. ventrales sub gula biradiatae. P. caudæ integra radiis 11 ramosis. Habitat in India.

Die Hornlerche. Müller L. N. S. IV. 101.

*Blennius* capite cristato ex radio simplici inermi supra utrumque oculum. Gronov. zooph. n. 264. B. 5. D. 31. P. 14. V. 2. C. 12.

10. *BLENNIUS, tentacularis*, corpore nebuloso, maculato, radio super oculos simplici; pinna dorsali unica, integra, antice unioculata, Brünnichii ichth. p. 26; D. 34. P. 14. V. 2. A.  $\frac{1}{2}$ . C. 11.

## ADDITAMENTUM.

Corpus elongatum, totum exalbidum, punctis maculisque fuscis nebuloso-marmoreum. In dorsi lateribus maculae rotundatae, fuscæ, albo venosæ. Caput obtusum, buccatum, fuscum, subitus, fasciis 3 transversis albis gularibus varium. Dentes pectiniformes. Iris oculorum argentea, rubro punctata. Radius utrinque supra oculos simplex. Pinna dorsi solitaria integra, pallida, fusco multipunctata: Antice inter radium primum & secundum macula magna atra conspicitur. Pinna ani ex albo & fusco subfasciata, quæ fasciæ in pinna pliata maculas 13 fuscas referunt. P. pectorales, ventrales & caudalis pallidæ, radiis fusco leviter punctatis. Magnitudo  $2\frac{1}{2}$  pollicum.

11. *BLENNIUS, superciliatus*, pinnulis superciliarum palmatis, linea laterali curva. *L. S. N.* 447.

*Blennius* pinnis ocularibus brevissimis palmatis, linea laterali curva. *L. Amoen. I.* 317. *D.*  $\frac{3}{4}\frac{1}{2}$ . *P.* 12. *V.* 2. *A.* 24. *C.* 12.

Caput compressum, declive supra oculos utrinque lobus carneus brevissimus, obtusus, fissus. Dentes numerosi, parvi. Supra caput incipit linea lateralis & juxta dorsum excurrit longitudine abdominis, dein secundum latus reflexa per medium longitudinaliter excurrit. Pinna dorsalis juxta caput incipit & ad caudam excurrit radiis 40, quorum 34 pungentes, sex vero postremi, paulo longiores molles. P. pectorales rotundatae, latæ radiis 12. P. ventrales juxta caput bifidae radiis 2. P. ani rad. 24. P. caudæ integra rad. 12.

*Blennius, superciliatus*, linea laterali curva, pinnula ad oculum. *Der Augenwimper. Bloch N. A. F. II.* 118, tab. 68. *Br.* 6. *P.* 14. *V.* 2. *A.* 28. *C.* 12. *D.*  $\frac{3}{4}\frac{1}{2}$ .

Corpus elongatum, crassum modice compressum, microlepidotum. Dorsum carinatum. Caput parvum crassum, alepidotum, ab oculis aliquantum declive. Oculi magni, velamento tecti, pupilla nigra & iride argentea. Pinnula brevis trifida in supercilio. Rictus amplius. Lingua brevis. Palatum glabrum. Maxillæ æquales. In supera una series dentium majorum & pone hanc multæ eliæ minorum infunt. Pauciores infra maxilla habet. Operculum branch. monophyllum. Membrana

## ADDITAMENTUM.

brana branch. aperta. Anus ori propior. Radii omnium pinnarum simplices. Pinna prima dorsalis triradiata, in nucha, a secunda sinu ampio remota membrana humiliore cum sequente longitudinali cohæret. Ambæ 39 radios pungentes & 5 in extremitate inermes continent. Linea lateralis curvato-recta. Prope basin pinnæ pectoralis ruga eminens flexuosa pone operculum adscendit. Color gilvus in trunco maculis rubris eleganter distinctus est. Quales etiam in pinna dorsali & anali conspicuntur. Habitat in India.

*Blennius officulus* tribus anterioribus pinnæ dorsalis, reliquis aculeatis, majoribus. *Gronov. zooph.* p. 75. *Mus. ichth.* II. p. 20. tab. 5. fig. 5. Br. 6. D.  $\frac{3}{4}\frac{5}{4}$ . P. 15. V. 2. A.  $\frac{1}{2}\frac{1}{8}$ . C. 12.

Corpus cathetoplatum, lanceolatum. Caput plagioplatum, ab initio dorsi declive. Oculi magni, ori propiores, supremi, velamento tecti. Maxillæ æquales, labiatae. Dentes magni, conferti. Membrana branch. aperta 6 radiata. Dorsum leviter arcuatum & carinatum. Abdomen convexum usque anum. Linea lateralis usque anum suprema, dein infracta & media. Anus capiti propior. Squamae minimae, imbricatae. Pinna dorsalis unica, longitudinalis, mox post caput orta, radiis 44 simplicibus quorum 36 anteriores aculeati, reliqui 8 inermes sunt. Primores tres aculei majores reliquis & ab ipsis parum distant, tamen per membranam humiliem cum illis connectuntur. P. pectorales magnae, ovatae, radiis 15 subramosis. P. ventrales biradiatae, gulare. P. ani longitudinalis 28 radiis simplicibus inermibus, primo excepto aculeato. Cauda rotundata, 12 radiata. Color rufo-albescens.

*Blennius varius*, capite subacuto; officulis ultimis pinnae dorsalis mollibus. *Sebæ thes.* III. p. 90. tab. 30. fig. 3. Vide *Mantissam I.*

12. *BLENNIUS, mustelaris*, pinna dorsali anteriore triradiata. *L. S. N.* 443.

*Blennius, canescens*, pinna dorsali anteriore triradiata. *Mus. Ad. Fr.* I. 68. D. 3, 43. P. 17. V. 2. A. 29. C. 13.

## ADDITIONAL.

**Corpus oblongum, compressum, cinereum. Squamæ minimæ. Os denticulis minutissimis. Pinnæ griseæ fusco punctatæ. Dorsalis a capite ad caudam extensa. Ani ab ano ad caudam. Dorsalis anterior radiis 3 in æqualibus: posterior 43, quorum 8 postici longiores. Pectorales radiis 17. Ventrales radiis 2. Ani radiis 29. Cauda radiis 13 rotundata.**

*Varietas.*

**Blennius, myctelaris, pinna dorsi anteriore radiis tribus, posteriore 40. Mus. Ad. Fr. I. 68. Br. 5. D. 3, 40. P. 16. V. 2. A. 28. C. 12.**

Linea lateralis curva. Habitat in Europa.

**13. Blennius, punctatus, corpore fere linearí fulvo; pinna dorsali ocellis 5. nigris, totideinque albis conjunctis. Groenlandis Akulliakitsok. Fabricii Fn. Groenl. 153. Br. 7. D. 50. P. 17. V. 4. A. 38. C. 18.**

**Corpus fere æquæ crassitie, 6 uncias longum & unam altum, compressum, lubricum, obtecte squamosum. Caput corpore angustius, alepidotum, punctis albis impressis conspersum, quorum circa oculos series 1, inter oculos 2, pone 1 transversa, & plures sine ordine in operculis. Oculi magni in antica parte capitidis, prominentes, approximati, superciliis eminentibus, livido-nigricantes, iride flammea. Nares 2 veræ ante oculos tubulares, prominentes; pone illas 2 aliæ spuriæ. Maxillæ fere æquales, dentatae, labiatæ. Rictus amplius. Membranæ branchioslegæ, membrana communis, interstitium gulare circumdante, junguntur. Pinnæ pectorales ovatae, magnæ, membrana radiorum interstitiali laxa. P. ventrales minutæ, gulares radiis 4 arte conjunctis, quorum duo inferiores longiores, reliquis brevissimis. P. dorsalis anali contigua; radiis aculeatis, arcuatis. P. caudalis oblongo-cuneata. Pinna ani longitudinalis distincta, radiis mollibus. Linea lateralis corpori concolor, crenulata, de summitate branchiarum inchoans versus dorsalem curvatur, quam sequitur recta ad ocellum tertium, ibique terminatur. Lingua lœvis, alba, quasi bifida. Squamæ minutæ, fixæ. Colore fulvescit; gula tamen & pinnæ pectorales albæ; regio sub oculis alba, fasciis fuscis transversalibus**

## ADDITAMENTUM.

libus circiter 7. In pinnis pectoralibus caudalique fasciæ albæ: in dorsali vero 5 maculæ ocellares nigræ cum totidem albis junctæ; analis etiam maculas circiter 12 solum nigras, minus notabiles habet.

14. *BLENNIUS*, *Lumpenus*, corpore areolis dorsalibus fuscis. *L. S. N.* 444.

*Blennius* cirris sub gula pinniformibus, quasi bifidis; areolis dorsi transversis. *Artemi Jyn. p. 45.*

*Blennius*, *Lumpenus*, corpore teretiſculo, flavicante, areolis dorsalibus fuscis. *Groenlandis Tejarnak. Fabricii Fn. Gr. 151.* Br. 6. D. 63. P. 15. V. 2. A. 41. C. 18.

Corpus lave, microlepidotum, teres usque anum, capiti propiorem, dein gracilescit. Longitudo pedalis & crassities unius unciae. Caput corpore arctius, fere conicum distinguitur quasi in 3 partes fulco laterali, de rectu oris sub oculis in verticem usque producto, ubi jungitur cum linea laterali corporis recta. Oculi minuti, lividi, iride alba, superciliis eminentiſculis. Nares 3 utrinque ante oculos, media major prominentior, reliquæ spuriæ. Maxilla superior vix longior, utraque dentata. Rectus oris parvus, oculos non pertingens. Apertura branch. magna. Operculum carnosum, oblongum, postice acuminatum. Squamæ fixæ minutæ, rotundæ. Pinna dorsalis longitudinales distincta, aculeis recurvis suffulta. P. pectorales magnæ, rotundatæ. Ventrales graciles, albæ, molles radiis tribus, arcè conjunctis, crescentibus, quorum insimus longissimus ad apicem a secundo solitus prostat. P. analis mutica longitudinalis. P. caudalis obovata. Color dorsi & laterum pallescit, areolis fuscescenti- maculatis, irregularibus interstinctus; capitis pectoraliumque flavicans; abdominis albus, post anum vero tintura flava.

*Mustela Lumpen* Antwerpia dicta. *Raji syn. 40. Willugby 120. tab. H. 1. figura manca.* D. 80. P. 18. V. 2. A. 80. C. 20. *Artemi descriptionem ex Willugbeyo extractam*, vide in Appendice pag. 83. textus. An eadem species a Fabricio descripta?

## ADDITAMENTUM.

**15.** *BLENNIUS*, *lumpretæ-formis*, nubilatus, pinnis ventralibus uniradiatis, pinna dorsi aculeata. *W.*

Blennius capite lœvi radiis pinnæ dorsalis pungentibus. *Mohrii hist. nat. Islandiæ* 85. tab. 4. Br. 6. D. 72. P. 15. V. 1. A. 54. C. 16.

Corpus lœve, a capite ad anum teres, deinde usque caudæ pinnam compressum. Oculi magni, approximati. In extremitate utriusque maxillæ una series dentium acutorum introrsum curvatorum & post hanc duæ aliæ series similium dentium dimidio minorum. Color undique pallide castaneus maculis nubilosis obscurioribus distinctus. Pinna dorsalis longitudinalis distincta aculeis crescentibus & decrescentibus 72 erigitur. P. analis dorsali fere similis sed latior radiis 54 muticis. P. caudalis ovalis, mediocris, radiis fissis 16. Pinnæ pectorales oblongæ rotundatæ, radiis plurimum fissis 15. Pinnæ ventrales vix uno radio constant. Vide tab. 3. fig. 6.

**16.** *BLENNIUS*, *murænoides*, membrana branch. triradiata; pinnis ventralibus uniradiatis, spinosis, minimis. *Gmelini L. S. N. ref.* 1184. Ex *Act. Petrop.* 1779. II. p. 195. tab. 6. fig. 1.

Corpus compressum, ensiforme, alepidotum, ultra 6 pollices longum, ex fusco cinerascens, in capite & ventre magis albicans. Caput subtuberculatum, fronte trigona, convexiuscula. Os obliquum. Mandibulæ æquales, duplo dentium ordine armatæ. Linea lateralis obsoleta. Anus medius. P. D. aculeata. P. P. & C. longæ. P. A. æqualis.

**17.** *BLENNIUS*, *viviparus*, ore tentaculis duobus. *L. S. N. 443.*

Blennius, *viviparus*, capite dorsoque flavescens; lituris nigris, pinna aui flava. *Mus. Ad. Fr.* I. 69. tab. 32. fig. 3.

Corporis habitu anguillæ. Pinna dorsi a caudæ pinna distincta. Color fusco maculatus, punctis impressis undique distinctus.

*Tånglake Suecic.* *Gisler in Act. Stockholm* 1748. tab. 2.

*The viviparous Blenny.* *Pennant br. zool.* III. 211. tab. 37. n. 94.

## ADDITAMENTUM.

A Nostratis, qui copiose eum capiunt, *Aalquappe* dicitur. Vide *Schoneveldi icht.* p. 40. tab. 4. rudim.

*Blennius viviparus*, naribus tubulosis. *Die Aalmutter.* *Bloch N. F. D.* II. 188. tab. 72. B. 7. P. 20. V. 2. A. C. & D. 148.

Corpus lubricum. Caput parvum. Rictus parvus. Maxillæ labiatæ, denticulatæ inæquales; supera longior. Lingua & palatum glabra. Tubercula aspera duo in fauce. Oculi ovales pupilla nigra, iride argentea. Gula & pinna ani aurantii coloris. Reliquum corpus flavum nigro maculatum. In pinna dorsali gilva 10 vel 12 maculæ nigræ & sinus prope extremum caudæ conspicuntur. Abdomen breve, prominens. Anus amplius. Truncus in acumen exiens squamis minutis, albis, nigro marginatis, oblongis vestitur. Omnes pinnæ molles. Linea lateralis recta, media, obsoleta.

*Encheliopus* corpore litoris variegato; pinna dorsi ad caudam sinuata. *Gronov. zooph.* 77.

*Blennius viviparus*, imberbis, pinna anali caudalique unitis, aurantiis. *O. F. Müller's zool. danica* II. 50. tab. 57.

## Varietas.

æ. *BLENNIUS unicolor*, pinna dorsi, ani, caudæque unitis. W.

*Enchelyopus subfuscus*, unicolor: pinna dorsi ad caudam integerima. *Gron. zooph.* p. 77. Br. 62. D. 80. P. 16. V. 2. 60.

Similis habitu Blennio viviparo. Caput breve, cathetoplateum, alepidotum. Subtus rectum, superne convexum, a dorso declive. Maxilla superior parum longior. Dentes æquales acuti, remoti, in apice maxillæ inferioris duplice ordine siti, cæterum solitarii; labiis testi. Oculi oblongi sculi in antico & supremo capite majusculti. Aperturæ branch. amplissimæ subtus & in lateribus. Corpus cathetoplateum, anguillæforme pone valde angustatum. Anus capiti multo propior. Squamæ minutissimæ, sparsæ. Pinna dorsalis longitudinalis, linearis, radiis inuticis simplicibus 80 vel pluribus suffulta & cum anali unita. P. analis longitudinalis, radiis pluribus, quam 60 instructa.

## ADDITAMENTUM.

Caudæ extremitas acuminata. P. pectorales amplissimæ, rotundatæ, infimæ, radiis simplicibus 16. P. ventrales teretes, bi-radiatæ. Color subfuscus, in imo abdomine dilutior. Longitudo semipedalis. Latitudo vix unciæ dimidiæ. Habitat in mari Americano.

18. *BLENNIUS, regius*, capite squameo; linea laterali recta, albo punctata. *W.*

*Blennius Kingfish. Schoepfi in Berl. Ges. N. Fr. Schrift. VIII. P. 2. pag. 142. Br. 7. D. 6, 50. P. 14. V. 2. A... C...*

Caput declive, squamosum. Oculi argentei. Nares duplices ante oculos. Dentes acerosi in maxillis & parte anteriore palati. Maxilla supera mobilis, opercula squamosa, flexilia. Corpus compressum, lanceolatum, mucosum, lubricum. Dorsum fuscum. Abdomen album. Linea lateralis recta, maculis 12 albis, majoribus, nitentibus notata. Pinnæ ventrales albæ, radiis duobus inæqualibus compositæ. Pinnæ pectorales obtusæ 14 radiatæ. Pinna dorsalis prima oblonga, parva; brevis radiorum 6; secunda, cute lubrica vestita 50 radios circiter continet. Pinna caudalis lanceolata.

19. *BLENNIUS, Chuss*, capite squameo; cirro mentali. *Schoepfi. Vide in Berlin, Ges. N. Fr. Schrift. VIII, P. 2. p. 143. Br. 7. D. 9, 60. P. 14. V. 2. A. 53. C. 30.*

Caput planum, declive, squameum. Maxilla supera longior & mobilis. Cirrus brevis sub mento. Maxillæ, pars anterior palati & fauces dentibus acerosis stipatæ. Lingua cordata, glabra. Oculi magni, prominentes, velamento tecti, iride argentea. Opercula simplicia, squamosa. Linea lateralis supera, fere recta. Corpus compressum, lanceolatum, squamis deciduis tectum. Dorsum dypterygium, rufum, abdomen album, erga pectus & post anum in gilvum migrans. Pinnæ ventrales radiis duobus longis, admodum inæqualibus & ad basin connatis, mollibus, sub thorace & paulo anterius quam pinnæ pectorales sitis, compositæ. Pinna dorsalis radiorum 9, quorum primus 4 uncias longus in filium exit; ultimus quadrantem unciæ æquat. Radii pinnæ dorsalis secundæ circiter 60, fere æquales. Pinna caudæ integra circa 30 radios habet. Omnes pinnæ cute communi

## ADDITIONAL.

muni obiectæ sunt. Longitudo pñcis 18 uncias & latitudo summa  $3\frac{1}{2}$  explet.

*Species dubiae.*

20. *BLENNIUS, amphibius.* Saliens *Forsteri itin.* II. p. 343. *Edit. Angl.* p. 271. *Edit. germ.*

Pisciculus 2 unciarum longitudine, super madidos scopolos pinnis ventralibus agiliter cursitat uti lacerta, cui valde similis est. Oculi verticalas.

21. *BLENNIUS, Edwardssii,* capite lœvi; operculis dentatis; rufo guttatis. *W.*

*Gattorugina indica.* *Edwards glean.* tab. . . . *Seligmans voegel.* VIII. tab. 72.

Caput lœve, conicum, ante rotundatum. Maxillæ fere æquales. Dentes nulli vel inconspicui. Oculi superi, rostro propiores. Opercula rotundata, pone dentata & maculata. Truncus compressus lanceolatus; in fine rotundatus. Dorsum arcuatum. Abdomen subrectum versus pinnam caudalem parum incurvum. Squamæ minutissimæ, vix conspicuæ. Linea lateralis curvato-recta, circa medium infracta. Anus capiti propior. P. D. longitudinalis, æqualis. P. A. dorsali similis. P. P. oblongæ, rotundatæ, subinferæ. P. V. sub jugulo uniradiatæ, longæ, bifurcæ. P. C. parva, rotundata. Color pñcis in spiritu conservata fuit obsolete carneus, lineis obscuris undulatis, transversis, super commissuras muscularum conspicuis & maculis guttatis ad mandibulam inferiorem & opercula variegatus. Hic pñcis parum disjunctus est a Blennio Pholide.

22. *BLENNIUS, varius;* capite subacuto; extremo pinnae dorsalis eminentiore. *Sebae thes.* 93. tab. 30. fig. 8. D. 42. P. 16. V. 2. A. 28. C. 12. Vide *Mantissam I.*

23. *BLENNIUS, torvus;* fronte e pinna dorsali radiis anticis maximis cristata; pinnis ventralibus sex radiatis. *Gronovii* in *Act. Helv.* VII. 47. tab. 3. D.  $\frac{2}{3} \frac{1}{4}$ . P. 9. V. 6. A. 8. C. 12.

Caput breve, cathetoplateum, alepidotum, ab oculis decline, retusum, subtus rectum, planiusculum, supra subcavatum. Os terminale angustum. Maxillæ æquales. Dentes exigui, conferti, labii tecti. Oculi superi, orbitis osseis, granulosis

***XXIII. GOBIUS.***

*Membrana Branchiofæga* ossicula quinque, satis distincta utrinque continet; magnitudine inæqualia sunt, nam supremum seu primum & quartum reliquis multo latiora. *Pinnæ Ventrals* in unicum simplicem coalitæ, quodammodo infundibuliformem, eadem, cum pectoralibus, à rostro distantia sitam. *Pinnæ* in dorso duæ: anterior ossiculorum subrigidorum.

*Squamæ***ADDITIONUM.**

nulosis & rugosis cincti. Opercula br. alepidota, subtus clausa, ossea mutica. Supra illa post oculos os scabrum, planiusculum. Apertura br. lateralis. Membrana br. latitans. Corpus oblongum, cathetoplateum; obesum, versus dorsum carinatum, versus caudam contractius. Dorsum, in exortu vix supra caput elevatum, oblique declinat versus caudam. Abdomen rectum. Linea lateralis supera, dorso paralela. Anus medius. Cutis tenax, alepidota. Pinna dorsi unica, supra oculos incipiens fere totum dorsum percurrit in exortu altissima, in medio humiliata, pone altior & arcuata. Ossiculis suffulta est 34, quorum postica 13 tantum mutica & ultra medium dichotoma existunt. Reliqua vero antica, subulata, validissima, crassissima acutissima sunt atque ultra membranam prominent. Pinnæ pectorales infimæ, obtusæ, ossiculis 9 muticis, simplicibus ultra membranam prominentibus. Pinnæ ventrales thoracicæ, longitudinem pectoralium æquantes 6 radiis, nempe tribus simplicibus totidem dichotomis suffultæ. Pinna ani haud magna extremitati pinnæ dorsalis opposita 8 radiata. P. caudæ lunulata, radiorum 12 subdichotomorum, exceptis lateralibus minoribus. Habitat in mari Indico. Hic pisces ad hoc genus propriè non pertinet, ideoque ad aliud genus transponi potest. Imaginem ejus vide in tab. 2. n. 1.

24. *BLENNIUS, pustulatus. Forsteri Catal. anim. 20.*

Qualis sit ignoro.

*Species transpositæ.*

1. *BLENNIUS, Phycis L.* Vide *Gadum bifurcum.*

2. *BLENNIUS, raninus. L.* Vide *Gadum raninum.*

*Squamæ asperæ. Corpus oblongum, cathetoplateo-subteres. Oculi cute capitis communi tecti.* (\*)

i. **GOBIUS ex nigricante varius; pinna dorsi secunda officulorum quatuordecim.** Art. Syn. 46.

*Gobius niger Auctorum. Go & Gogel Venetorum. Rock-fish Pensantiæ in Cornubia. Sea gudgeon Anglis.*

Longitudo spithamalis vel major. Color varius ex fusco, albicante, flavicante, cœruleo, viridescente, olivaceo & nigro. Cauda, pinnæ dorsi & ani, pallide cœruleæ.

Opercula & venter flavicant.

Oculi sibi mutuo vicini, sursum spectantes, membrana communi tecti. Iris aurea sed maculosa. Os amplum.

Denticuli in maxillis & faucibus.

Sulcus inter summum Caput & pinnam Dorsi primam.

Pinna Dorsi I<sup>a</sup>. officulorum 6. II<sup>da</sup>. 14. Ani 14. Pe- pag. 29: etorales 17. *Squamæ asperæ.*

Locus: Littora & Lacus marini Italæ & Angliae.

Aa 3 Appen-

#### ADDITAMENTUM.

(\*) *Character generis Gobii.*

**LINNÆI:** Caput poris 2 inter oculos approximatos; altero anteriore. Membrana branch. radiis 4. Pinnæ ventrales unitæ in ovatam. S. N. 449.

**SCOPOLI:** Anus medius. Pinnæ ventrales thoracicæ in unam adunatae. Caput declive. Labia carnosa. Pinnæ peclorales basi carnosæ. Cauda ovalis. *Introd. ad h. n. 456.*

**BRÜNNICHII:** Pinnarum radii aliquot spinosi. Caput glabrum. Pinnæ ventrales unitæ in ovatam. *Fund. zool. 136.*

**GRONOVII:** Corpus oblongum, teres, cathetoplateum. *Squamæ tenues, scabréæ.* Anus medius. Caput inerme, oblongisculum, alepidotum, cathetoplateum. Dentes in maxillis. Membrana branch. coniecta; officulis 5. Pinnæ 7 in dorso 2. Ventrales in unam concretæ, sub pectoralibus sitæ: Analis. 1. Radii aliquot antici pinnae dorsi & ani parum aculeati.

- Appendices plures ad Pylorum: *Aristot.*, *Salvianus* f. 274. (a)
2. **GOBIUS linea lutea, transversa, in summo pinnæ dorsalis primæ.** *Art. Syn.* 46.  
*Gobius secundus*, *Paganellus veterum Will.* p. 207.  
 Color pallidior, & Sulcus capitis minor, quam in præcedenti.  
 Membrana pinnæ Ventralis, quæ exteriores radios connectit, bimiliar est, quam in præcedenti; unde pinna

## ADDITAMENTUM.

(a) 1. *Gobius, niger*, pinna dorsali secunda radiis 14. *L. S. N.* 449. *Mus. Ad. Fr.* II. 64. D. 6, 14. P. 18. V. 10. A. 11. C. 14.  
*Gobius maximus niger*. *The Sea-Gudgeon, Rockfish.* *Raji* 76. *Willugby* 206. tab. N. 12. fig. 1. D. 6, 14. P. 17. V. .... A. 12 vel 14.

*The black Goby.* *Pennant br. zool.* III. 213. tab. 38. D. 6, 14. P. 16. 17. V. .... C. ....

*Gobius, niger*, ex albo & fusco varius, pinna dorsali secunda radiis 14. *Die Meergründel.* *Bloch N. F. D.* II. 5. tab. 38. fig. 1. 2. Br. 4. P. 18. V. 10. A. 12. C. 14. D. 6, 14.

*Gobius ex nigricante varius*, pinna dorsi secunda officulis 14 constante, *Sebae thes.* III. tab. 29. n. 15. Vide *Mantissam I.*

## Varietates.

α. *Eleotris capite plagioplateo*; maxillis æqualibus; pinnis ventralibus concretis. *Gronov. Mus.* II. 16. Br. 6. D. 6, 12. P. 17. V. 11. A. 8. C. 17. Longitudo 3 unc. 9. linearum.

*Eleotris niger*. *Goveke-Grondel. Index Mus. Gron.* 30.

*Truttae congener fluviatilis*. *The Modfish.* *Sloanii jamaic.* II. 16. tab. 249.

*Amore Guacu Brasiliensibus.* *Martgrav.* p. 166.

β. *Gobius, niger*, japonicus pinnis ventralibus rotunde connatis. *Zwarte Govie Houttuyni in Art. Harlem.* Ton. 22. p. 310. D. 5, 10. P. 16. V. .... A. 11. C. 18.

pinna magis infundibuliformis evadit. (b)

⊕ GO-

## ADDITAMENTUM.

(b) 2. *Gobius, Paganellus*, pinna caudali, dorsalique secunda basi purpurascente, priori linea lutea terminali, *L. S.* N. 449.

*Gobius, Paganellus, HASSELQUIST itiner.* n. 69. Br. 5. D. 6, 17. P. 17. V. 12. A. 16. C. 20.

Corpus teretiusculo - compressum pone cathetoplateum. Caput parum cathetoplateum, bucculentum, superius inæquale, parum declive. Rictus mediocris, ascendens. Mandibulæ æquales semicirculares, labiatæ. Denticuli 3 seriebus exteriore longiores. Lingua nigro punctata, in medio angustata. Oculi protuberantes, rostro & sibi invicem approximati. Iris flava; pupilla cærulescens. Sulcus pone oculos transversalis. Opercula branch. diphylla subtus ope membranæ annexa. Apertura br. angusta, lateralis. Linea lateralis recta obscurior, media. Anus medius. Pinna dorsi prima radiis 6 setosis, supereminentibus suffulta. Secunda radiis 17 crescentibus æqualibusque composita quorum posteriores apice eminent. P. pectorales infimæ, basi carnosæ, latiusculæ radiorum 17 crescentium & decrecentium ramosorum. P. ventrales coalitæ in unam apice bifurcam, radiorum 12. Pinna ani pone latescens & acuminata, cuius radii 16 anteriores breviores, reliqui gradatim longiores sunt: lauda cuneiformis apice acuminata radiis 20. Squamæ asperæ, elliptico-oblongæ, longitudinaliter striatæ. Color ex olivaceo & albidente variegatus. Abdomen supra anum albidum. Gula flavescentia. Pinna dorsi prima linea lutea terminatur. P. dorsi secunda maculas atro-rufescentes habet, quales etiam ad pinnæ caudæ basin duabus seriebus & ad basin pinnæ ani serie una dispositæ sunt. Macula coccinea oblonga in pinnæ caudalis initio conspicitur.

*Gobius, Paganellus*, corpore fusco nebuloso; pinnæ dorsali antica apice lutea; ano cirrato. *Briunnichii ichth.* 19. Br. 5. D. 6, 15. P. 20. V. 12. A. 14. C. 21.

Corpus

- ⊕ **GOBIUS uncialis**, pinna dorsi secunda officularum septendecim. *Gobius Aphua* Et Marsto dictus. Art. Syn. 47. *Aphua Cobites Auditorum*. *Pignoletti* Et Marstione Venetorum. Ejusdem forte speciei est cum N°. 2. Longitudo 2 digitorum. Pinna dorsi I<sup>a</sup>. officularum 6. II<sup>da</sup>. 17. Pectorales 17. ventrales 6. ani 11. Oculi in summo capite. officula pinnæ dorsi I<sup>a</sup>. rigidiuscula. Pinnæ Dorsi & Cauda lineis transversis, fuscis, notatae. (c)
3. **GOBIUS** pinna ventrali coerulea, officulis pinnæ dorsalis primæ supra membranam assurgentibus. Art. Syn. 47. *Gobius*

## ADDITIONALMEN TUM.

Corpus teres, postice compressum. Caput obtusum, buccatum. Oculi approximati, inter quospori 2 majores, unus post alterum. Pinnae pectorales rotundatae, pallidae, luteo punctatae. Ventrales in unam infundibuli formem fuscum unitae. Anus ponit medium corporis cirro postice accidentaliter instructus. Pinnae dorsales caudaliske punctis nigris ad radios maculatae. Dorsarium antica apice lutea; caudalis circinnata. Magnitudo 3 pollicaris.

(c) 3. *Gobius*, *Aphyia*, fasciis etiam pinnarum fuscis, L. S. N. 450. Mus. Ad. Fr. II. 64. D. 6, 16. P. 18. V. 12. A. 14. C. 13.

Os scabrum. Pinnae pectorales rotundatae, oblongae, P. caudalis rotundata. Habitat in Nilo.

*The spottet Goby*. Pennant Br. zool. III. 215. tab. 37. n. 96. D. 6, 11. A. 11. C. . .

Corpus duarum & semis unciarum longitudine. Rostrum obtusum. Oculi magni valde protuberantes. Iris saphirina. Caput planum. Lingua lata. Dentes in utraque maxilla. Pinnae dorsales inter se remotae. Prima 6 radiis & secunda 11 constat. Ventrales unitae. P. analis 11 radiorum. P. caudalis aequalis. Color corporis, albidus, maculis ferrugineis obscuratus. Radii pinnarum dorsarium & caudalis eodem colore fasciati.

*Gobius tertius*, *Jozo Romæ Salviani*, forte *Gobius albus*  
*Auctiorum.*

Squamæ asperæ. Linea lateralis nigra. Iris argentea.  
Summitates pinnarum coeruleæ. Color corporis  
glaucus fere.

Locus ad Romam. (d)

*XXIV. XI-*

**ADDITAMENTUM.**

(d) 4. *Gobius*, *Jozo*, radiis dorsalibus eminentibus, se-  
taceis *L. S. N.* 450. *Mus. Ad. Fr.* II. 64. Br. 4. D. 6, 13.  
P. 15. V. 12. C. 13. rotundata.

*Gobius*, *Jozo*, *Fabricii Reise n. Norw.* 326.

Caput obtusum, supra cute laxa fusca teclum. Pinnarum  
dorsalium radii primi longiores, apice atri. Corpus pallidum,  
pinnis imprimis caudalibus nigris. Habitat in Oceano se-  
ptentrionali.

*Gobius*, *Jozo*, corpore nigricante pallido; maculis la-  
teralibus rubris; pinnae dorsalis anterioris radiis elongatis se-  
taceis. *Brünnich ichth.* 94. D. 6, 14. P. 19. V. 12. A. 15.  
C. 15.

Maculae rubrae per plures series longitudinales in lateri-  
bus dispositae. Iris luteovirens. Pinna dorsalis antica alta,  
radiis longis setaceis ultra membranam multum eminentibus.  
Habitat in mari Adriatico.

*Gobius*, albescens, officulis pinnae dorsalis primæ præ-  
altis & setiformibus. *Sebæ thes.* III. 89. tab. 29. fig. 16. Vide  
*Mantissam & Gronovii Mus.* II. n. 176. D. 6, 16. P. 19.  
V. 12. A. 14. C. 15.

*Gobius*, *Jozo*, pinnis cæruleis; radiis in pinna dorsali  
prima eminentibus. *Die Blaugründel.* *Bloch. N. F. D.* tab.  
107. fig. 3. Br. 4. P. 16. V. 12. A. 14. C. 16. D. 6, 14.

Caput compressum. Maxillæ æquales, denticulatæ. Pu-  
pilla nigra. Iris alba. Dorsum convexum, modice arcuatum,  
fuscum. Latera albida. Squamæ mediocres. Linea latera-  
lis media, recta, nigricans.

*Gobius tertius* *Jozo Romæ Willugby* 207. tab. N. 12. fig. 4.

## ADDITIONAL.

5. *Gobius, Ruuthensparri*, pinna dorsali secunda radiis 8; macula nigra utrinque ad basin caudæ. *Euphrasen* in *Nov. Act. Stockholm.* VII. 62. tab. 3. fig. 1. Br. 3. D. 7, 10. P. 15. V. 8. A. 8. C. 12.

Corpus unciale, teretiusculum, pallidum, punctis minimis nigris adspersum; ad basin pinnæ caudæ macula nigra utrinque notatum. Caput læve, teretiusculum; corpore paulo angustius, pallidum, nigro punctatum; maxilla inferiore longiore. Dentes maxillarum simplici serie dispositi. Oculi magni, superciliis fuscis. Lingua spathacea, apice rotundata. Membrana br. albida 3 radiata. Dorsum convexum, squamosum, squamis rotundatis, pone ciliatis. P. D. prima, radiis 7, albida. P. D. secunda radiis 10, qui tamen ab 8 ad 11 variant. P. P. albæ, longitudine pinnarum ventralium. P. V. subpectoralibus albæ, in figuram ovato-oblongam connatae, radiis 8. P. A. alba dorsali posticæ opposita, radiis 8. P. C. pallida, indivisa 12 radiata, ad basin macula rotunda nigra utrinque notata. Habitat in oceano occidentali ad insulam Klædesholm Bahusia.

6. *Gobius, Eleotris*, pinna anali radiis novem. *L. S. N. 449. Amoenit. IV. 250.* Br. 5. D. 6, 11. P. 20. V. 10. A. 9. C. 10.

Piscis totus, una cum pinnis nebulosus.

*Gobius, Eleotris, Chinensis* *Sinn-hao. Osbeck itin. 340.* Br. 5. D. 6, 11. P. 18. V. 8. A. 8. C. 12.

Corpus subteres, spithama minus, squamis rhomboideis, virescentibus vestitum. Maxilla infera longior supera.

*Eleotris capite plagioplateo; maxillis æqualibus; pinnis ventralibus concretis. Gronov. Mus. II. n. 170.* Br. 6. D. 6, 12. P. 17. V. 11. A. 8. C. 17.

Corpus oblongum, cathetoplateum, squamosum. Caput alepidotum, plagioplateum, obtusum. Oculi magni summi antrorum siti. Dentes contigui, acuti, labiis tecli. Aertura branchialis lateralis. Pinnæ pectorales latæ, subrotundæ. Pinna ventralis infundibuliformis. P. caudæ subrotunda.

*Eleotris, Eleotris. Chineesch Grondeltje, Index M. Gronov. 30.* 7. Go-

## ADDITIONALMEN TUM.

7. GOBIUS, *minutus*, albicans, ferrugineo maculatus; radiis dorsalibus & caudalibus ferrugineo obsolete striatis. *Gmelini L. S. N. 1199.*

*Gobius albescens* pinnis utrisque dorsalibus altitudine æqualibus; cauda subrotunda. *Gronov. zooph. n. 276.* Belgis *Meune.* Br. 5. D. 6, 10. P. 14. V... A. 9. C. 15.

Caput latum, rotundatum, ab oculis declive, subtus rectum alepidotum. Oculi magni, summi, rostro propiores. Maxilla infera multo brevior supera. Dentes conferti, magni. Lingua & palatum edentula. Opercula convexa, inermia, subtus ligata. Apertura br. lateralis, ampla. Truncus, teres, cathetoplateus, capite contractior macrolepidotus. Anus capitū proprior. P. D prima trigona, scapularis, radiis 6 simplicibus apice prominentibus, rigidis. P. D. secunda, parum a prima remota radiis 10 simplicibus suffulta. P. P. latæ, sub rotundæ, infimæ. P. V. in unicam pinnam, transverse abdomini annexam, concretæ. P. A. mox post anum sita, radiis 9 simplicibus. P. C. subrotunda, 15 radiis simplicibus & circa medium dichotomis. Color albescens rubris hic illic variegatus punctulis. Longitudo vix triuncialis. Habitat ad littora Belgij.

8. GOBIUS, *cyprinoides*. *Der barsähnliche Trichterfisch.* *Pallasii Spic. VIII. tab. 1. fig. 5.* Br. 4. D. 6, 10. P. 18. V. 12. A. 9. sive 10. C. 15.

Caput paulo crassius trunco, cute molli vestitum; lineis varie decussatis, crenulatis notatum. Os labiatum. Denticuli tenues, æqualiter distincti in utraque maxilla. Lingua plana, obtusa. Oculi laterales, supremi. Nares proxime oculos. Crista cutacea sive plica nigricans, longitudinalis inter oculos & pinnam dorsalem primam. Corpus satis crassum, subteres, compressum, versus caudam magis decrescens quam in aliis, longitudine digitum æquat. Squamæ magnæ, ciliatæ. Linea lateralis obsoleta. Ano adstat pedunculus aphrodisiacus, attenuatus, obtusiusculus, in fossula recumbens, major, quam in aliis piscibus hujus generis. Pinnæ dorsales satis magnæ, quarum prima altior 6 radios simplices & secunda 10 fissos continent. P. pectorales 18 radiatae, processu brevi carnoſo insident.

## ADDITAMENTUM.

P. ventralis unica plana 12 rad. P. analis 10 quandoque 9 radios obtinet, quorum primus indivisus est. P. caudæ rotunda 15 radiis fissis composita quorum membrana intermedia maculis obscuris rhomboideis ornatur. Color piscis fusco-gri-  
seus, in abdome albidior. Figura a Gobiis omnibus diver-  
sissimus est atque ad Sparum potius seu Cyprinum refert. Ha-  
bitat in Amboina.

9. *Gobius, lagocephalus.* *Der hasenköpfige Trichter-  
fisch.* *Pallasii Spic.* VIII. tab. 2. fig. 6. Br. 3. D. 6, 11. P. 15.  
V. 8. A. 10. C. 12.

Caput breve; crassum alepidotum. Rostrum semiglobo-  
sum super os prominuit. Labium superius crassum, plica ex-  
terna tenui duplicatum, multum prominet super inferius, quod  
magis divisum, & versus angulos oris in lobum producitur.  
Utrumque in medio & ad angulos oris profundius emarginata.  
Dentes tenues in margine palati, & nonnulli majores,  
incurvi, rari in maxilla infera insunt. Palatum arcuatim sul-  
catum. Lingua nulla. Opercula br. inferne annexa marginie  
cutaceo aucta. Apertura br. lateralis. Pinna dorsalis prima  
6 radiis simplicibus, æqualibus & secunda radiis 11 fissis con-  
structa. Pinnae pector. oblongo-ovatae, basi carneo brevif-  
fimo insident. P. ventralis conchata, radiis 8 multi partitis  
distenditur. P. analis ano propinqua, 10 radiata. P. caudæ  
ovalis 12 radios continet. Truncus digitalis teres, pone com-  
pressus, microlepidotus, totus exgryseo fusco-nigricans. Anus  
medius, & post eum papilla aphrodisiaca. Habitat in America.

*Gobio* pinna ventrali subrotunda, acetabuliformi; e duo-  
bus pedunculis, octoque radiis valde ramosis composita. *Kohl-  
reuter in Nov. Com. Petrop.* IX. 418. tab. 9. fig. 3 & 4. Br. 3.  
D. 6, 11. P. 17. V. 8. A. 11. C. 24.

10. *Gobius, Plümieri,* maxilla superiore prominente.  
*Die Nasengründel.* *Bloch. N. A. F.* II. 154. tab. 178. fig. 3.  
Br. 4. D. 6, 12. P. 12. V. 6. A. 10. C. 14.

Corpus teres microlepidotum. Caput magnum alepi-  
dotum. Labia crassa. Maxilla supera multo longior infera. Den-  
tes parvi, acuti in utraque maxilla. Nares mediæ. Iris argen-  
tea.

## ADDITIONAL.

tea. Pupilla nigra. Operculum monophyllum. Membrana br. semiaperta. Linea lateralis recta. Color capitis superne rufus a lateribus flavus, inferne albus: trunci in dorso rufus in lateribus inferne in flavum migrans, infra abdomen albus. Pinnae omnes flarent, inter quas pectorales & analis margine tenui nigro circumscriptæ sunt. Radii 6 pinnae dorsalis primæ setosi, crescentes & decrescentes, supra membranam longe eminent. Radii P. dorsalis secundae & analis simplices sunt in pectoralibus vero & caudali multoties fissi.

II. GOBIUS, *ocellaris*. *Broussonet* ict. tab 2. Br. 5.  
D. 6, II. P. 16. V. 6. A. 11. C.  $\frac{4}{2} \frac{4}{2}$ .

Caput parum compressum, subconicum, superne leviter curvatum, porulosum, subtus planum, super opercula anteriores squamosum. Rictus subhorizontalis. Maxilla superior longior diductilis rotundata. Labia angusta. Dentes inæquales, conferti minimi. Membranae gingivales in utraque maxilla pone dentes transversæ. Lingua & palatum glabra. Oculi medii, supremi, mediocres, iride glauca & pupilla nigra. Opercula br. flexilia, diphylla. Apertura br. lateralis. Membr. br. subnuda, sterno frenata. Pinna dorsalis prima brevis, radiis setaceis leviter curvatis, decrescentibus, membrana diaphana, nebulata, ocelloque nigro notata, connexis. Secunda longa radios subaequales, fissos, excepto primo simplici, breviore, continet. P. pectorales infimae, basi articulatae, rotundato-ovatae. P. ventrales coadunatae, rotundato-ovatae. P. analis longa radiis subaequalibus, fissis, excepto primo paululum longiore. P. caudalis ovata, basi leviter squamosa. Color: Caput, P. pectorales & ventrales nigricantes, immaculatae; Corpus ex olivaceo & nigro obscure nebulosum. Pectus & abdomen glauca, immaculata. P. dorsalis prima ex olivaceo & bruno nebulosa, ocello postice prope basin nigro; P. dorsalis secunda virescens, apice sordide rufescens. Radii omnes virescenti & fusco annulati. P. analis fusco-virescens, apice pellucida, immaculata. P. caudalis uti pinna dorsalis secunda. Habitat in rivulis insulae Otaheite.

## ADDITAMENTUM.

**12. GOBIUS Koelreuteri.** Pinna ventrali bipartita, operculis undique adnatis. *Pallas. Spic.* VIII. tab. 2. fig. 1. 2. 3. B. 2. D. 11 - 12, 13. P. 13. V. 6 & 6. A. 10 sive 11. C. 13.

Caput longiusculum, crassum, fronte convexa, protuberante. Sulcus longitudinalis in vertice inter duos musculos tumidos & super nucham bifidus. Labia duplicata; exterius antice pendulum, & utrinque mucronatum pro oris angulis profunde sinuatum. Interius & inferius labium carnosum, versus commissuram crassa, prolixa, pendula, antice crenulata & intus papillosa. Dentes conici inaequales, anteriores, majores. In maxilla superiore utrinque dens maximus caninus infixus est. Oculi approximati prorsum in summitate capitis prostantes supercilio carneo desuper & palpebra mobili inferne circumdantur. Pupilla subfuscoc-argentea. Opercula microlepidota fere undique annexa, aperturam semilunatam lateralem relinquunt, quæ valvula interna cutacea clauditur. Truncus subteres, parum compressus. Linea lateralis obsoleta, leviter impressa. Sulcus supra & infra caudam ad recipiendum pinnam dorsalem secundam & analem. Anus medius. Post hunc pedunculus aphrodisiacus conicus prostat. Pinnæ omnes imiticae. P. dorsalis prima alta, subfusca, nigricante fascia superne marginata, radiis decrescentibus 11 simplicibus suffulta. Secunda humilior & longior prima, fascia longitudinali subnigra notata, radiis 13. fissis instructa. Pinnæ pectorales flabelliformes seu ovatae brachio versus corpus latissimo insistunt. Pinna ventralis in duas partita, portiones tamen simul similitate figuram suborbiculatam constituant. Utraque 6 radios habet. P. analis humilius 11. interdum 10. radiata ab ano aliquantum remota. P. caudalis ova-to-lanceolata radios 11. ad 13. praeter plures accessorios continet. Color piscis & pinnarum inferiorum est fulvus. Longitudo spithamalis.

Gobio pinnis pectoralibus, flabello insistentibus, pinna dorsi prima radiorum 12, secunda 13. *Koelreuter in Nov. Com. Petropol.* VIII. 421. D. 12, 13. P. 13. V. 6. A. 10. C. 30.

**13. GOBIUS, Schlosseri.** *Der Schlosserische Trichterfisch oder Meergründel.* *Pallas Spic.* VIII. tab. 1. fig. 1. 2. 3. 4. B. 3. D. 8, 13. P. 16. V. 12. A. 12. C. 19.

Caput

## ADDITAMENTUM.

Caput crassius trunco, longum obsolete tetragonum, convexum, omnino squameum, fronte inaequabili, ab oculis praecipiti. Rictus transversalis. Labia carnosa, alepidota, intus granulosa. Superius duplicatum, limbo antico lunato utrinque obtuso angulo dependente, versus angulos oris crasso, altiusque a subjacente labio separato. Dentes magni subulati, incurvi, inaequales distantes, inordinate alterni. Palatum carnosum. Lingua carnosa crassa. Oculi vicinissimi ad latera spectantes, prorsum in summitate capitis valde prostant, sub quibus in cavitate quadam palpebra crassa complicata latet. Nares non adspectabiles sunt. Opercula oblonga, squamosa, recissa, in valvulam cutaceam marginalem intus habent, qua apertura lateralis & subgularis clauditur. Corpus teres parum compressum, macrolepidotum. Anus medius, adstante pedunculo genitali ligulato. Pinna dorsalis prima 8 radiis simplicibus decrescentibus praedita; secunda radios 13 parum crescentes fissos continet. P. pectorales e brachio plano five processu carnosu parabolico & radiis 16 in margine ejus posteriore situ constant. Pinna ventralis capiti aliquantum propior pectoralibus, subrotunda, conchata radios 12 robustos multifidos in se habet. P. analis dorsali secundæ opposita radiis 12 crescentibus suffulta, quorum tres ultimi fissi sunt. P. caudalis acuta, ovata radiis 19 arctissimis. Color pescis e fusco terreus qui subtus in albidum vergit. Longitudo fere dodrantalis. Habitat in Amboina.

*Gobius; Schlofferi*, ex fusco nigricans, subtus exalbidus; pinnæ dorsalis primæ radiis spinosis. *Gmelini L. S. N.* 1201.

14. *Gobius, nebulosus*, squamis asperis, fusco nebulosus; pinnæ dorsalis primæ radio secundo, filo longo nigro. *Forskål descr. anim.* 24. B. 7. D. 6, 11. P. 18. V. 12. A. 11. C. 14.

Magnitudo triplicaris, latitudo digiti. Color albidus maculis fuscis, in nebulae confluentibus in capite, dorso, lateribus. Abdomen album, immaculatum. P. pectorales glaucæ, basi maculis obsoletis, fuscis. P. ventrales fuscescentes. Dorsales & caudæ hyalinæ guttis plurimis fuscis. P. ani hyalina margine exteriore nigro. P. caudæ rotundata. P. dorsalis primæ radius

## ADDITAMENTUM.

dius secundus terminatur filo nigro, setiformi, duplo longiore membrana pinnæ. Iris alba. Pupilla cærulescens. Squamæ sat magnæ, rhombæ, rigidæ, cutem asperam reddentes.

15. *Gobius anguillaris*, cute molissima, squamatibus adnatis; pinnis dorsi primis radiis 5; posterioribus eminentibus, filiformibus. *Forskål descr. an. 23.* B. 4. D. 6, 14. P. 16. V. 12. A. 13. C. 17.

Longitudine digitii minimi sed angustior multo. Color fusco-virescens, maculis rubro-violaceis plurimis sparsis, saepe in nebulas confluentibus; punctis cæruleo nitidis in capite & corpore. Squamæ minutæ, adnatæ tam arcte, ut cutis mollis, ac nuda sentiatur. P. caudæ cinerea. Pinnæ omnes maculatae. In pinna dorsali prima radii 5, posteriores filo rubro membrana duplo longiores. *Gobius anguillaris Linnaei* alia est species.

*Gobius arabicus*, pinnae dorsalis primæ radii 5 posterioribus filo rubro terminatis membrana duplo longiore. *Gmelini L. S. N. 1198.*

16. *Gobius erythrostomus*, lineis membranaceis infra oculos. *W.*

*Gobius ore rubro*, pustulato; radiis pinnarum dorsalium, ultra membranam eminentibus. *Brünnichii icht. 30.* Br. 5. D. 6, 16. P. 19. V. 12. A. 15. C. 15.

Figura G. Paganelli. Corpus pallidum, fusco fasciatum. Os, opercula, gulaque maculis sanguineis pustulata. In capite sub oculis lineae nonnullae membranaceæ transversim jacent, & duae aliae longitudinales cute pinnam dorsi anticam. P. dorsales, pectorales rotundatae & analis infuscatae, rubro pustulatae; harum radii setacei ultra membranam eminent. P. ventrales, in unam ovatam unitae, cæruleescunt. Radii apice fissi. P. caudalis circinata, nigro subfasciata. Magnitudo fere spithamea. Habitat in mari mediterraneo.

*Gobius cruentatus*, *Gmelini L. S. N. 1179.*

17. *Gobius lanceolatus*, pinna caudali lanceolata. *Die Lanzettgründel.* *Bloch N. F. D. II. 8.* Br. 5. D. 6, 18. P. 16. V. 11. A. 16. C. 20.

Corpus

## ADDITAMENTUM.

**Corpus elongatum subteres, compressum, squamosum.**  
**Caput longiusculum, obtusum. Maxillae aequales denticula-**  
**tae. Rictus mediocris. Lingua acuta, libera. Operculum dy-**  
**phillum & apertura ampla. Oculi summi propinquai iride aurea**  
**& pupilla nigra. Linea lateralis media. Anus capiti propior**  
**post illum verruca longitudinalis prominet. Nucha & dorsum**  
**convexa subspadicea. Malae caesiae, circuito rubicundulo in-**  
**clusae. Latera trunci compressa gilva. Macula spadicea prope**  
**concursum pinnarum dorsi. Abdomen cinereum. Squamae ro-**  
**tundatae, imbricatae, versus caudam maiores. P. pectorales**  
**flavae, caeruleo marginatae, quarum radii uti in pinna ventrali**  
**& caudali fissi sunt. Pinna dorsalis prima triangularis, alta,**  
**radiis setosis 6 apice prominentibus, decrescentibus praedita.**  
**Radii simplices pinnæ dorsi secundæ & analis subæquales, rari**  
**membrana pellucida combinanti. Pinnæ ventrales longe con-**  
**natæ cavitatem conchata fingunt. Pinna cauda oblonga, acu-**  
**ta, trunco latior olivacea, in extremitate violaceo tincta. Ha-**  
**bitat in rivis insulæ Martinique.**

*Gobius* cauda longissima, acuminata. *Gron. zooph.* n.  
 277. tab. 4. fig. 4. Br. 5. D. 6, 14. P. 20. V. 11. A. 16.  
 C. 30.

**Caput cathetoplateum breve, obtusum, ab oculis declive,**  
**alepidotum. Maxillæ aequales dentibus minutissimis. Oculi ap-**  
**proximati, summi, apici capitis propiores. Opercula subtus**  
**annexa. Apertura br. lateralis ampla. Truncus cathetoplateus,**  
**gracilis, exacte teres, squamosus. Pinnæ dorsales propinquæ,**  
**in fulco sitæ. Prima 6 filiformibus, prominulis instructa. Se-**  
**unda anteriore humilior, linearis, 14 radiis simplicibus raris**  
**suffulta. Pectorales lanceolatae, mediæ, obliquæ, officulis 20**  
**dichotomis radiatae. P. ventralis, magna, infundibuliformis,**  
**officulis subramosis 11. P. analis longitudinalis, linearis, offi-**  
**culis 16 filiformibus. Cauda longa in acumen exiens, officulis**  
**ultra 30 subulatis gaudet. Squamæ parvæ, scabré, rotundato-**  
**lobatae, radiatim lineatae.**

*Gobius*, *Syrmathophorus*, cauda longissima acuminata.  
*Straalstaart Gründel*. *Index M. Gron.* 30.

## ADDITAMENTUM.

*Gobius, oceanicus. Pallas Spic. VIII. p. 4. Iconem dedit Gaultier in Observat. periodiques Vol. II. Mart. tab. 10.*

18. *GOBIUS, strigatus, pinnis ventralibus disjunctis. Otaheitis Taipoa. Broussonet ichth. Fasc. I. tab. B. 6. D. 6, 20. P. 20. V. 6. A. 19. C.  $\frac{3}{2} \frac{3}{2}$ .*

Corpus compressum, lanceolatum, squamosum. Linea lateralis dorso parallela, obsoleta. Anus paulo ante medium. Caput compressum, corpore latius porulosum superne curvatum, antice convexum. Richus adscendens, amplus. Maxillæ labiatæ inferior paulo brevior; superior diductilis. Dentes conferti introrsum versi; laterales 3 vel 4 majores. Lingua lævis obtusa. Palatum læve. Faux superne & inferne denticulata. Nares anteriores subtubulosæ. Oculi supremi, rostro propiores, mediocres, techi. Iris viridi-argentea. Pupilla nigra. Apertura br. postica. Membranæ br. unitæ, sterno affixæ. Pinna dorsalis prima, brevis & alta radiis setosis, longe prominentibus, decrescentibus raris, primo excepto brevissimo; secunda longa, radiis subæqualibus bifidis. P. pectorales submediæ, suborbiculares. P. ventrales approximatæ, ovato-lanceolatae, disjunctæ, oblique corpori insertæ. P. analis longa radiis subæqualibus fissis. P. caudalis rotundato-ovata, basi squamosa. Color: Corpus subpellucidum, pallide virescens glaucum, inferne albidum. Strigæ fuscescentes pone basin pinnarum pectoralium, Maculae obsolete rubescentes poslice infra lineam lateralem. Caput superne luteo-virescens lateribus & inferne luteum, longitudinaliter fusco strigatum & caeruleo punctatum. Pinnae dorsales e virescens pellucidae, basi rubro vittatae. P. pectorales pellucidae pallide virescentes. P. ventrales albidae. P. analis e virescens rubicunda. P. caudalis e flavescenti-virescens, vitta utrinque obliqua leviter curvata, lata, rubicunda. Radii pinnum dorsale & caudale rubicundi.

19. *GOBIUS, pekinirostris, dentibus maxillæ inferioris horizontalibus. L. S. N. 450. Amoen. IV. 250. tab. 3. fig. 3. Br. 3. D. 5, 26. P. 19. V. 12. A. 25. C. 15.*

Corpus molle, squamis vix conspicuis. Maxilla superior dentibus acerosis, minutissimis exasperata, sed nullis ad basin.

Canin

## ADDITIONUM.

Canini utrinque 3. longiores. Primores nulli. Maxilla inferior fere plana margine ciliata dentibus setaceis, horizontalibus, patentibus extra maxillam. Obtusiusculis & fere marginatis: Canini 2 inflexi; primores nulli. Lingua nuda. P. dorsalis anterior punctis albis adspersa, radiis 5 simplicibus, in setas exeuntibus. P. dorfi posterior, radiis 26 mollibus, simplicibus, ad basia maculis albis & nigris, versus apicem fero fascia longitudinali alba. P. pectorales 19 radiis. P. ventrales, postice connexae radiis 12. P. ani longitudinalis rad. 25. P. caudae acuminata. Oculi in vertice admodum approximati.

*Gobius, pechinirostris.* Chinensisbus *Taj-je.* *Osbeck itin.* B. 4. D. 5, 26. P. 18. V. 10. A. 26. C. . . .

Corpus spithameum, teres, patum compressum. Caput parvum, ante planum, truncum medium crassitie aequali. Lingua lacera, obtusa. Dentes minuti, recti, acuti, inaequales, in maxilla supera uniseriati, in medio ejus pauci, in maxilla infra totum marginem occupant. Labia brevia dentes non tegunt, Oculi summi approximati, ovales admodum prominent. Iris aurea. Pupilla caerulea. Color: Dorsum cinereum, maculis sordide subrubris & caerulecentibus distinctum. Abdomen albidum. Pinnae dorsales cinereae, liueis transversis caesiis & maculis nigris pictae. Pinnae reliquae subfuscæ.

20. *Gobius, Boddarti,* maculatus, pinnae dorsalis anterioris radiis 5 cirriformibus, gradatim longioribus. *Der Boddartsche Trichterfisch.* *Pallas spit.* VIII. 11. tab. 2. fig. 4, 5. Br. 5. D. 5, 25. P. 21. V. 34. A. 25. C. 18.

Caput crassum, obtusissimum, a vertice sensim convexo-declive. Maxillæ subaequales. Labia crassa praesertim superius. Oculi anterius in vertice approximati, oblongi, vix prominuli. Opercula br. squamuosa. Membr. br. livido-caerulescens radiorum 4 vel 5. P. D. prior radiorum 5 cirriformium, crescentium & decrescentium, quorum tertius longissimus. Membrana nigro-caerulescens, atomis albis sparsa. P. D. altera semilongitudinalis, distincta, nigro-caerulescens, albis lineolis transversis inter radios picta. P. P. rotundatae, basi aliquantum carnosæ. P. ventralis suborbiculata, conchiformis, subpecto-

## ADDITIONAL.

pectoralibus posita. P. A. longitudinalis. P. C. ovalis, cærulecentia - albidus. Corpus pingue, fusiforme, microlepidotum, Linea lateralis papillosa, maculis hinc inde niveis. Anus circulo nigro cinctus capiti paulo propior. Pedunculus conicus pone anum. Color pectoris fusco - cærulescens sive ardesia similis, in ventre flavicante - albus. Maculae fuscae ad dorsum utrinque 7, totidemque in latere nigriores, punctis albis stipatae. In capite maculae fuscae albæque sparsæ. Longitudo spithamalis.

*Species dubiae.*

21. *Gobius melanopterus*, radiis pinnarum ultra membranam vix eminentibus. *W.*

*Gobius* corpore fuscus; pinnis omnibus nigris. *Brünnichii* icht. 30. D. 6, 16. P. 19. V. 12. A. 15. C. 17.

Facies G. Paganelli. Corpus fuscum. Pinnae omnes nigrae, radiis ultra membranam vix eminentibus. Magnitudo 3 pollicaris.

*Gobius bicolor*, fuscus pinnis omnibus nigris. *Gmelini* L. S. N. 1179.

22. *Gobius barbarus*, pinnis pectoralibus, flabello inconsistentibus; pinna dorsi priore 12, posteriore 13. L. S. N. 450.

Iustum Gobioni Schlosseri affinem aut eandem speciem cum Gobione Koelreuteri esse aestimat. *Pallas. Spic.* VIII. 5.

23. *Gobius Tigrinus*. *Geflekte Harder-Grondel*. *Index Mus. Gron.* 42. Br. 5. D. 10, 30. P. 24. V. 5. A. . . C. . .

*Gobius* corpore latissimo, maculoso; pinnis ventralibus intrinsecus abdomini ligatis, maximis; cauda bifurca. *Gronov. zooph.* n. 278.

Scombro aliquantum similis est. Caput cathetoplateum alepidotum superne convexiusculum & declive, subtus carinatum Maxillæ æquales. Dentes in maxillis & palato æquales, satis magni. Oculi maximi planiusculi, laterales, rostro proximi. Membrana br. latet. Dorsum parum arcuatum, carinatum. Latera convexoplana. Abdomen planum. Anus medius. Linea lateralis dorso proxima & parallela. P. dorsalis prior parva, ferme triangularis officulis 10 filiformibus vix acutis

## ADDITIONAL.

acutis instructa: posterior semilongitudinalis altitudine priori æqualis rad. 30. P. pectorales lanceolatæ, longæ. P. ventrales maximæ, approximatæ, ossiculis 5 bipartitis, ab interiore seu posteriore parte connexæ & abdomini per longitudinem affixa. P. ani mox post anum sita, humilis. P. caudæ longa, bifurca, lobis, æqualibus. Squamæ minutissimæ, imbricatae. Color superne niger, in lateribus argenteus, maculis nigris magnis variegatus. Habitat in oceano Americano sub zona torrida.

*Gobius Gronovii*, pinna ventrali bipartita, dorsali priore decem radiata; cauda bifurca. *Gmelini L. S. N.* 1205.

24. *Gobius tropicus*, *Osbeck. itiner.* 392. Br. 3 - 4. D. 12. P. 15. V. 8. A. 12. C. . . .

Corpus teres, pone compressum. Squamæ asperæ. Caput magnum, rugosum. Opercula duobus, linearibus dentatis foliis constant. Os magnum, subrotundum, crusta capitis tectum. Oculi magni, laterales. Pinna dorsalis, longitudinalis, 12 & pluribus radiis composita. Cauda rotundata.

25. *Gobius anguillaris*, pinna dorsali unica. *L. S. N.* 450. D. 52. P. 12. V. 10. A. 43. C. 12.

Corpus lubricum *Anguillæ*, pingue, subdiaphana cute, ut venæ transpareant. Pinnæ omnes rubræ; dorsalis & analis in caudam excurrentes. Os simum, dentibus exsertum. Pinnæ pectorales valde parvæ, rotundatæ. A *Gobio anguillari* *Forskålii* diversus.

26. *Gobius Amorea*, capite plagioplateo, maxilla infera longiore; pinnis ventralibus disjunctis. *W.*

*Eleotris*, capite plagioplateo, maxilla inferiore longiore; pinnis ventralibus discretis. *Gronov. Mus. II.* n. 168. Br. 6. D. 6, 10. P. . . . A. 5. C. 24.

Corpus oblongum, teretiusculum, versus caput plagioplateum, versus caudam cathetoplateum, microlepidotum. Caput plagioplateum obtusum superne squamosum. Os magnum. Oculi summi, rostro propiores. Maxilla infera multum longior supera. Dentes plurimi, contigui, minimi. Lingua & palatum glabra. Opercula lævia, alepidota. P. D. prior decli-

*XXIV. XIPHIAS.*

*Membrana branchiostega* octo circiter ossa utrinque continet.

*Rostrum* in cuspidem longissimam, plagioplateam, ensiformem & osseam productum.

*Corpus* oblongum, ambitu fere subrotundo.

*Pinnæ* ventrales nullæ. Dorsi unica, longa, in medio humillima. (\*)

I. *XIPHIAS Art. Syn. 47. Ovid. Nason. hal. vers. 27.*

(*Gladius*) *Xiphias* & *Gladius Auctorum.*

*The Sword-fish Anglis. Svärdfisk Suetis.*

Longitudo 10 cubitorum &c. Pondus 130 librarum & ultra.

Corpus oblongum, ferme teres. Rostrum longissimum, ensiforme. Mandibula inferior acuta, triangularis.

Os mediocre, edentulum. Pinna per totum dorsum unica, in medio humillima, officulorum 41, quorum

**ADDITAMENTUM.**

declinata 6 radiata; secunda æqualis, priori vicina. P. P. infimæ, subrotundæ. P. V. binæ, sub pectoralibus sitæ. P. A. propinqua anno 9 radiata. P. C. subrotunda, radiis 20. Color subobscurus, ferreus, in ventre albidior. Longitudo spithamalis. Habitat sub zona torrida.

*Gobius, Pisonis*, pinna ventrali bipartita, maxilla inferiore longiore. *Gmelini L. S. N. 1206.*

*Amore Pixuma Marcgraffii lib. 4. p. 166.*

Caput latum ore ampio edentulo. Corpus oblongum, coloris obscure ferrei, ventre extuberante albo. Cutis mollis.

27. *Gobius, melanurus*, pinna dorsali unica; cauda nigra. *Gmelini L. S. N. 1201.*

Qualis sit, adhuc latet.

(\*) *Character generis Xiphiae.*

*Linnæi:* Caput maxilla superiore terminatum rostro ensiformi; os edentulum. Membr. branch. radiis 8. Corpus teretiusculum, alepidotum.

quorum media 25 admodum brevia. Pinnæ Pectorales situ humili ossiculorum 17. Ventrales nullæ. Pinna Ani in medio humillima, ossiculorum 15. Cauda admodum bifurca seu lunata, ossiculorum in apice bifurcorum.

Eminentia magna, longitudinalis in lateribus ad caudam. Anus caudæ proximus. Appendices pylori numerosissimæ.

Vesica aërea longa. Cartilagines 5 ad 6 inæquali superficie præditæ, utrinque in maxillis, pro dentibus (e).

## XXV. SCOM-

## ADDITAMENTUM.

(e) 1. XIPHIAS: *Gladius L. S. N. 432.*

Xiphias, *Gladius*, pinna dorsi in medio humili. *Der Schwerdtfisch.* *Bloch N. F. D. III. 28.* Br. 7. P. 17. A. 18. C. 26. D. 42.

Xiphias, pinnis 5, demta cauda lunata; rostro horizontaliter recto, gladio ancipiti angulato simili. *Klein. M. 4.* pag. 18. tab. 1. fig. 2. imperfecta.

Xiphias. *Der Schwerdtfisch.* *Koelpin in Act. Stockh. A. 1769.* tab. 2. fig. 1. rudis. Br. 7. D. 18, 3. P. 17. A. 10, 3. C. 20.

Xiphias, *Gladius.* *Der Schwerdtfisch.* *Walbaum in Berlinischen Sammlungen X. 70.* Br. 7. D. 17, 3. P. 14. A. 10 - 3. C. 19. Vide descriptionem in *Mantissa altera.*

## Species ad huc dubiae.

2. XIPHIAS ex nigredine albis zonis variegatus gladio triangulari & maxime declivi; dorso arcuato; tribus pinnis arculateis instructus, demta cauda coriacea lunata: *Kleinii M. 4.* p. 19. tab. 3. fig. 1. D. 6. V. 7. A. 8.

3. XIPHIAS lata longaque per integrum dorsum pinna; in ventre duobus bacilliformibus corporibus, duris; ore edentulo. *Kleinii M. 4.* p. 20.

*Guebucu Brasilianis*, *Bicuda Lusitanis*, *Zeesschnip Belgis.* *Willughby.* p. 163. tab. 7. & App. tab. 5. fig. 6. Confer. *Act. Stockh. A. 1771.* tab. 4.

***XXV. SCOMBER.***

*Membrana branchiostega septem utrinque officula gracilia continet, quorum supremum sub operculis Branchiarum maximam partem tegitur.*

*Cauda admodum bifurca, lunæ crescentis in modum.*

*Eminentia una vel plures utrinque, longitudinales, in lateribus ad caudam.*

*Pinnæ vel duæ tantum in dorso, vel præter has plurimæ exilissimæ, in extremo caudam versus, tam supra quam subtus.*

*Appendices pylori numerosissimæ (\*).*

**I. SCOM-****ADDITIONALMEN.**

(\*) *Charakter generis Sombri.*

**LINNÆI:** Caput compressum, lœve. Membr. branch. radii 7. Corpus lœve, linea laterali postice carinatum. Pinnæ spuriæ sæpius versus caudam. *S. N.* 492.

**Scopoli:** Corpus subtetragonum. Officula quædam libera, penicilliformia sæpius versus caudam. Ano superiore. Membrana br. officulis septem. *Introd. hift. n.* 454.

**Gronovii:** Corpus cathetoplateum, alepidotum, caudam versus gracilescens, in utrisque lateribus plerumque ad caudam horizontaliter dilatatum, ut evadat quadratum. Linea lateralis sinuata ac plerumque tabellis osseis loricata. Caput cathetoplateum, alepidotum, inermis, subacutum. Dentes in maxillis utrisque. Membrana br. operculis obtecta, expansilis, officulis utrinque 7. Pinnæ 7 vel 8. In dorso 1 vel 2. Ventrals sub pectoralibus: Analis unica. Radii nonnulli pinnarum dorsalium, ventralium atque analis in nonnullis, plerumque aculeati. Officula subramosa, libera, inermis, penicilliformia post pinnas dorsales & analem in nonnullis. *Zooph.* p. 93.

**O b s e r v a t i o .**

Sombri genus commode subdividitur: 1) Sombri pinnulis spuriis distinctis. 2) Sc. pinnulis spuriis unitis. 3) Sc. pinnulis spuriis nullis; pinna bispinosa ante pinnam ani. 4) Sc. pinnulis nullis; pinna hispida ante pinnam ani, vel occultata, vel nulla. *Forskål descr. an.* 54.

- I. SCOMBER *pinnulis quinque in extremo dorso, spina brevi ad anum.* Art. Spec. 68. Syn. 48.  
*Scamber Ovidii, Plinii & omnium fere Auctorum.*  
*& Mackrell or Macarell Anglis. Makril Suecis & Danis.*  
*Makrel Germanis.*

Ooculi non toti cute tecti. Dentes in maxillis, palato & faucibus. Lingua glabra. Foramina narium postice clausa transversim.

Pinnæ pectorales officulorum 20. Ventrals 6. Dorsi Ima. 10, II ad 12. II<sup>da</sup>. II ad 12. Ani 13. Ima. aculeatum. Pinnulæ 5 exiles ad caudam, subtus & supra. Prominentiæ duæ longitudinales, utrinque ad caudam Vertebræ 31. (a) 2. SCOM-

## ADDITAMENTUM.

(a) 1. *Scomber, Scomber, pinnulis quinque.* L. S. N. 492.

*Scomber, Scomber, pinnulis utrinque 5; spina ani; corpore argenteo, supra e cæruleo flammæo. Masiliensibus Au-*

*riol. Brünnich. ichth. 68. Br. 7. D. 6-3, 11-5. P. 19. V. 6.*

*A.  $\frac{1}{2}$ , 12, 5. C. 14.*

*Pelamys corpore castigato; latéribus & capite argenteis;*  
*dorso ex cæruleo viridi, nigricantibus ductibus rectis, incurvis*  
*& flexuosis; penicillis 5; caudæ pinna forcipata. Kleinii M. 5.*  
*p. 12. tab. 4. fig. 1.*

*Scomber, Scomber, pinnulis 5, in margine utrinque cau-*  
*dx. Die Makrele, Bloch N. F. D. II. 88. tab. 54. P. 20.*

*V. 6. A. 13. C. 20. D. 12, 12.*

*The common Makrel. Pennant br. zool. III. 264. tab. 51.*  
*n. 132. D. 9-10, 12, 5. P. 20. V. 6. A. . . . C. . . .*

## Varietates.

*α. Colias. Rondeletii. Raji Syn. 59.*

*Sombro similis. Differt corpore majore, spissiore, mi-*  
*crolepidoto, & crano pellucido. Lineas obliquas a dorso bre-*  
*ves nigro punctatas habet.*

*β. Lacertus. Getti h. n. Sard. III. 196.*

*Scoimbroy vulgari persimilis facie, sed corpore minore &*  
*colore vividiore viridi & azureo differt. Confer. Gesneri no-*  
*menciat. 108.*

2. SCOMBER *pinnulis octo vel novem, in extremitate dorso, ex fulco ad pinnas ventrales.* Art. Syn. 4.  
*Thynnus vel Orcynus Auctorum. Tunny-fish or Spanish Mackrell Anglis. (Willughby tab. M. I.)*  
 Longitudo 7 pedum circiter. *Maxillæ æquales. Dentes in maxillis, palato & faucibus. Pinnæ Dorsi ambæ ossiculorum 14. Pectorales 34. Ventrales 6. Ani 13. Pinnulæ in extremitate dorsi superne 8, 9 ad 10. Subtus 8.* (b)

3. SCOM-

ADDITIONALMEN.TUM.

(b) 2. Scomber, *Thynnus*; *pinnulis utrinque octo.* L. S. N. 493.

Scomber, *Thynnus*, *pinnulis supra & infra 8, corpore plumbeo.* Brünnich. ichth. 70. Br. 7. D.  $\frac{1}{3}$ , 14, 8. P. 34. V. 6. A. 12, 8. C. 9-9.

Scomber, *Thynnus*, linea laterali lævi, superius, incurvata. *Der Thunfisch.* Bloch N. F. D. II. 95. tab. 55. P. 22. V. 6. A. 13. C. 25. D. 15, 12.

Corpus fasiforme, parum compressum. Caput parvum subacutum, apice obtusum. Maxilla infera longior. Dentes parvi acuti. Lingua glabra. Oculi magni, nigri, iride argentea limbo aureo terminata. Truncus in medio crassus, cauda attenuata & quadrata. Pinnæ pectorales longæ, & ventrales breves. Squame parvæ, deciduae, Color: Dorsum & summa capitidis fuso cæruleofuscantia. Latera argentea. Pinna prima dorsalis cæruleofuscens secunda, analis & pinnulæ flavæ, ventrales & caudalis cineræ.

Scomber, *Thynnus*, maxilla, superiore acuta; dentibus planis lanceolatis. Carite Loefling. itin. 148. D. 14, 13, 9. P. 22. V. 6. A. 16, 9.

Corpus longum, angustum, compressum, maculosum. Pinna dorsi prima plicatilis.

*Il Tonno vel Scampirro.* Cetti Naturgesch. III. 143. tab. 1, nudis.

Corpus grande, ponderosum 400 & ultra librarum, teres, cauda adinodum attenuata pinnæ magnæ semilunatae inferta

3. SCOMBER linea laterali aculeata, piuna ani officulorum triginta. Art. Syn. 50.

*Trachurus Auditorum, & Saurus quibusdam. Horse Mackerell Anglis. Scad Cornubiensibus. Suro Venetis.*

Linea Lateralis curva, ferrata. Dentes in maxillis, palato, lingua & faucibus. Sulcus in medio dorso.

Pinna dorfi Ima. officulorum 8, II<sup>da</sup>. 34. Pectorales 20. Ventrals 6. Ani 30, quorum 2 prima aculeata. Cauda admodum bifurca. Appendices pylori 13 ad 14. (c)

Dd 2

4. SCOM-

#### ADDITIONALMEN TUM.

serta. Dentes parvi, acuti, densi. Iris argentea. Pinna dorsalis prima longa 14 radiis crassis composita; secunda angustior. Pinne spuriæ flavescentes, decrescentes 9 vel 10. Squamae magnæ firmiter adnatæ. Color in dorso, e cæruleo nigricans qui in lateribus sensim pallescit, usque abdomen album.

*The Tunny. Pennant br. zool. III. 266. tab. 52.*

(c) 3. Scomber, *Trachurus*, pinnulis unitis; spina dorfi recumbente; linea laterali loricata. L. S. N. 494. Mus. Ad. Fr. II. 90. D. 7, 1, 33. P. 16. V. 5. A. 30, 2. C. 17.

Opercula branchiarium mævula incarnata & pone hanc nigra. Linea lateralis composita utrinque ex latis paralelis scutis; in medio curvata; versus posteriora imbricata acuminibus spinosis, unde cauda angulata, tetragona. Appendices pinniformes nulli. Pinna dorsalis prior radiis 7 spinosis præter spinam antrosum porrectam. P. analis radiis 30, duo præterea aculei antecedentes, breves, distincti.

Scomber, *Trachurus*, Massiliensibus Suverou sive Mareo. Brünnichii ichth. 70. Br. 7. D. 8, 34. P. 20. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ ,  $\frac{1}{10}$ . C. 20.

Scomber, *Trachurus*, linea laterali aculeata. Der Stöcker. Bloch. N. F. D. II. 104. tab. 56. P. 20. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ . C. 20. D. 8, 34.

*The Scad. Pennant. br. zool. III. 269. tab. 51. n. 134. D. 8, 34. P. 20. V. 6. A. . . . , C. . . .*

Scom-

- 4. SCOMBER** *dorso dipterygio, officulo ultimo pinnæ dorsalis secundæ prælongo.* Art. Syn. 51.  
*Amia Salviani* ♂ *Aliorum.* *Lechia P. Jovii,* *Romanorum* ♂ *Livonienium.* *Glaucus Aldrov.*  
 Longitudo 2 ad 3 cubitorum. Dorsum obscure coeruleum. Dentes in maxillis, lingua, palato & faucibus. Corpus, caudam versus, quadratum.  
 Pinna Pectoris officulorum 20. Ventrals 6. Dorsi Ima. 5 caudam spectantium; II<sup>da</sup>. 34, in medio humilis. Ani Pinna, huic similis, officulorum 24. Cauda admodum bifurca. Appendices pylori 108. (*d*)

pag. 32.

**5. SCOM-****ADDITIONUM.**

*Scomber linea laterali curva; tabellis osseis loricata.* *Gronov.* in *Act. Upsal.* 1742. p. 83. Br. 6. D. 8, 34. P. 20. V. 6. A. 28. C. 16.

*Scomber,* *Gracharus,* vel potius *Trachurus.* *Hasselquisti itiner.* 407. n. 84. *Edition. germ.* Br. 7. D. 8, 32. P. 20. V. 6. C. 20.

(*d*) 4. *Scomber, Amia,* pinnulis unitis; radio ultimo dorsalis posterioris longiore. *L. S. N.* 495.

*Glaucus aculeatus,* aculeis 7, omnibus caudam spectantibus, duobus ad anum; pennis utrinque caudæ proximis, decrescentibus, radiis, membrana contextis. *Kleinii M.* 5. p. 30.

*Amia, Salviano.* *Willugby* 296. tab. S. 17. D.  $\frac{5}{3}$  vel  $\frac{7}{7}$ , 34. P. 20. V. 6. A. 21. C. . . .

Figura Salmonea refert. Corpus grandissimum, crassum, longum, versus caudam quadratum, micro lepidotum. Dorsum obscure cæruleum cum laevi purpuræ tinctura. Latera magis purpurascunt. Os modicum. Maxillæ & palatum dentellis aspera. Lingua lata scabra. Iris alba circulo fusco versus pupillam terminata. P. D. anterior scapularis, 5 vel 7 aculeis brevibus, disjunctis reclinnatis constat. P. D. posterior, semilongitudinalis, semihaftata, radio ultimo præalto. P. A. dorsali secundæ similis. Utraque ad marginem posteriorem sinuata. P. P. exiguae. P. V. tantillo posterius pectoralibus sitæ. P. C. admodum forcipata. Habitat in mari infero.

Lechia,

## 5. SCOMBER officulo secundo pinnæ dorsalis secundæ altissimo.

*Glaucus primus.* Rondel. Will. Ray. p. 24.

Corpus latum, tenue, rhomboidale. Maculæ 3 l. 4 fuscæ in lateribus. Cauda supra modum bifurca & lata. Pinna Pectoris officulorum 18. Ventrals 5. Dorsi I<sup>ma</sup>. 7 admodum brevum, quorum I<sup>ma</sup>. antrorsum, reliqua ad posteriora vergunt. II<sup>da</sup>. officulorum 26, ultimo, ejusdem fere longitudinis cum antecedentibus. Ani 27, quorum duo aculeata. Appendices Pylori innumeræ.

Locus: Romæ, Livorni &amp; alibi in Italia. (e)

Dd 3

XXVI.

## ABBITAMENTUM.

Lechia, Pauli Jovii. Vide ejus *Libellum de Romanis piscibus cap. 7.*

Piscis tricubitalis, pugnacissimus, aculeis atris, solidis, minime longis in dorso & dentibus maxillarum peracutis solidis armatus. Integitus corio lœvi, alepidoto, quod argenteum est & cœruleo colore perfusum. P. C. crescentis lunæ figuram efficit, concava illa rotunditate ad circini ductum effigiata. Caro sapidissima.

(e) 5. Scomber, *Glaucus*, pinnulis nullis; spina dorsali recumbente. L. S. N. 49. Mus. Ad. Fr. II. 89. D. 8, 20. P. 20. V. 5. A. 18. C. 17.

Corpus ovatum colore argenteo, squamis minimis, vix conspicuis. Linea lateralis pone annum incurvata, & dein elevata, ut cauda evadat angulata, sine appendicibus. P. dorsalis prior radiis 8 spinosis, sed ultimus fere distinctus. Spina recumbens antrorsum ante pinnam: posterior radiis 20 molibus. P. pectorales falcatae, radiis 20, primo breviore. P. analis 18 radiis, opposita & æqualis dorsali. Spinæ 2 breves ante pinnam. P. caudalis 17 radiis, valde bifida. Habitat in America.

Scomber, *Glaucus*, eminentiis lateralibus caudæ aculeatis. Osbeck itin. p. 387. D. 7, 25. P. 20. V. 5. A. 25.

Caput obtusum. Dentes miniuti. Maxilla infera longior supera. Opercula br. integra. Corpus pedale vel longius, compressum,

## ADDITIONAL.

pressum, supra cinereum, infra album, cute vestitum. Eminentiæ laterales caudæ multis appressis aculeis testæ partem posteriorem rectam, linea lateralis fingunt, cuius pars anterior arcuata & inermis est. Pinnæ dorsales approximatae: prior radiis 7 subaculeatis suffulta; posterior mutica, excavata. P. pectorales curvatae, longæ, radiis 20 decrescentibus. P. ventrales dimidio breviores pectoralibus. P. caudalis bifurca 20 radios, præter 2 breves aculeos laterales, continet. P. ani excavata, ante altior.

6. *SCOMBER*, *Cordyla*, pinnulis 10; linea laterali loricata. *L. S. N.* 493.

*Scomber* subcompressus, latus; linea laterali curva, laevi, prope caudam recta, loricata. *Gronov. zooph.* n. 307.

*Scomber* linea laterali curva, tabellis ossis loricata; corpore lato & tenui. *Gronov. in Act. Upsal.* A. 1750, p. 36. Br. 7. D. 7, 9, 10. P. 15. V. 6,  $\frac{2}{3}$ . A. 14. C. 20.

Corpus compressum, latum cauda valde gracilescente tragona. Dorsum convexum, arcuatum. Abdomen acutum. Maxillæ, ore clauso, æquales. Dentes minimi, remoti, uniseriati. Palatum & lingua glabra. Oculi mediocres, iride rubescente. Opercula branch. rotunda, splendentia. Squamæ exiguae, imbricatae, fixæ. Linea lateralis curvato-recta, in dimidio anteriore laevis, in dimidio posteriore autem loricata, tabellis crescentibus, imbricatis, aculeatis exasperata. Pinna dorsalis prima, in sulco dorsi reclinata, aculeis 7 decrescentibus suffulta. P. dorsi secunda, mutica, radiis mollibus decrescentibus 9. Post hanc pinnulæ 10 exilissimæ librae. P. pectorales oblongæ, 15 radiis simplicibus decrescentibus. P. ventrales exiguae, sulco reconditæ, radiis 6 multifidis. Post has in eodem sulco duæ spinæ vix lineam longæ. P. ani extensa radiorum 15 rigidorum decrescentium. Pone hanc pinnulæ superioribus similes. P. caudæ bifurca radiorum simplicium 20. Color supremi capitis dorsi ac laterum supra lineam lateralem cœruleo-viridis, ventris albido splendens. Habitat in Surinam.

*Scomber* linea laterali aculeata, pinnæ ani officiorum 20. *Seba thes.* III. 74. tab. 27. n. 3. D.  $\frac{8}{3}$ , 22. P. 21. V. 6. A.  $\frac{3}{5}$ . Vide *Mantissam* I.

7. *Scom-*

## ADDITAMENTUM.

7. SCOMBER, *Pelamis*, pinnulis inferioribus 7; corpore lineis utrinque 4 nigris. L. S. N. 492. *Albecora* Loefling. itin. 147. D. 15, 11, (7). P. 27. V. 6. A. 14, (7).

Color superne pallide fuscus in lateribus & capite plumbeus, lineis 4 nigris longitudinalibus, versus ventrem distinctus. Cauda valde bifurca, quasi transversalis.

Scomber, *Pelamis*, pinnæ dorsalis anterioris ossiculis 15; pinnulis subtus inter caudam & anum septem. Hispanis *Bonito*, Suecis *Bonet*. Osbeck itin. 87. Br. 6. D. 15, 14, (8). P. 28. V. 7. A. 14, (7). C. 26.

Caput compressum, rostro acuto, maxilla infera longiore. Corpus aliquantulum compressum, dorso convexo subcæruleo, parum elato, & abdomine minus convexo, usque lineam lateralem argenteo, ac lineis 4 subnigris longitudinalibus notato. Squamæ minutæ non contiguæ. Oculi mediocres argentei. Dentes acuti, numerosi in una serie. Lingua cuneata, limbo cutaceo elato utrinque prodata. Linea lateralis arcuata, dorso propior. Squamæ minutæ, distinctæ. P. dorsalis prima in fulco reclinanda, radios duros 15 rares continent; secunda 10 ad 15. molles habet. P. pectorales mediæ, ovato-lanceolatae rad. 28 fissis. P. ventrales longæ, approximatæ, pectoralibus & dorsali prima subjectæ. P. analis dorsali secundæ æqualis & opposita. P. caudæ bifurca dilatata. Pinnulæ superiores 8 & inferiores 7 radiatae. Longitudo vix bipedalis.

Scomber, *Pelamis*, pinnulis inferioribus 7; corpore utrinque lineis 4 nigris. Massiliensibus *Palamide*. Brünnich. ict. 69. B. 7. D.  $\frac{2}{3}$ , 15, (8). P. 24. V. 6. A. 15, (7). C. 9-9.

Corpus elongatum, vix compressum. Caput acutum. Dentes acuti. Rima transversa ante singulum oculum. Pinnæ pectorales exiguae, triangulares. P. ventrales excavationi abdominis appressæ. Rima dorsi pinnam anticam spinosam perfecte recondere; pinna postica radiorum 15, quorum duo ultimi valde compositi & quasi fasciculati; ejusdem structuræ sunt quoque reliquæ pinnæ spuriæ, quæ ante caudam supra 8, infra 7 numerantur. Pinnae analis radii ultimi quoque fasciculati. P. caudæ lunata radiis intermediis valde fasciculatis. Cauda ipsa lateri-

## ADDITIONAL.

lateribus carinata. Color corporis argenteus, dorsum nigro cærulecens ex argenteo resplendens. Rigo supra lineam lateralem vittis 5 vel 6 nigris, versus caudam oblique ascendentibus, posticis gradatim minoribus. Iris oculorum argentea. Magnitudo 1½ pedis.

8. *Scomber albicans*, corpore compresso, immaculato; pinnis pectoralibus longis. *W.*

*Scomber (Thynnaus?)* pinnae prioris dorsi officulis 14; pinnulis subtus inter caudam & anum 8. *Albekor* dictus. *Osbeck itin.* 90. D. ¼, 12. P. 32. V. 6. A. 13, 8. C. 30.

Corpus compressum a lateribus planum, microlepidotum. Caput minus acutum. Maxilla infera longior. Dentes acuti, distincti, uniseriati. Oculi magni, rotundi, argentei. P. D. prior aculeata in sulco dorsali reclinanda. P. D. posterior triangularis. P. P. longae, P. A. flabelliformis cum pinnulis sequentibus cohaeret. P. C. magna sed minus dilatata. Longitudo bipedalis. Habitat in oceano Atlantico.

*Alba Coreta Pisonis.* *Willugby App.* 16. tab. M. 5. fig. 1. & tab. 9. fig. 1. in Appendice p. 5.

*Scomber Atalunga.* *Cetti.* h. n. *Sardiniae III.* 198?

Nomen Albicore aliquot speciebus Sombri a quibusdam falso inditur. Sed confusione extricavit *Forsterus* senior in notis ad *Itinerarium Dixonis*, p. 33. Bonitmakrele, ait, est *Scomber Pelamis Linnaei*. Sed Linnaeus Albicorena cum Sombro Thynno permutavit. Bonito in lateribus secundum ventrem striis nigris notatus, quibus caret Albicor. Bonito corpus vix compressum lateribus convexis & pinnas pectorales breves habet. Albicor autem est corpore compresso, lateribus subplanis, cui P. P. longiores adjunctae sunt. *Scomber Thynnus* est piscis grandis, obesus, cauda longa convexa, cum pinna semilunata & dilatata conjuncta.

9. *Scomber Lysan*, albido maculatus; spinis dorsali bus 7 primis separatis. *Forskål descr. an.* 54. Br. 8. D. 7, 2½. P. 17. V. ½. A. 2, 1½. C. ....

Corpus oblongo-lanceolatum. Color argenteus supra cærulecens. Dentes parvi, subulati. Squamae obteclae, minu-

## ADDITAMENTUM.

minutæ, imbricatae, puncto medio impresso. Spinae pinnae dorsalis primæ 7 distinctæ; singulæ, pone dorso alligatae membrana, & in propria fossa recumbentes: primæ 2 recte eriguntur, reliquæ alternatim dextrorsum & sinistrorsum inclinantur. Spinae ante A. in propriam pinnulam connexæ: Secunda dimidio longior. P. D. & A. posteriores oppositæ: utriusque pars anterior, elatior triangularis, posterior humilis, linearis, composita multis pinnulis spuriis apice separatis, basi connatis membrana. P. V. & A. albidae. Linea lateralis initio undulato-curvata, dein recta. P. pectorales ovatae, hyalinae. Cirra lineam lateralem maculae fuscae, obsoletæ.

10. SCOMBER, *Hippos*, pinnulis unitis; operculis postice macula nigra. L. S. N. 494. Br. 7. D. 7, 22. P. 22. V. 6. A.  $\frac{2}{4} \frac{2}{5}$ . C. 30.

Dentes unica serie, anticis 2 majoribus. Linea lateralis in medio valde declinata, postice carinata, subspinosa. P. dorsalis posterior rubra. Ventrales analisque luteæ. Spinae ante anum remotæ. Habitat in Carolina. Auctore Gardenio.

11. SCOMBER, *Chrysurus*, pinnulis unitis, luteis; ore edentulo. L. S. N. 494. D. 9, 26. P. 19. V. 6. A.  $\frac{2}{3} \frac{2}{5}$ . C. 22.

Spinæ ante analem spatio remotæ. Habitat in Carolina-Yellowtail. Auctore Gardenio.

12. SCOMBER, *Sansun*, argenteo nitens, immaculatus; caudæ carina elata, æquali. *Forskål descr. an. 56.* Br. 7. D. 7, 1,  $\frac{1}{2}$ ,  $\frac{1}{2}$ . P.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{2}{3}, \frac{1}{2}$ . C. 18?

Dentes inferiores unius seriei, medii majores: Superiores una serie subulati, majores. Pone dentes alii setacei, numerosi. Carina caudæ media, valida, recta. P. V. & P. albæ; reliquæ fuscae. P. D. margine superiori nigræ. P. A. & C. margine inferiore flavæ. Vertex venis ramosis. Affinis est Sc. fulvoguttato.

13. SCOMBER, *speciosus*, pallide aureus; fasciis verticis obliquis; corporis 7 nigris, alternis. *Arabibus Rim. Forskål d. an. 54.* Br. 7. D.  $\frac{6}{8}, \frac{1}{2}$ . P. 21. V. 5, 6. A.  $\frac{2}{3}, 17$ . C. ....

## ADDITAMENTUM.

Corpus ovato-lanceolatum. Dentes nulli. Labia æqualia, obtusa, superius protractile. Iris argentea antice aurea. Vertex convexus, nudus. Opercula anteriora squamata, postica nuda. P. dorsalis prima infossula, altera opposita P. anali & eminentiore parte triangulares ambæ, basi membrana septæ, parte superiore linearis nuda. P. pectorales falcatae, longiores triplo ventralibus. Cauda teres. P. C. bifida, lobis lanceolatis. Linea lateralis dorso propior arcuato-recta. Carina obtuse elata, squamis dilatatis, postice mucronatis. Squamae parvae, integræ, deciduae. Color corporis argenteus aureo mixtus, ventre pallido, dorso fusco. Pinnæ flavæ, dorsales glaucæ. Fasciæ verticis obliquæ, supra connatae, retro spectantes; in operculo continuatae parum. Corporis fasciæ nigrae, transversæ, infra absuletæ, diversæ latitudinis, alternantes. Habitat in mari rubro.

**14. SCOMBER, ignobilis, argenteus; dorso cærulecente; pinnis pectoralibus & ventralibus rufescens.** Arabis Kirm. *Forskål l. c. p. 55.* Br. 8. D.  $\frac{7}{7}$ ,  $\frac{1}{1}$ ,  $\frac{1}{2\frac{1}{2}}$ . P.  $\frac{1}{2\frac{1}{2}}$ . V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{2}$ ,  $\frac{1}{1\frac{1}{2}}$ . C. 18?

Dentes utriusque maxillæ unius ordinis, breves subulati. Infra dentes superiores alii minores setacei, numerosi. Squamae parvae, deciduae. P. D. glaucæ, prior triangularis. P. A. parte elatiore subtus flava, cætera hyalina. Spinæ ante P. A. in pinnulam connexæ; posterior duplo major. P. caudalis lobus superior glaucus, inferior flavus. Linea lat. a capite ad P. A. curva & undulata; inde recta, loricata. Carinæ lateralis caudæ elatae.

**15. SCOMBER, falcatus, rhomboidalis; pinna secunda dorsi & ani falcata.** Arabis Högel. *Forskål l. c. p. 57.* B. 7. D.  $\frac{5}{5}$ ,  $\frac{1}{2\frac{1}{2}}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{2}$ ,  $\frac{1}{1\frac{1}{2}}$ . C. 16.

Corpus trapeziforme fere glabrum, squamis occultis apice prominulis leviter exasperatum, sesqui longius quam latum, superne fuscum, cætero qui argenteum. Frons perpendicularis flavescens, faciem leoninam effingit. Labia obtusa; superius protractile. Maxilla superior glabra, inferior aspera. Dentes nulli. Linea lateralis parum undulata, curvato-recta. P. pectorales

## ADDITAMENTUM.

ctorales ovatæ, fuscæ. P. ventrales illis longiores, oblique truncatæ, extrosum fulvæ, introrsum albidæ. P. dorsalis posterior & P. analis oppositæ. Pars anterior illarum elevata in apicem lanceolato-falcatum, ad apicem caudæ pertingentem; pars posterior humilis, linearis, membrana baseos nulla. Pars illa dorsalis fusca, ani introrsum fulva: pars haec albido-hyalina. P. C. glauca, antrorsum fusca, margine postico flava, billoba, lobis lanceolatis, superiore lobo longiore. Spina subcute in medio dorso a capite ad P. D. Ante eas spina horizontalis, antrorsum versa, valida, interdum subcute recondita. Inde spinae breves ordine majores, membrana connexæ: prima saepe recondita, reliquæ 5 manifestæ. Singulis sua fossula. Eadem indeoles spinarum 2 ante pinnam analem. Charactrem gasterostei gerit.

16. SCOMBER, *Djedaba*, albus; lateribus & caudæ pinna flavis. *Forskål*. l. c. p. 56. Br. 8. D.  $\frac{8}{3}$ ,  $\frac{1}{2}$ . P. 22. V.  $\frac{2}{3}$ . f. 6. A.  $\frac{2}{2}$ ,  $\frac{1}{2}$ . C. 17.

Dentes parvi, subulati, unius seriei. Corpus lanceolatum. P. dorsalis prima triangularis, aequilatera. P. C. flava, lobi superioris margo posticus flavus. Spinæ 2 ante pinnam ani connexæ in pinnulam peculiarem; posterior duplo longior. Squamæ persistentes. Carinæ nullæ in cauda. Linea lateralis arcuato-recta, pone in carinam loricatam elevata.

Scomber, *albus*. *Gmelini L. S. N.* 1334.

17. SCOMBER, *Ferdau*, ovali-oblongus, argenteus, guttis aureis lateralibus, fasciis transversis fuscis 5 obsoletis. *Forskål*. l. c. 55. Br. 7. D.  $\frac{6}{3}$ ,  $\frac{1}{2}$ ,  $\frac{1}{2}$ . P. 21. V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{2}{2}$ ,  $\frac{1}{2}$ . C. 16?

Color argenteus, dorso obscuriore, cærulefcente. Guttæ aureæ paucæ per latera. Fasciæ transversæ, latæ fuscæ, 5 a dorso ad abdomen descendentes, lanceolatæ, antrorsum curvatæ. Squamæ parvæ, deciduæ. Linea lateralis recta. Dentes setacei multi. Labium superius protractile. Cirrus conicus ante singulas nares. Iris alba. Vertex nudus, linea media ossea. Opercula squamosa. P. pect. superne falcatae, albidæ. P. D. posterior & A. in membrana erecta utrinque septæ, parte anteriore elata, triangulari-lanceolata, altera linearis. P. V. breves acumi-

## ADDITAMENTUM.

acuminatæ. Inter pinnas dorsales spina solitaria, brevis & dux parvæ ante P. A. Caudæ carina utrinque valida, elata. P. C. forcipata, glauca, lobis lanceolatis.

*Varietas.*

$\alpha.$  *Scomber, Bajad.* *Forskål* ibidem.

Opercula anteriora obesa. Spinæ ante P. A. sub cuto reconditæ. Linea later. e regione P. D. secundæ elevatur in carinam loricatam, æqualem. P. P. hyalinæ, reliquæ glaucæ.

18. *Scomber, fulvo-guttatus*; glauco-cæruleus; guttis aureis per latera sequentibus. *Forskål* l. c. pag. 56. Br. 7. D.  $\frac{7}{7}$ ,  $\frac{1}{1}$ ,  $\frac{1}{2\frac{1}{8}}$ . P.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{2}$ ,  $\frac{1}{2\frac{1}{3}}$ . C. 19?

Simillimus ScombroFerdau. Iris aurea. Vertex ante oculos cavus. Labia, dentes, nares, opercula, P. D. & ani secunda item P. P. uti in congenere. A capite ad P. D. membrana polita, nuda, glauca. Linea lateralis arcuato-recta, in media cauda elevata in carinam. P. D. prima in fossula recondenda, quæ spinulam quoque recondit. Pinnula ante P. A. brevis, biradiata in fossula recondenda P. V. approximatæ, in cavitate lata. Cauda teres, acuta, elate utrinque carinata, maxime prope basin caudæ. P. C. forcipata.

19. *Scomber, Equula*, pinnulis pinnaque dorsi connatis. Arabibus *Abu kurfe*. *Forskål* l. c. pag. 58. Br. 4. D.  $\frac{8}{3\frac{1}{3}}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2\frac{1}{8}}$ . C. 17.

Corpus ovatum, compressum; 5 pollices longum, 3 poll. latum; argenteo-nitens, laxe squamis subtilissimis. Dentes setacei. Vertex trifariam & frons bifariam carinata. Opercula frenata, anteriora subtus ferrata. Iris argentea. Spinæ 2 retroversæ supra oculorum angulum. Spina D. & A. secunda, magna. P. D. & A. ad caudam usque. P. V. latere superiore appendice membranacea, lanceolata. Ante pinnas callus osseus, cavus, linearis; ante illum gibbus osseus, acutus. Linea lateralis dorso propior, primam recta, inde surgens, versus caudam descendens. P. C. bifida, lobis obtusis.

*Varietas.*

$\alpha.$  *Scomber, Melliet.* *Forskål* l. c. pag. 58. Br. 4. D.  $\frac{8}{2\frac{1}{3}}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2\frac{1}{8}}$ . C. 16...

A priore

## ADDITAMENTUM.

A priore differt magnitudine, vix digitii longitudine, corpore duplo longiore, quam lato & lanceolata figura. Linea lateralis definit cum P. D. Lobi pinnæ caudæ acuti. P. omnes glaucæ, margine flavæ præter pectorales. Labium superius multum prolabens. Cætera signa eadem.

20. *Scomber pelagicus*, pinnulis pinnaque dorsali coadunatis in unum. *L. S. N.* 495. *Mus. Ad. Fr.* I. 72 tab. 30. fig. 3. Br. 7. D. 40. P. 19. V. 5. A. 22. C. 20.

Corpus lanceolatum valde compressum. Linea lateralis recta. P. D. dorsalis longitudinalis versus caudam ferrata & refert pinnulas appendiciformes, ut in *Scombro vulgari*, quamvis continua sit. P. ani etiam ferrata uti dorsalis. Cauda valde bifurca, lobis longis, angustis, lanceolatis. Radii in hac pinna imbricati squamis alternis, bifariam obtusis, arcuato strictis. Habitat in alto pelago.

*Scomber major torasus Sloani* in præfat. 28. tab. 1. fig. 3.

*Scomber* dorso monoptyterygio, mutico, linea laterali lævi, haud loricata. *Gronov. zooph.* n. 310. Br. 6. D. 53. P. 20. V. 6. A. 24. C....

Caput magnum, cathetoplateum, alepidotum, sub oculis parum squamofsum, ante acuminate - obtusum. Maxillæ æquales. Dentes minutissimi, conferti. Lingua & palatum lævia. Oculi magni rostri apici propiores. Truncus cathetoplateus, oblongus, pone angustatus, dorso recto subcarinato, longitudinaliter sulcato, abdomine recto, convexo. Linea lateralis curvato- recta. P. dorsalis longitudinalis, haud alta, pone ferrata, sulco insita. P. pectorales mediæ, parvæ, falcatae. P. ventrales sub pectoralibus locatae, approximatæ. P. ani longitudinalis, ferrata. P. caudæ admodum, bifurca, extremitatibus acutissimis. Squamæ minutissimæ, laeves, imbricatae. Color totius corporis argenteus, superne subniger. P. dorsi nigricat extremitates vero ferratae flavidant.

21. *Scomber rhombeus*, pinnis ventralibus uniradiatis. Arabibus, *Abu gurr. Forskål.* I. c. pag. 58. Br. 6. D.  $\frac{4}{3}$ ,  $\frac{3}{2}$ . P.  $\frac{1}{3}$ . V.  $\frac{1}{4}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 16.

## ADDITAMENTUM.

Corpus compressum argenteum, microlepidotum una cum P. D. & A. mensuratum, rhombeum. Dentes subtile, numerosi. Lingua obtusa, callo ovali, scabro prope apicem. Labia, nares, opercula, ut congenerum. Iris argentea, supra & infra fusca. Ante P. D. spinæ 5 minutæ, vix connexæ. Juxta P. V. spinæ duæ albæ, parvæ & pone singulam radii inermes, minores 5 vix conspicui. P. D. & A. prima pars alba, triangularis squamata, apice nigra; reliqua pars humilis, linearis, hyalina. P. P. leviter rotundatæ. Cauda brevis compresa, non carinata. P. C. glauca rotundato-exsecta. Linea lateralis dorso propior & paralela, in cauda recta & media.

*Species ad huc dubiae.*

22. *SCOMBER, Alalunga*, pinnis pectoralibus longissimis. *Cetti h. n. Sard.* III. 199.

Similis est Sc. Thynno 10 vel 15 librarium. Sed differt ab illo pinnis pectoralibus usque pinnam dorsalem secundam exorrectis, & pinnulis 7 supra & infra caudam. Caro ejus cocta alhet. Habitat in mari mediterraneo. Sombro albianti affinis, vel eadem species est.

23. *SCOMBER, (Talling)* pinnulis utrinque 9 in dorso dipterygio; spina duplice ad anum. Hispanis *Albacores*. Maldivensibus *Talling Gronov. zooph. n. 305.* D.  $\frac{6}{6}$ , 12. P. .... A.  $\frac{2}{2}$ . V. .... A. 11.

Caput cathetoplateum, subacutum, alepidotum. Maxilla inferior longior. Dentes minutissimi, acuti. Corpus teriusculum, cathetoplateum, alepidotum. P. dorsalis prior e regione pectoralium, aculeis 6 membrana humili connexis; posterior priore altior in medio dorso. Pinnæ pectorales falcatae, parvae, mediæ. Post anum, capiti parum propiorem, par aculeorum mobilium. Pinnæ ventrales in meo exemplari deficiebant, forsitan discissæ. P. ani radiis 11 subramosis constat. Pinnulae 9 supra & infra caudam. Cauda admodum bifurca, lobis æqualibus acutis. Inhabitat mare Hispnicum & Indicum ad insulas Maldivicas.

*Leman-visch. Valent. indicæ vet. & novi.* III. 348. n. 3.  
fig. 3.

Nomina

## ADDITIONAL.

Nomina specifica Thynni a Gronovio huic subposita, non conveniunt, ob numerum radiorum in pinnis dorsalibus valde differentem.

24. *Scomber pelagicus.* *Laxe - Stoerjen. Gunneri.* In *Act. Nidros.* IV. 80. tab. 12. fig. 1. B. 7. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 20. V. 15. A. 37. C. 24.

Imago hujus piscis multum abludit ab illa Sombri pelagici Linnæi; Differt trunci altitudine majori, & pinna dorsali semilongitudinali, altiore semihastata. Descriptio ejus imperfecta hæc est. Longitudo erat 2 ulnarum & latitudo non penitus unius ulnæ. Respectu corporis & pinguedinis similis erat *S. Salari*. Membrana branchiostega 7 radiata. Omnes maiores pinnæ ut & caudalis squamosæ duris & crassis radiis constant. Pars alta, acuta, incurva anterior pinnæ dorsalium 11 radios rigidos decrescentes & continuata pars posterior humilis radios 41 continet.

25. *Scomber ocellatus,* ocellis nigris iride ignea cinctis. *W.*

*Trachurus maximus* squamis minutissimis. *Feuillee.*

Corpus Sombro simile sed magis compressum bipedale. Color in dorso indicus, in lateribus & abdomen argenteus, purpureo paucō mixtus; in capite superne & extremitate rostri & cœruleo niger, in cauda & flavido griseus. Insuper maculis magnis nigris circulo aureo cinctis, ad purpureum vergentibus, insignitur. Falcia quoque nigra in extremitate inferiore caudæ & in pinna dorsali, quæ a medio dorsi ad caudam fere extensa est, ornatur. Habitat in America orientali, ubi *Carangue grasse* appellatus. Vide Ejus *Observations physiques* Tome 2. & in Versione germ. p. 205.

26. *Scomber auratus,* pinnulis spuriosis quinque. *Houttuyni* in *Act. Harlem.* XX. 2. pag. 331. D. 9. P. 18. V. 6. A. 6. C. . . .

Colore est rufo-aureo quo a sequente differt, cui cæterum figura similis est. Longitudo 7 unciarum.

27. *Scomber japonicus,* cœrulescens; pinnulis spuriosis 5. *Japanse Makreel - Houttuyni* in *Act. Harlemonibus* l. c. D. 8. 8. P. 18. V. 6. A. 11. C. 20. Valde

*XXVI. MUGIL.*

*Membrana Branchiofæga* ossicula sex curvata continent utrinque, quorum supremum latiusculum ab operculis Branchiorum utrinque tegitur, ita ut vix quinque conspiciantur.

*Squamæ amplæ*, ipsis operculis Branchiarum, & Capiti ad rostrum usque, innatæ. *Caput anterius* plagioplateum. *Corpus oblongum*, cathetoplateum. *Officulum* utrinque infra *nares*, inferiore sui parte denticulis ferratum. *Oculi* nulla cute communi tecti. *Denticuli* in Lingua & palato tantum. (\*)

I. MU-

**ADDITAMENTUM.**

Valde similis est Clupeæ Harengo, præsertim colore. *Squamæ* vix ullæ. *Caput membrana argentea* testum. *Denticuli* ciliis similes. *Pinnæ spuriæ* 5. *Longitudo octo unciarum.*

(\*) *Character generis Mugilis.*

**LINNAEI:** *Caput*: *Labia membranacea*; *inferius* introrsum carinatum. *Dentes nulli*. *Denticulus inflexus* supra *sinus oris*. *Membrana branchialis* radiis 7 curvis. *Opercula lævia*, rotundata. *Corpus albicans*. *S. N.* 520.

**FÖRSTERI:** *Corpus lanceolatum*: *Caput subconicum*. *Labia membranacea*. *Maxilla superior intus fissa*, sulcata, carinam inferioris excipiens. *Denticulus supra sinus oris*. *Dentes nulli*. *Opercula lævia*, rotundata. *Membr. br.* 4, 5 aut 7. *Enchiridion h. n.* 88.

**PENNANTI:** *Corpus et opercula branchiarum magnis squamis vestita*. *Radii 6* incurvi in *membrana branch.* *Dentes* solummodo in lingua et palato. *Br. zool.* III. 329.

**GRONOVII:** *Corpus cathetoplateum*, oblongum, imbricatis Squamis. *Caput anterius plagioplateum*, omnino squamosum, inerme. *Officulum utrinque infra nares*, ad marginem inferiorem capitis ferratum. *Os in apice capitum angustum*. *Dentes in lingua et palato parvi*. *Membr. branch.* sub operculis recondita, expansilis officulis utrinque 6. *Pinnæ 8*; in dorso duae. *Ventrales pectoralibus propiores quam anali*. *Officula in P. D. et V. et A.* nonnulla rigida et aculeata. *Zooph.* p. 129.

1. MUGIL. *Art. Spec. 71. Syn. 52. Ovid. Nason. Hal. vers. 37. & aliorum Auctorum.*  
*à Mullet Anglis. Cefalo Romanis.*

Lineae parallelæ, nigricantes, longitudinales, in lateribus. Denticuli in maxillis nulli. Maxillæ tenues. *Pag. 33.* Pinna Dorsi 1<sup>a</sup> aculeorum 5 non asperorum 2<sup>a</sup> longe distans, officularum II ramosorum. Pectorales 18. Ventrales 6. Ani 13, quorum 3 prima brevia & aculeata. Cauda bifurca. Peritonæum nigrum. Ventriculus rotundus, durus, musculosus, Appendices 7, crassæ & breves. Intestina praelonga, admodum torta.

Figura Thymallo satis similis. (f)

XXVII.

ADDITIONUM.

(f) 1. Mugil, *Cephalus*, pinna dorsali anteriore quinqueradiata. *L. S. N. 520.* D. 5,  $\frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 12. *Muf. Ad. Fr. II. 104.* Br. 4. D.  $\frac{4}{3}$ ,  $\frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 12. C. 12.

Caput undique squamis tectum. Labium superius margine scabro in aciem eductum, latere osseum. Labium inferius margine acuto, patente, in medio antice sursum plicato. Dentes in ore nulli. P. pectorales acuminatæ; P. caudæ bifurca.

Mugil, *Cephalus*, corpore argenteo, vittis, longitudinalibus fuscis. Massiliensibus *Mugeo* s. *Mujou*. *Brüunich. ichth. 81.* B. 1. D. 4, 9. P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 14.

Corpus elongatum, subteres. Color argenteus, in dorso obscure plumbeus. Latera corporis vittis 5 longitudinalibus fuscis fasciata. Caudæ pinna bifida. Iris argentea. Longitudo pedis & infra.

*The Mullet. Pennant. br. zool. III. 329. tab. 66. n. 158.*  
D.  $\frac{4}{3}$ , 9. P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . C . . .

Caput fere quadratum. Rostrum obtusum. Labia crassa. Dentes nulli. Scabrities in labio superiori. Pupilla nigra, argenteo circulo inclusa. Iris avellanea, inferne argentea. Corpus teres. Squamæ magnæ deciduae. Cauda bifurca. Color in

*Artedi Genera.*

F

dorso

## ADDITAMENTUM.

dorso obscurus cæsio et viridi varius: in lateribus argenteus, lineis latis, obscuris, paralelis, longitudinalibus distinctus, in abdomine argenteus.

*Die grossköpfige Meerä sche. Leske Naturg. 427.*

## Varietas.

α. *Mugil, Cephalus; Arabice Buri; Hasselquisti itin.*  
428. Br. 7. D. 5, 11. P. 13. V. 6. A. 10.

Ex copiosa eius descriptione extraxi pauca, quibus a priorre specie differt. Caput depresso. Rostrum cylindricum, superius angulatum, sulcatum et punctis elatis notatum. Maxilla superior, medio sinuata; inferior longior, tuberculo sub apice instructæ. Denticuli minutissimi in maxillis et faucibus. Oculi magni, medii. Pupilla nigra. Iris argenteo-viridescens. Linea lateralis, elevata, recta, dorso propior. Corpus teres, pedale. Sulcus in dorso post pinnam dorsalem priorem. Squamæ parvæ, irregulares, integræ, fixæ, tam in corpore quam in operculis. Color: Caput superius ex nigro cærulescens, Dorsum usque lineam lateralem nigrescens. Abdomen infra lineam lateralem argenteum, uti opercula branchiarium. Pinnae omnes albidae. Habitat in mari mediterraneo et Nilo.

2. *MUGIL, Albula; pinna dorsalی anteriore quadriradiata, L. S. N. 520. D. 4, 9. P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{11}$ . C. 20.*

Simillimus M. Cephalo D. Garden.

*Albula Bahamensis Catesby II. tab. 6.*

Oculi magni. Iris candida, splendens. Os parvum, edentulum. In medio fere dorso pinna exigua, aliaque prope caudam. Sub anteriore ventris parte similes pinnae nec non alia inter anum et caudam amplam atque bifidam. Squamæ maiores splendentes. Color secundum imaginem pictam in dimidio superiore capitis et trunci cæruleo nigricans, in dimidio inferiore et in pinnis plumbeus in maxillis ruber esse videtur.

3. *MUGIL, crenilabis; pinna dorsali anteriore radiis 4 flexilibus; posteriore inermibus; labiis crenatis, inferiore bicarinato. Forstål l. c. p. 73. Br. 6. D. 4. P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{11}$ . C. 16.*

Caput

## ADDITAMENTUM.

Caput supra squamatum. Corporis squamæ latæ carina media longitudinali fusca. Linea lat. obsoleta. Labia crenulata; superius a capite secedens; inferius intus bicarinatum. Spina dorsalis gracilis, flexilis; primæ tres pari crassitie ordine breviores. Spina V. et A. quoque flexiles. Pinnae omnes glauco-albidæ; caudæ lobi acuti. In basi P. pectoralis macula nigra orbicularis. Habitat in mari rubro, Arabibus *Arabi*.

*Varietates.*

$\alpha.$ . MUGIL, *Seheli*, *Forskål* l. c. P. 16. C. 14.

Præcedentis forte varietas. P. D. rigidiores. Labia sine crenis et ciliis. Carina apicis in labio inferiore sulco longitudinali, in duas carinas diviso. Basis P. pectoralis intus tota nigricans. Vittæ laterum valde obsoletæ. P. P. flavescentes; P. V. albidæ; reliquæ glaucæ. Magnitudo  $\frac{1}{4}$  ulnæ.

$\beta.$ . MUGIL, *Oeur*, labio utroque ciliato, inferiore unicarinato; oculis pinguedine fere obtectis operculo subtus, et lateribus ac pone. *Forskål* l. c. 74.

Macula P. P. oblonga obliqua. Vitta longitudinalis, fusca, evidens.

$\gamma.$ . MUGIL *Tâde* vel *Aedda* labio unicarinato; radiis pinnarum spinosis, rigidis *Forskål* l. c.

Spina dorsalis secunda longior prima. Labium superius subtilissime ciliatum. Macula P. P. nulla. P. V. et D. et A. basi rufescentes: Caudæ lobi obtusi.

4. MUGIL, *chanos*, pinna dorsi unica; pinna caudæ utrinque bialatæ. *Forskål* l. c. Br. 4. D. 14. P. 16. V. 11. A. 9. C. 20.

Corpus oblongum, argenteum. Caput corpore angustius. Nares 2 teretes. Opercula nuda. Dentes et cirri molles. Squamæ latæ; rotundatae tenue strictæ. Vertex planus, alepidotus, glaucus. Labia integra; superius medio emarginatum, a capite non sejunctum; inferius brevius, intus gibbo medio carinatum. Linea lateralis curvato recta. P. D. in medio dorso, septa membrana erecta, libera, hyalina. P. P. et V. supra appendice membranacea, lanceolata. P. A. utrinque membrana. Cauda Squamis rotundata; pinna valde forficata;

*XXVII. LABRUS.*

*Membrana Branchiofuga ossicula sex, gracilia & latiuscula utrinque continet. In minoribus quinque solum numerantur.*

*Dentes***ADDITIONAL.**

versus medium utroque latere alis duabus membranaceis. Membranæ branchiales sub gulu membrana coriacea nexæ et marginatæ. Inter radios branchiarum et operculum est ossiculum latum, utrum radiis an operculo adnumerandum nescio. Longitudo bipedalis. Alia varietas sex pedum longitudine adest, quæ ab Arabibus *Anged* nominatur.

*Species ad huc dubiae.*

5. *MUGIL chilensis*, dorso monopterygio. *Molina h. n. chil.* p. 198. Br. 7. D.  $\frac{5}{2}$ . P. 12. V.  $\frac{5}{2}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.

Forma, squamis et sapore similis Mugili Cephalo, differt pinna dorsali unica. Longitudo pedalis. (Habitat in mari chilensi fluviisque in illud effluentibus.

6. *MUGIL cinereus*, rostro conico, cartilagineo, reductili, cauda bipartita. *W.*

*The cinereous Wrasse.* *Pennant arct. zool. suppl.* 124. *Forster. catal. anim.* 21.

*Turdus cinereus* peltatus. *The Shad. Catesby. carol.* II. tab. 11. fig. 2.

Corpus (secundum iconem) ovato-oblongum pone angustum macrolepidotum. Caput mediocre, ovatum, in dimidio posteriore osseum, a nucha declive, ante oculos sinu lato excavatum, superne squamosum; in dimidio anteriore conico cartilagineum. Maxillæ subæquales, edentulæ, quas pescis, imminentे periculo, intra dimidium posterius quasi in vaginam retrahit. Oculi magni, remoti, sub occipite. Iris flava. Opercula rotundata, integra, brevia. P. D. semi-longitudinalis, aculeata, subæqualis. P. P. longæ, acuminatæ, inferæ. P. V. acutæ, abdominales. P. A. parva, triplo longior, quam alta, parum declinata. P. C. solitaria, longa, bipartita, lobis angustis, acuminatis. Color cinereus, tinctura rubente debili hic atque illic intermixtus.

*Dentes magni 1°.* In mandibulis, praeterea 2°. *Ossa denticulata crassa & dura in faucibus, unum infernè, duo supernè.* *Palatum glabrum ut & lingua.*

*Labia crassa & carnosa, dentes tegentia.*

*Membrana pinnae dorsalis* in anteriore parte ossicula duplia, ab una radice prodeuntia obtinet, scilicet & aculeata & mollia. *Color admodum varius, multiplex & pulcher.* *Cauda plerumque indivisa.* *Appendices nullæ ad pylorum.*

*Squamae amplæ, molles & lœves.* (\*)

Ff 3

i. LA-

#### ADDITIONAL.

(\*) *Character generis Labri.*

LINNÆI: Dentes acuti. Labia simplicia. Membrana branchialis radiis 6. Opercula squamosa (?) Pinnæ dorsalis, radii postice ramento filiformi aucti. Pectorales acuminatæ. Linea lateralis recta S. N. 473.

FORSTERI: Corpus ovato - oblongum, compressum. Caput squamosum. Os dentatum, incisoribus acutis. Labia carnosa, duplicata, magna. P. D. et A. post spinas ramentaceæ. P. P. rotundatæ M. B. 5. vel 6. Linea lat. dorso parallela, incurva, postice infracta, media, recta. Enchir. 85.

PENNANTI: Opercula br. squamosa. Membrana br. radiis 4, 5, 6. Dentes conici, longi, apice obtusi. Os tuberculatum in fundo faucis; superne duo opposita aliis. P. D. longitudinalis. Cutis tenuis uniuscuiusque radii ultra fineum ex tensa. Cauda rotundata. Br. zool. III. 244.

GOÜANI: Corpus ovato-lanceolatum, cathetoplateum, squamosum. Caput declive, cathetoplateum, alepidotum. Rictus rectus, terminalis. Labia crassa, duplicata. Maxillæ extractiles, subæquales; superior fornicata. Dentes conici, acuti, recurvi, saepius æquales. Opercula br. squamosa, raro alepidota, rarius ferrata. M. B. lateralis, operculata, 5 vel 6. radiata. Linea lat. suprema, dorso parallela, incurva, ad caudam infracta, media, recta. Anus medius. P. D. saepius

i. LABRUS rostro sursum reflexo; cauda in extremo circulari. Art. Syn. 56.

*Turdus*

ADDITIONALMEN TUM.

pius longitudinalis, subæqualis, composita, ramentacea. P. P. subinfimæ, acuminatae vel orbiculatæ. P. V. paulo post pectorales, compositæ, acuminatæ. P. A. subæqualis, composita, ramentacea. P. C. libera, sæpius aequalis, raro acuminata aut bifida. *Hift. pifc.* 133.

*Observatio I.*

Labri notæ generales, cum scaro sæpe contiguæ, noscuntur: Dentes maxillares validi, conico-subulati, contigui. Incisores mediocres, paulo interius positi, quam vicinus caninus, qui utrinque unus, reliquis duplo major. Molares una serie post caninum acuti contigui, retrorsum decrescentes. Dentes faucium tantum in maxilla superiori et utrinque brevis seriei, parvi, conici, acuti, rigidi, incipientes pone incisorem; contigua ac maxillaribus paralela serie positi, utrinque quaterni. In inferiori maxilla nulli; nisi incisores ipsos numeres. Pinna br. radiis 5. Opercula squamata, squamis laxis, latis. Ramenta evidenter post spinas dorsales hærentia in margine membranæ. Radii dorsal. et ani spinosi, membrana breviores. P. D. et A. basi squamis erectis. P. C. basi squamis ovatis, maioribus utrinque, Linea lat. ramulosa duplex; aliis simplex et continua. Illa optima nota est, atque dorsi et abdominis curvatura. Ista enim signa facile in oculos incident: dum fastidiosi laboris est, incerti quoque eventus radios pinnatum minutissimos legere et relegere. Radii pungentes constantiores sunt et maioris usus in systemate piscium. *Forskål descr. an.* 38.

*Observatio II.*

Color in hoc genere admodum varius et multiplex est ac sæpe ludit. Nihilo minus tamen in construendis specificis nominibus ad colorem interdum configere coacti sumus, quando nempe numerus, figura et proportio partium differentias non sat strictas suppeditant. *Sebae thes.* III. pag. 96.

*Obser-*

*Turdus vulgarissimus, Tinca Marina Venetis.* Will. p.  
319.

*The Wrasse or Old-Wife Cornubiensibus.*

Pinna dorsi ossiculorum 26, quorum 15 aculeata. Pe-  
ctoralis 14. Ventrals 6. Anni 13, quorum 3 aculeata  
Color varius, pulcherr ex rubro, flavo, fusco &c.  
Cauda in extremo subrotunda. (a)

2. LA-

### ADDITIONAL.

#### *Observatio III.*

Labri, quorum species nonnullas certis anni temporibus,  
an a commestis radiantibus molluscis? venenatæ, difficilius  
sæpe a Sparis et Scaris dignoscantur, dentibus validis, incisoribus  
in utraque maxilla; in superiori præterea molaribus &  
canino utrinque reliquis duplo maiore; linea laterali ramosa;  
dorso et abdome curvata. *Gmelin L. S. N.* 1288.

(a) 1. *Labrus, Tinca*, corpore viridi; regione ani nigra; rostro acuto reflexo. Massiliensibus *Roucao*. *Briennich. ichth.* 55. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{5}{6}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2} \frac{1}{3}$ . C. 13.

Corpus ovato-oblongum, compressum. Rostrum attenuatum, acutum, sursum reflexum. Dentes plures validi. Iris late sanguinea. Opercula squamosa, superius ferrata. Pinnae dorsalis spinæ singulæ ramento exiguo postice instrutæ. P. C. integra. Linea lat. dorso paralela, postice descendens, sinuosa ad pinnam candeæ excurrit. Color viridis; regio circa anum nigra. Magnitudo triplicaris.

*The Ancient Wrasse.* *Pennant. br. zool.* III. 245. tab.

47. Br. 4. D.  $\frac{1}{2} \frac{6}{5}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2} \frac{1}{2}$ . C. 14.

Corpus macrolepidotum. Forma Cyprini Carpionis Rostrum protensum. Labra magna, carnosa, unum reflexum, alterum pendulum. Os emarginatum. Iris rubra. Dentes in duabus seriebus, in prima conici, in altera minuti; ossicula tuberculis plena in faucibus 3, superiora 2 oblonga et unum inferius triangulare. Linea lateralis prope caudam admodum incurvata. Radii molles 9 in pinna dorsali multo longiores aculeis 16. P. P. magnæ, rotundæ. P. C. rotundata, radiis ramosis

Pag. 34. 2. LABRUS *viridis*; *linea utrinque cærulea*.

*Turdus viridis minor*. *An verdone Salviani p. 88?*

*Turdus viridis seu Decimus*: *Rondel. Will. p. 320.*

*Pinna dorfi officulorum 30*, quorum 18 aculeata, reliqua ut in priore. Color totius corporis fere *viridis*. (b)

⊕ *Turdus niger*, *Merula Salviani*, *Will. pag. 320.*

ab hoc 2 vix differt præter Colorem. *Will. loc. cit.* (c)

⊕ *Le-*

#### ADDITAMENTUM.

mosis 14. Color in hac specie admodum variat. Vidi quosdam fordide rubros, obscuriore colore mixtos, alias eleganter striatos, præsertim circa caput, caeruleo, rubro & flavo. Plurimi huius generis variationi colorum obnoxii sunt.

*Turdus vulgarissimus*. *The Wrasse vel Old Wife. Raji Syn. 136. Willugby l. c. 319.* D.  $\frac{1}{2}\frac{5}{6}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{1}{2}\frac{3}{4}$ . C. . . .

(b) 2. *Labrus, viridis*, linea utrinque cærulea. *L. S. N. 478.*

*Turdus viridis minor*. *Willugby 320.* D.  $\frac{1}{3}\frac{8}{9}$ . P. 14. V. 6. A.  $\frac{1}{2}\frac{3}{4}$ . C. . . .

Hic similis est *Labro Tincæ*. Differt tantum colore, et numero radiorum pinnae dorsalis. Nonnulli huius speciei versus ventrem maculis cæruleis notantur.

#### Varietates.

α. *Turdus viridis*, *Garzetto*, dictus. *Willugby l. c. 320.* D.  $\frac{1}{2}\frac{5}{6}$ .

Corpus crassius & latius priore. Pinnae parum maculatae. Tuberculis purpureis circa anum.

*Labrus polyodon lamina opercularum media ferrata*. *Sæbae thes. III. 94. tab. 31. n. 3.* D.  $\frac{1}{2}\frac{5}{6}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{1}{2}\frac{3}{4}$ . C. 13. Vide *Mantissam I.*

(c) β. *Labrus Merula cæruleo nigricans*. *L. S. N.*

Autores antiqui de colore huius piscis non convenient. Alii colorem nigricantem alii indicum, alii virentem illi attribuunt. Vide *Ionstoni h. n. pis. Tit. 2. Art. 4. tab. 14. fig. 1.* Secun-

† *Lepras vel Pforus Bellonii. Will. p. 320. tab. X. 6.*

Huc quoque pertinere videtur.

Aculei 16 in pinna Dorfi. Cauda & Pinnæ Pectorales in extremo subrotundæ. Bellon. (d)

3. LABRUS pulchre varius, pinnis pectoralibus in extremo rotundis. Art. Syn. 55.

*Turdus perbelle pictus, an Pavo Salviani? Will. 322.*  
oblongus est. Color ex eoeruleo, rubro, aureo, fuscō, &c. varius. (e)

#### 4. LA-

#### ADDITAMENTUM.

Secundum Willugbejum color sit tam in dorso et lateribus, quam in ventre et pinnis omnibus niger ad cæruleum vergens, in ventre punctis variis, ut *Turdus avis. Hist. piscium. 320. tab. X. 1.*

(d) γ. *Lepras* piscis adhuc dubius et incertæ sedis est.

Corpus dodrantale, polymitum pulcherrime discolor luteo, rubro, cæruleo & viridi maculatum & cancellatum, uti pinnæ. Squamæ latæ ad oram rubent. Linea lateralis curvato-recta. Pupilla nigra, iris cæsia contorquendo variabilis colore. Cicla n. 14. Kleinii M. V. 48.

(e) 3. *Labrus, Pavo*, viridi, cæruleo, sanguineo, canoqué varius; cauda bifida. L. S. N. 474.

*Labrus, Pavo. Hasselquisti itin. n. 77. B. 6. D.  $\frac{8}{27}$ .*

P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 16.

Corpus subteres, prope caudam compressum, dorso subrecto, acuto. Caput cathetoplateum, bucculentum, ab oculis declive. Rostrum acuminatum, breviusculum. Maxillæ æquales. Labia crassa, mobilia. Dentes acuminati, teretes, parum incurvati; duo anteriores duplo longiores. Opercula br. lævia. Oculi superi. Pupilla atra. Iris cærulea, annulo rubente terminata. Gula acuminato-angulata. P. D. radii 8 anteriores duplicati, reliqui longiores ramosi. P. P. inferæ obtuse. P. V. breves, thoracicæ. P. A. longitudinalis, radiis 14 crescentibus, priores 3 aculei brevissimi. Cauda bifurca, medio plana, angulis acuminatis. Linea lat. curvato-recta.

Artedi Genera.

Gg

Anus

4. LABRUS ex flavo & cæruleo varius, dentibus anterioribus majoribus. Art. Syn. 57.

*Turdus*

ADDITAMENTUM.

Anus medius. Color varius. Rostrum cæruleo-viridescens; Caput griseum, lineis flexuosis cæruleis notatum. Gula & abdomen cana. Latera abdominis lineis transversalibus viridescens et griseis vel fulvis ornata. Fascia lucida, viridis ad initium abdominis et linea angusta concolor ante fasciam brevior. Macula lucida viridescens ante P. D. Macula flava ad radices pinnarum pector. Pinnæ dors. radius 1 viridis, 2, 3, 4 sanguinei; reliqua pars, cærulea, hinc atra et infime viridescens. P. P. canæ, apice nigricantes. P. V. canæ. Cauda ex lineis et maculis rubentibus & cæruleis composita, radiis exterioribus et angulis nigricantibus. Squamæ amplæ læves, striatæ, tenacæ. Longitudo spithamalis; Latitudo 2 pollicum. Habitat ad littora Syriæ.

Varietas.

α. Labrus, *Pavo*, viridi cæruleo, sanguineo, canoque vittatus, varius, cauda integra. Massiliensibus *Roucao*. Brünnich. ichth. 49. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 13.

Corpus oblongum, compressum. Caput luteo-viridescens, macula ante oculos saturate cærulea. Iris sinaragdina marginibus aureis. Opercula squamosa, punctis lineisque sanguineis. Labia duplicata. Dentes obtusi, uniseriati, contigui. Corpus reliquum viride lutescens, vittis 3 longitudinalibus, e maculis rubris, maioribus cæruleisque minoribus formati, pictum. Macula magna fusca supra pinnas pectorales et alia in medio caudæ ad basin pinnæ cæruleo guttatae. Guttæ cæruleo exfoletæ apparent per totum corpus sed magis distinctæ ad caudam. Caput et pectus antice albicanit. Linea lat. dorso paralela postice in sinum decurvata per medium caudæ exit. P. P. rotundatae, luteæ. P. D. infra luteo-viridis, postice saturatur, supra sordide rufescens, colore in spadiceum vergente; guttis filamentisque spinarum brevibus, lato cæruleis. P. A. rufo-spadicea, cæruleo extorsum guttata, introrsum maculata,

*Turdus major varius, praecedenti similis. Will. 322.*

Cauda in extremo plana. An vere differt à priore?  
Locus Liburni. (f)

5. LABRUS oblongus viridis, Iride aurea. Art. Syn. 57.

*Turdus viridis major. Will. p. 322.*

Pinna dorsi ossiculerum 32, quorum 19 aculeata, re-  
quae ut in ceteris. (g)

Gg 2      + Tur-

#### ADDITIONALMEN TUM.

Iata, fascia angusta luteo-viridis postice ad basin eius ducta.  
P. C. rotundata, integra obscurè rufa, guttis caeruleis puncta-  
ta. Magnitudo pedis et infra.

(f) 4. Labrus, mixtus e flavo cæruleoque varius; den-  
tibus anterioribus maioribus. L. S. N.

*Turdus major varius praecedenti similis. Willugby h. p.  
p. 322.*

Caput cæruleum, ut et cauda plana, ab extremitate ad me-  
dium, a medio deorsum flava. Dorsum in dimidio anteriore  
e fusco cæruleum, pone flavescit. Abdomen et dimidium infe-  
rius laterum flava, item P. V. et A, quarum apices cærule-  
scunt. P. D. a radio 13. versus caput cærulescit, apicibus radio-  
rum flavicantibus et ramentis cærulecentibus. Dentes unise-  
riati; anteriores longiores, quam in aliis huius generis. Lon-  
gitudo pedalis et plus. Habitat in mari mediterraneo.

(g) 5. Labrus, *Turdus*, oblongus, viridescens, ina-  
culatus, pinnae dorsalis radiis ultimis ima basi nigris. Maxi-  
lliensibus *Roucaoverd.* *Briennich. ichth.* 51. Br. 5. D.  $\frac{2}{3}$ .  
P. 14. V.  $\frac{1}{5}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 13.

Corpus oblongum, compressum. Caput ante acutum.  
Maxillæ obtusæ, æquales, Labia magna, superius duplicatum.  
Dentes validi acuti, distincti una serie, primores maiores.  
Opercula squamata integra. Iris viridi-igneæ. Linea latera-  
lis punctata, curvato-recta. Pinna dorsalis pars spinosa ra-  
mentis instructa; radii postici 2 vel 3 ad basin imam nigri (qui  
character in omnibus huius speciei est constans) P. C. rotundata  
marginé ultimo fuscescente.

Varie-

† *Turdus oblongus, fuscus, maculosus*: Will. p. 323.

Ejus-

## ADDITIONAL.

## Varieties.

$\alpha.$  *Labrus, saphyrinus*, ocellis albis rubro aut aureo cinctis; vittisque varie maculatis. *W.*

*Labrus* saturate viridis, infra lineam lateralem nitens. Abdomen magis lutescens maculis irregularibus albis, rubro marginatis variegatum; maculae in mento aureæ pupilla alba ornatae. Lineæ laterali subjacent vitta e maculis albis et rubicundis formata, infra quas aliæ similes minus distinctæ, e maculis late viridibus et albidis formatae. Magnitudo fere pedis. *Brünnich.* l. c.

$\beta.$  *Labrus, luteus*, margaritaceo maculatus; venis rubris in capite et ab domine. *W.*

Caput supra luteum, maculis rotundatis albis, rarisque nigris; color se diffundit in lateribus capitum albis, et abit in venas saturate rubras. Corpus totum supra luteum maculis rotundis albis s. margaritaceis. Venter albido argenteus, rubro venosus. P. D. et V. et A. et C. rubrae ocellis margaritaceis. P. P. luteæ immaculatae. Magnitudo fere pedis. *Brünnich.* l. c.

$\gamma.$  *Labrus viridis*. *Brünnichii* l. c.

Pinnæ omnes saturatius coloratae, exceptis pectoralibus, pallide lutescentibus, ventralibus cæruleoscentibus. Magnitudo infra pedem.

*Scarus viridis* *Gronov. zool.* 67. n. 228. Br. 5. D.  $\frac{7}{8}$ .  
P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 11.

Caput cathetoplateum, superne vix declive, planum, interme, squamosum. Maxillæ æquales, superiore extensili. Dentes crassi, æquales, curti, contigui una serie, labiis testi. Oculi magni, summi, medii. Opercula rotundata, squamosa. Truncus oblongiusculus, obesus. Linea lateralis curvato-recta. Squamæ maximæ, subangulatae. P. D. magna, inedia aculeis 17 crescentibus et 11 radiis muticis composta. P. P. haud magnæ, rotundatae, subinferæ. P. V. thoracicæ, curtae, compositæ. P. A. ossiculis 13: anteriora 3 antica brevissima,

Eiusdem forte speciei est. (h)

6. LABRUS *tetraodon virescens*, cauda bifurca, Art. Sin. 57.  
*Turdus viridis indicus*. Lister, in append. Will. p. 23.  
*Scarus Cretensis Aldrovandi*. (i)

Gg 3

7. LA-

ADDITIONALMEN TUM.

vissima, aculeata et ramentosa, reliqua imutica, longiora, ramosa. P. C. truncata. Color viridis, versus inferiora dilutior et versus dorsum intensior. Habitat in mari Massiliensi ubi *Roquas verd* vocatur. Longitudo plerumque semipedalis.

(h) 5. ♀. *Turdus oblongus fuscus*, maculosus. Willugby 323.

Color in dorso et lateribus obscurus, maculis cæruleis distinctus: in ventre cæruleus, lituris et duilibus rubris varie pictus. Cauda et pinnæ omnes, praeter P. P. flavicantes, rubræ, cæruleo punctatae.

(i) 6. *Labrus cretensis*, dentibus 4, virescens; cauda bifurca L. S. N. 474.

*The Indian Labrus*. Hill, hist. anim. p. 250.

Caput magnum et latum. Dentes 4 magni, in anteriori parte maxillarum, labiis crassis, rugosis tecti. Oculi magni, iride argentea, & pupilla ovali cærulea. Nares geminæ, anteriores rotundæ, posteriores oblongæ, transversæ. Dorsum elevatum, latera convexa et abdomen planum. Color sature viridis, qui in summo dorso nigrescit, et versus abdomen sensim pallescit. P. D. radios 30 continet, inter quos 14 pungunt. P. P. breves, obtusæ. P. C. magna bifurca. Habitat in India orientali et archipelago. (Unde Auctor descriptionem desumserit, non indicat.)

*Turdus viridis indicus* Listeri apud Willugby in Append. 23.

Aridus piscis 13 digitos longus est; cauda forcipata. Caput et ad latera post branchias ex fusco viride, cætero ex flavo virescit. Utraque maxilla in bina ossa diducitur more quorundam orbium. E superiore autem maxilla extrinsecus oriuntur utrinque quini denticuli acuti singulo ordine. Item ossa inferiores

7. LABRUS *palmaris varius*, dentibus duobus majoribus maxillæ superioris: Art. Syn. 53.  
*Iulis austorum*. *Donzellina* & *Zigurella Italica*.  
 Pinna dorsi officulorum 21. Pectorales 14. Ventrals 6. Ani 14. Cauda in extremo æqualis. Iris rubra. Locus Genua &c. (k)

8. LA-

## ADDITAMENTUM.

rioris maxillæ multis minutis dentibus serratis donantur. At extra eadem quoque plurima exigua tubercula ex quincunce posita habent. Squamæ maximæ, inter quas una series longitudinalis quasi foliacea in medio existit.

*Scarus, cretensis*, pinna dorsi inermi *Bloch. N. A. F.* IV. 23. tab. 220. Br. 4. D. 20. P. 16. V. 6. A.  $\frac{1}{2}$ . C. 18.

Vide nova genera Gronovii.

## Varietas.

α. *Scarus cretensis Aldrovandi*. libro I. cap. 2. tab. 1. fig. 4. et *Bellonii*.

Corpus ex livido rubrum, squamis latis, translucidis. Cauda et pinnæ obtusæ. Appendices transversæ, eminentes ad caudæ latera. Caput compressum. Dentes obtusi.

*Sargus* ventre et dimidio capite inferioris partis lutescente; dimidio corpore dorsum versus ex fusco viridi; iride viridi, lata; cauda circinata; duobus osseis eburneis latis, parumper serratis in utraque mandibula, dentium loco. *Kleinii M. V.* p. 58. tab. 10. fig. 3.

*Callyodon* capite subobtuso; cauda truncata *Gronovii zooph. n. 245*. Vide *Nova genera Gronovii* in sequentibus.

(k) 7. *Labrus, Iulis*, lateribus cœruleoscentibus; vitta longitudinali fulva, utrinque dentata. *L. S. N.* 476. *Mus. Ad. Fr. II.* 35. Br. 6. D.  $\frac{9}{2}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 15. C. 12.

Caput compressum, nudum. Dentes in maxillis acuti; primores 4 maiores, inferiores 2 maiores. Corpus oblongum, supra fuscum, subtus glaucum. Fascia ab oculis ad caudam fulva, utrinque repando-dentata, latere cœruleoscente. P. D. rad. 21. primis 9 subspinosis; pinna altior antica apice san-

8. LABRUS *màxilla inferiore longiore, cauda bifurca, lineis utrinque transversis nigris.* Art. Syn. 53.

Sachet-

ADDITIONALMENTUM.

sanguineo. P. P. rad. 13. P. V. rad. 6. primo subspinoso. P. A. rad. 15 flavescentes, linea longitudinali sanguinea in medio pinnæ. P. C. rad. 12 rotundata. Habitat in America.

Labrus, *Iulis*, Massiliensibus *Girelle*. Brünnich. *Ichth.*  
54. Br. 6. D.  $\frac{2}{27}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 14.

Corpus oblongum, angustum, subcompressum. Opercula nuda: Iris splendide fulva. Vitta lata, fulva, utrinque dentata, a rostro ad caudam ducta. Color dorsi obscure viridis, in lateribus magis cærulescens ad vittam, præsertim in capite cæruleus. Pars inferior piscis alba. Apex operculis cæruleus. P. P. et V. pallidæ. P. A. pallida, obsolete fulva, aliqua angustiori prope basin notata. P. C. lutea margine fasciisque cærulecentibus. Linea lat. dorso paralela, postice sinuose descendens per medium caudæ excurrit. Magnitudo 4 pollicaris.

Varietates.

α. Labri Iulidis varietas Brünnich. l. c. Br. 6. D.  $\frac{2}{27}$ .  
P. 13. V. 6. A. 15. C. 12.

Corpus longitudinaliter dimidiata rubrum. Vittæ vestigium vix apparet ullum. P. C. viridis. Operculorum apex cæruleus ut in antecedente, cum quo in reliquis convenit.

β. Mænas macula pallide purpurea in lateribus; membranis branchiostegis, gutture, ventre que ad usque pinnam ani pariter purpurascentibus. E medio laterum ad caudam usque linea lata utrinque sinuosa: rostro brevi; superiori mandibula parumper adunca; cauda circinata; iride alba, flavedine infecta Kleinii M. V. 45. tab. 8. fig. 7.

γ. Mænas intense flava; iride aurea; sub linea crocea quasi ferrata (in formam Ziczag) linea ex violaceo-nigricante, longa, coniformi, utrinque in oris leniter cærulea: summo capite, dorso caudaque umbratilis; ad angulum branchiarum albo puncto notata, Kleinii M. V. 45. n. 4. tab. 8. fig. 8.

δ. Zi-

*Sachettus Venetorum.* Will. p. 326.

Forte *Channa* & *Chanadella austorum*.

Pinna dorsi ossiculorum 21, quorum 10 aculata. Pectorales 13. Ventrals 6. Ani 9. (1)

9. *LABRUS ex purpureo, viridi, cæruleo & nigro varius.*  
Art. syn. 55. (m)

*Scarus*

ADDITIONAL.

8. *Zigurella, Cetti h. n. Sard.* III. 132.

Corpus 3 uncias longum, dorso castaneo, abdomine albo. Vitta lutea, recta longitudinalis, non dentata; aliaque alba juxta illam latera ornantur. Cauda integra; Anus medius. Macula cærulea in operculis. Iris dilute rubra. Pinnæ obsolete rubro vel flavido tinctæ sunt.

(1) 8. *Labrus, Hepatus, L. S. N.* 474.

*Sachettus Venetorum* Raji 139. Willughby. 326. D.  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{2}$ .

P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{9}$ . C. . . .

Pisciculus  $2\frac{1}{2}$  digitos longus. Percæ fluviatili, figura, colore et annulis transversis nigricantibus similis. Os satis amplum; rostrum acutum; Mandibula inferior superiore productior, utraque denticulis aspera. Oculi velamento laxo obtecti. Irides argenteæ. P. V. nigricant. Dorsi pinna post radios spinosos parte superiore macula atra insignitur. Cauda forcipata, lineis transversis aureis varia, Squamæ minusculæ. Opercula squamosa.

(m) 9. *Labrus, varius, ex purpureo, viride, cæruleo nigroque varius L. S. N.* 480.

Inter dubios pisces adhuc referendus.

10. *LABRUS, trichopterus.* *Der Lipfisch mit borstähnlichen Bauchfinnen.* Pallas, Spic. VIII. 45. D.  $\frac{4}{1}$ . P. 9. V. 1. A.  $\frac{4}{2}$ . C. 16.

Corpus compressum, oblongum versus anum cultratum. Linea lateralis curvato-recta. Anus prope peclis. Caput parvum, omnino squamosum. Rictus parvus, ascendens: Maxillæ mobiles, scabré. Oculi aurei. Opercula rotundata, squamosa margine cutaceo. P. P. tenues, pallidæ 9 rad. Loco pinnæ

*Scarus varius Auctorum. Willoug (hunc non vidit.) p. 306.  
XXVIII. SPA-*

## ADDITAMENTUM.

pinnæ ventralis adest radius singularis, setiferinis, longissimus, pinnam caudæ attingens, fibris subtilibus ad basin coniuncta. P. D. ad basin squamosa colore obscuro. P. A. longitudinalis, retrorsum crescens. P. C. solitaria, bifurca lobis rotundatis. Color piscis subfuscus, pallidioribus lineis undulatus; in capite adhuc pallidior, castaneo maculatus, pinnis posterioribus magis obscurus. P. A. et C. punctis albidis conspersæ. Praeterea in medio laterum corporis itemque in initio caudæ ocellus niger iride alba cinctus conspicitur. Longitudo 4 circiter unciarum et latitudo 14 linearum.

Sparus duabus utrinque maculis notatus; primo pinnum ventralium radio longissimo, astaci antennam referente Koelreuteri, in Nov. Comm. Petrop. IX. 452. tab. 10. fig. 1. D.  $\frac{5}{3}$ . P. 11. V. 4. A.  $\frac{10}{3}$ . C. 18. Vide tabulam I. fig. 1. pone annexam.

11. *LABRUS, Oeyena*, corpore argenteo; radiis dorsibus 2—5 subinerimibus *Forskål*. l. c. 35. Br. 6. D.  $\frac{9}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{7}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.

Color argenteus: pinnæ glaucae. Angulus dorsalis anterior margine niger. Dentes numerosi, brevissimi. Labia æqualia; superius sponte prolabens. Opercula integra, anteriores squamulata. Spina dorsi prima et ani prima per brevevis Spina D. secunda, reliquis longior, latior, vix pungens; 3, 4, 5. sensim decrescentes, reliquae rigidiores, decrescentes. Spina ani tertia longior quam secunda. Ramenta exilia post spinas dorsales. P. C. bipartita, lobis lanceolatis. Linea lat. dorso propior ac fere paralela, in cauda super medium et recta. Dorsum incurvum. Adomen rectum. Corpus totum oblongum, ad 5 uncias. Venter planus. Nares simplices. Cauda surgens. P. D. et A. membrana erecta septæ. Squamæ latæ, rotundatae, in medio striis elatis convergentibus.

## Varietas.

α. *LABRUS Gasa* vittis rubris interruptus. *Forskål* l. c. 35.  
Priori maxime affinis.

## ADDITAMENTUM.

**12. LABRUS, Anthias, totus rubescens; cauda bifurca.**  
*L. S. N. 474. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ .*

Opercula ferrata.

*The Matton Wrasse. Pennant. arch. zool. suppl. 123.*

Irides rubræ. Sumitas capitis obscura. Opercula purpurea. Corpus superne a rufo fuscum, in lateribus rubrum; in abdome albidum, rubello mixtum. P. D. castanea, reliqua rubræ. P. C. Valde bifurca. Longitudo sesqui pedalis.

*The Mattoni fish. Catesby II. tab. 25.*

Synagris capite superne fusco, inferne e violaceo et rubro nubeculato; dorso elato; pinna dorsi spinosa badei coloris; ventrem versus rubens super albo; iride cinnabrina; ore sat amplio; simplici serie acutissimorum dentium; pinnis branchiabilis, unica ventrali una post anum et cauda lata divisa rubris.  
*Kleinii M. V. p. 53. n. 17.*

**13. LABRUS, opercularis, cauda bifida, corpore fasciis 10 maculaque operculorum fuscis.** *L. S. N. 474. Amoenit. acad. IV. 248. D.  $\frac{1}{2} \frac{3}{5}$ . P. 11. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{1}{2} \frac{5}{6}$ . C. 16.*

Corpus lividum fere uti paralelogramma extensum, fasciis transversis plus, quam 10 fuscis. Caput a tergo maculatum et macula fusca ad extremitatem operculorum. P. D. apice in setam exit. Radius secundus P. V. in setam quoque exit. P. C. bifida.

**14. LABRUS, lunulatus, fusco-virescens; fasciis obscurioribus; squamis singulis fascia terruginea; capite, pectore que rubro-gattato; lunula operculi pone fulva.** *Arabis Abu-djubbe. Forskål I. c. 37. n. 34. Br. 5, D.  $\frac{2}{5}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 13.*

Cum Scaro purpureo adeo congruus. Huic oculi iride fusco-virente. Nares non conspicuae. Caput compressiusculum, fusco-viride, guttis obscure rubris. Opercula squamis laxis, singulis gutta rubra versus basin. In margine operculi posterioris in membrana, lunula fulva retrospiciens, utrinque obtusa, colore nigro cincta. M. branch. virescens pone iuxta caput maculis duabus fulvis. P. D. & A. tota basi squamis erectis utrinque septæ. P. A. utrinque tribus squamis ovatis, maximis, liberis.

## ADDITIONAL.

liberis. P. pect. rotundatæ, flavæ, reliquæ virides; interstitiis radiorum vel rubris vel rubro maculatis. Dorsum parum curvum. Abdomen rectum. Inter-p. ventr. membrana lanceolata, obtusa, pinna dimidio brevior. Squamæ latæ, integræ, striis excavatis, divergentibus & versus basin linea transversa, obscure-violacea. L. lat. prior incipit a lunula prope caput; terminatur sub fine p. dorsi; dorso parallela: altera, ante prioris finem incipit, tenditque recta per medianam caudam. Cauda rotunda. Spinæ ani gradatim longiores, crassiores.

*Varietas.*

Eadem species fine lunula fulva; lineis circa oculos radiantibus, rubris, longis.

15. *LABRUS, auritus*, cauda bifida; operculis branchiarum pinniformibus. *L. S. N. 475.* Br. 6. D.  $\frac{5}{2}$ . P. 15. V. 6. A.  $\frac{3}{3}$ . C. 17.

Cauda biloba. Irides luteæ. Opercula apice membranaceo elongato, obtuso nigro. Habitat in Americae septentrionalis aquis dulcibus.

Perca fluviatilis gibbosa, ventre luteo. *Catesby II. tab. 8. fig. 3.*

*The yellow bellied Pearch.* *Pennant. art. zool. suppl. 126.*

Corpus longitudine palmæ. Color supra obscurus, in lateribus indicus in abdome flavus, in operculis cæruleus striis subflavis transversis et in extremitate macula rubra aliaque nigra approximata. P. P. et D. et A. et C. fuscæ, ventrales autem flavent. Habitat in lacubus Carolinæ et Virginie.

16. *LABRUS, rufus*, cauda lunata; corpore toto fulvo. *L. S. N. 475.* D. 23. P. 17. V. 6. A. 12. C. 16?

*Turdus flavus.* *The Hogfish.* *Catesby II. tab. 11.*

Corpus oblongum fere bipedale. Color totius pisces pinnarum et oculorum aurantius. Caput suillo capiti simile, rostro acuto. Maxillæ æquales; superior cartilaginea emissicia. Dentes acuti maiores 4 in apice maxillæ superioris et 2 similes oppositi in inferiore maxilla; sequentes minores arcti, acuti. Pinna dorsalis semilongitudinalis, aculeis 16 et uno radio mucro composita. Reliquæ pinnæ acuminatæ, multo longiores

## ADDITAMENTUM.

res quam latæ, muticæ. Aculei tres distincti ante pinnam analem prostant. P. C. paralelogramma, bifurca in medio truncata, flava, radiis violaceis subæqualibus, excepta extima utrinque, multo longiore.

Cicla n. 12. *Kleinii M. V.* pag. 48.

17. *LABRUS, lunaris*, - pinna caudali medio truncata, dorsali anique linea purpurea, labiis plicatis. *L. S. N.* 474. *D.*  $\frac{8}{22}$ . *P.* 15. *V.*  $\frac{2}{6}$ . *A.*  $\frac{2}{7}$ . *C.* 16.

*Labrus capite obtuso, purpurascente; cauda bifurcata, in medio truncata Gron. zooph. n. 242. Mus. II. n. 180. tab. 6. fig. 2. Belgis Gaffelstaart. Index M. Gron. 27. Br. 6. D.  $\frac{8}{22}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{7}$ . C. 14.*

Corpus oblongum, compressum, macrolepidotum. Caput cathetoplateum, declive, ante subacutum, alepidotum. Maxillæ æquales. Dentes, uniseriati, anteriores maiores, labiis tecti. Oculi superi, ori propiores. Pupilla cærulea. Iris argentea. Opercula lævia, pone subacuta. Dorsum subrectum, carinatum. Abdomen convexum. Linea lat. arcuato-recta, lineolis elatis, ramosis composita. P. D. semilongitudinalis retrorsum crescens, radiis 22, quorum 8. anteriorum aculeatorum unusquisque alium radium muticum in basi adnatum habet. P. P. inferæ, oblique adscendentes, magnæ muticæ. P. A. semilongitudinalis, 3 aculeis et 14 radiis ramosis composita. P. C. bifurca, radiis 14 ramosis subæqualibus, præter aliquot lateralia longissima. Color corporis cinereus, macula oblonga, transversali in singulis squamis varius; ad caudæ radices rufus. Caput purpureum est ut et opercula, quæ obliquis, albicantibus lineis versus anum directis, insignita sunt. P. D. et P. P. et P. A. linea longitudinali, quandoque et transversali purpurea ornatae sunt.

*Labrus polyodon capite cæruleo, cauda bifida. Seba thes. III. 96. tab. 31. fig. 7. D.  $\frac{8}{22}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{7}$ . C. 14. Vide Mantissam I.*

*Labrus, zeylanicus, Belgis Papegaay-visth, Forsteri zool. indic. p. 24. tab. 13. fig. 3.*

Corpo-

## ADDITAMENTUM.

Corporis forma antecedenti persimilis, præter colorem qui in illo, vini spiritu conservato, forte expalluit. Caput huius est cæruleum, et opercula viridia, lineis purpureis pluribus eleganter variegatum. Mediam pinnam pectoralem occupat purpurea macula, margine cæsio cincta. P. D. et A. e purpureo pallide cæruleæ viridi marginatæ et linea longitudinali purpurea in medio ornatæ. Cauda lunata, medio flava, ad utrumque latus rubro striata, basi cærulea. Totum corpus colore viridi; sub jugulo et ventre ad anum coloris pallide purpurei. Longitudo sesqui pedalis.

*Varietas.*

$\alpha.$  *Labrus, torquatus.* Belgis *Nekband, Index Mus. Gron.* p. 27.

*Labrus* capite subobtuso: cauda bifurca, in medio truncata; collari, nigro marginato, transversali post caput. *Gronov. zooph.* n. 143.

Convenit omnino cum *Labro lunari*, respectu corporis, pinnarum, squamarum et lineæ lateralis. Discrepat tantum collari albicante, quod ab exortu pinnæ dorsalis versus pinnas ventrales ductum, latum, utrinque atro terminatum est, quo colore radii antici aliquot pinnæ dorsalis inficiuntur. Habitat in oceano circa insulas Antillas.

18. *LABRUS Chanus*, cauda bifida; capite utrinque rivulis tribus cærulecentibus; quadrato cæruleo sub oculo. *Forskål* l. c. 36. D.  $\frac{1}{2} \frac{9}{5}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 17.

Colore dorsi fuscus, ventris albidus. Sub oculo rectangulum cæruleum. Subter lineæ lateralis dimidium fuscum, linea alba; dimidum inferius album linea gemina, lata rufescente et alia inferiore sordida. P. P. et V. et A. flavæ; D. et C. maculis rubris adspersæ. Maxilla inferior longior. Inter oculos duæ lineæ impressæ, longitudinales, pone divergentes. Opercula anteriora margine pone ferrata; posteriora pone tridentata, ante marginem. Linea lateralis prope dorsum sursum incurva. Cauda leviter forficata.

19. *LABRUS, falcatus*, pinnæ dorsali analique radiis quinque primis inermibus falcata. *L. S. N.* 475. D.  $\frac{7}{27}$ . P. 17. V. 5. A.  $\frac{3}{20}$ . C. 20. Hh 3 Corpus

## ADDITAMENTUM.

Corpus latitudine Bramæ, argenteum. Radii primi 5 e molibus dorsalis-analisque elongati, sequentibus æqualibus; unde hæ pinnæ falcatae. Dentes acuti sunt. P. V. parvæ. Habitat in America.

20. LABRUS, *lunulatus*, fulco - virescens; fasciis obscurioribus; squamis singulis fascia ferruginea: capite pectoreque rubro-guttato; lunula operculi pone fulva. *Forskål l.c. p. 37.* Br. 5. D.  $\frac{9}{20}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{12}$ . C. 13.

Caput compressiusculum, fusco - viride guttis obscure rubris. Oculi iride fusco - virenti. Opercula squamosa, rubro guttata. In margine operculi posterioris in membrana lunula fulva nigro cincta. Membrana branch. virens pone juxta caput maculis 2 fulvis. P. D. & A. basi squamis erectis septæ. P. A. utrinque squamis ovatis maximis, liberis. P. P. rotundatae flavæ; reliquæ virides. Interstitiis radiorum rubro maculatis. Dorsum parum curvum. Abdomen rectum. Squamae latæ, integræ, striatæ, et versus basin linea transversa violacea insignitæ. Linea lateralis interrupta: Prior pars dorso parallela, posterior recta in medio caudæ. Cauda rotundata. Spinae ani gradatim longiores et crassiores. Habitat in mari rubro.

21. LABRUS, *suillus*, pinna dorsali, ramentacea; macula nigra supra caudam; spinis dorsibus 9. *L. S. N. 476.* *Itin. Westgoth. 179.* Br. 5. D.  $\frac{9}{7}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 14.

Opercula squamosa. Dentes acuti, primoribus maioribus. Iris rubicunda. Corporis color subvirescens. Linea lateralis iuxta dorsum ad caudam curva. Facies Percæ. P. D. constans rad. 9. acutis et 18 secundariis, longioribus mollioribus. Ubi radii rigidi, ibi membrana connectens post singulos aculeos exit in acumen molle. P. P. rad. 13, primo integro molli. P. V. squama-lata connexæ rad. 6, primo acuto. P. A. rad. 10. tribus primis crassioribus, acutis. P. C. integra rad. 14. Macula nigra ad finem dorsi, ubi cauda incipit.

Labrus, *suillus*. Norwegis *Blagylta*. *I. C. Fabricii itin. p. 74.* Br. 6. D.  $\frac{9}{6}$ . P. 15. V. 6. A.  $\frac{3}{5}$ . C. 13.

Corpus

## ADDITAMENTUM.

**Corpus oblongum.** Caput ore ovato; dentibus uniserialis, acutis, subincurvis. Oculi nigri, annulis flavescentibus. Membrana. Br. rad. 6. P. P. rad. 15. P. V. rad. 6. P. A. 15 prioribus 3 subspinosis. P. D. longitudinalis rad. 30, anticis spinosis. P. C. rad. 13. Color fuscus, lineis plurimis, undatis, cæruleis. P. V. et P. et C. rufæ, apice cæruleæ. P. D. rufa antice basi, postice maculis cærulæs.

22. **LABRUS, striatus,** pinna dorsi ramentacea lineis albis, fasciisque *L. S. N. 476. Mus. Ad. Fr. II. p. 77.* Br. 6. D.  $\frac{10}{2}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 12.

Dentes parvi, sparsi. Opercula br. vix manifeste ferrata. Corpus luteo-fuscum immaculatum. P. D. radiis 21, primis 10 spinosis, ramento cutaceo. Fasciæ longitudinales albæ et fusce. Interstitia radiorum inferne squamosa. P. C. integra radiis 12 basi squamosis.

23. **LABRUS, lineatus,** striis transversis variis, et linea subcærulea in capite pictus; cauda truncata. *W.*

Labrus transversum striatus; maxillis æqualibus, capite subacuto; cauda truncata *Gron. zooph. n. 239. Mus. ichth. II. n. 182.* Br. 5. D.  $\frac{8}{2}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 14.

**Corpus macrolepidotum.** Linea lateralis curvato-recta. Pinnæ ventrales parvæ approximatæ. Cauda subæqualis. Anus medius. Color subobscurus nigro-bruneus, lineolis transversalibus tum bruneis tum flavescentibus utrinque varius. Item nonnihil cærulei hic illic in lineolis flavescentibus conspicitur. Ad latera capitis utrinque linea longitudinalis cærulescens.

24. **LABRUS, linearis,** oblongus; pinnæ dorsalis radio ultimo inerimi *L. S. N. 479. Amoen. I. 315.* Br. 6. D.  $\frac{20}{2}$ . P. 12. V. 6. A. 15. C. 12.

Caput compressum, lœve. Dentes parvi, interiores laterales longiores. Corpus compressum, album, longum, squamosum. Linea lateralis curvato-recta, P. D. longitudinalis, ultimo radio, bifido, molli. P. P. lanceolatæ. P. V. thoracica, lanceolatæ. P. A. rad. 15, primus brevissimus. P. C. integra.

## ADDITAMENTUM.

25. *LABRUS, paroticus*, cauda integra, linea laterali curva; pinnis rufis; operculis cyaneis. *L. S. N.* 476. *Mus. Adolph. Fr.* II. 76. *D.*  $\frac{9}{24}$ . *P.* 12. *V.* 6. *A.* 14. *C.* 14.

Caput laxe. Macula cyanea ad apices opercularum. Dentes acuti, primores 2 s. 4 maiores, arcuati. Corpus lineare, crassitie digitii, nudum, supra griseum; in medio rufum, versus abdomen pallidum. Linea lateralis curvato - recta. *P. D. et A. et C. rufæ.* Habitat in India.

26. *LABRUS, ramentosus*, fusco - virescens; ramentis spinarum dorsarium primarum, radio duplo longioribus. *Forskål* l. c. p. 34. *Br.* 5. *D.*  $\frac{9}{24}$ . *P.* 13. *V.*  $\frac{1}{6}$ . *A.*  $\frac{3}{13}$ . *C.* 12.

Corpus lanceolatum, macrolepidotum. Labia æqualia; superius protractile. Dentes unius seriei, parvi, recti, contigui, in medio utriusque maxillæ, extra hunc ordinem dentium, sunt incisores 4, remoti, aliquis dentibus quadruplo maiores, subulati, incurvi, extimi maiores, curvati. Iris flava superne et inferne fusca. Pupilla atra, oblonga annulo marginali miniato. Opercula anteriora valde dentata posteriora inermia utraque squamata. Linea lateralis curvato - recta, sursum ramulosa. Color totius fusco - virescens; pinnæ magis rubent, lituris violaceis. Sub oculis lituræ violaceæ et in vertice.

*Varietas.*

Piscis hic antecedenti tota quidem structura simillimus; sed colore magis virente; ramentis spinarum brevibus et radiis pinnæ dorsalis spinosis 10. *Forskål* ibidem.

27. *LABRUS, Perdica*, cauda æquali; vertice glabro; dorso recto, vittis utrinque dentatis. *Forskål* l. c. p. 34.

Dentes medii maximi. Caput dimidio superiore fuscum, inferiore albo - rufescens. Opercula inermia in angulum rotundatum, apice cæruleum exeunt. Ad basin pinnarum pectoralium macula cærulea. *P. D. et A.* rubicundæ. *P. V.* totæ, liberæ. Radii pungentes dorsales flexiles. Linea lateralis continua, superne ferrato - dentata. Vitta alba dentata per medium lata; Alia superior, obsoleta, dentata, obscure - testacea, sub illa linea flava, lata. Dorsum rectum, abdomen curvatum. Confer *Labrum Iulidem*.

## ADDITAMENTUM.

28. LABRUS, *infuscus*, linea atra longitudinali in lateribus; cauda æquali. *W.*

Labrus ex livido bruneus; capite subacuto; cauda truncata; linea longitudinali atra in lateribus. *Gronov. zooph.* n. 238. D.  $\frac{9}{2}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 12.

Color totius ex lividobruneus versus inferiora pallidus. Dentes labiis laxis techi, prominentes, incurvati, acutissimi; anteriores maximi. Maxilla inferior superiore brevior. P. D. longitudinalis. P. V. approximatæ thoracicæ. P. A. longitudinalis. Cauda æqualis. Habitat in mari mediterraneo.

29. LABRUS, *leucurus*, rufus, albido maculatus; cauda subrotunda, albo marginata; macula nigra ad basin pinnarum pectoralium. *W.*

Labrus maxillis æqualibus; capite acuto; cauda subrotunda; marginibus albis, macula nigra ad pinnas pectorales. *Gron. zoophyl. n. 240. Mus. ichth. II. p. 28. n. 183.* D.  $\frac{9}{2}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 14.

Color rufus versus abdomen pallidior, in lateribus utrinque maculis albidis, lineas indistinctas longitudinales efformantibus, varius. Cauda maculis subrufis variegata, margine albido, sicut pinna ani circumdatur.

Labrus polyodon varius; macula cœrulea ad basin pinnarum pectoralium. *Sebæ thes. III. tab. 31. n. 6.* Vide *Mantissam primam.*

30. LABRUS, *ocellaris*, pinna dorsali ramentacea; ocello in medio ad basin caudæ *L. S. N. 477. Mus. Ad. Fr. II. 78. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{4}{4}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 13.*

Dentes paraleli. Ocellus niger in medio ad ipsam basin caudæ. P. C. integra.

31. LABRUS, *ocellatus*, virescens; ocello coccineo, pone utrumque oculum. *Forskål l. c. p. 37. D.  $\frac{1}{2} \frac{4}{4}$ . P. 11. V.  $\frac{1}{6}$ . C. 15.*

Color viridis, Rivuli cœrulei per totum caput transeuntes. Pone oculos in operculis macula obscure cœrulea, oblonga, obliqua, cincta margine coccineo. Linea coccinea supra et infra hunc oculum, qui auriculam meutitur. Opercula br. ante

## ADDITAMENTUM.

teriora pone truncata, ferrulata, infra integra; posteriora pone inermia. Cauda post. P. D. et A. linearis. Linea lateralis curvato-recta. Dorsum fuscō flavescens. Corpus subovatum. Habitat Smirnæ.

32. LABRUS, *marginalis*, subfuscus, margine pinnarum dorsi, pectoraliumque fulvo *L. S. N.* 476.

Labrus, *marginalis*, pallide fuscus; margine pinnarum dorsalium pectoraliumque fulvo. Hispanis *Mero*; *Loeflingii itin.* p. 149. D.  $\frac{2}{4}$ . P. 17. V. 6. A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Cauda æqualis truncata. Habitat in oceano Atlantico.

33. LABRUS, *punctatus*, pinna dorsali ramentacea; lineis paralelis, fuscō punctatis. *L. S. N.* 477. *Mus. Ad. Fr. I.* p. 66. tab. 31. fig. 65. Sub nomine *Scianæ punctatæ*. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{6}{7}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.

Corpus ovatum, griseum. Lineæ longitudinales plures, obsolete pallidæ, punctis fuscis. Narium foramina cylindrica. P. V. radiis 6, lanceolatæ, longæ, radio primo spinoso, secundo et tertio elongato. P. C. rotundata.

Labrus bruneus. *Gronovii a Linnaeo* allegatus, ad Sparos relatus est.

34. LABRUS, *chinenis*, pinna dorsali ramentacea; corpore livido; vertice retuso. *L. S. N.* 479. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{5}{2}$ . C. 12.

35. LABRUS, (*Gartetto*) *polyodon*; lamina opercularum media ferrata *Sebae thes. III.* p. 94. tab. 31. n. 3. D.  $\frac{1}{2}\frac{5}{7}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 13.

Color corporis flavescens, maculis nigrescentibus sparsis variegatus. Vide *Mantissam I.*

36. LABRUS, *Melops*, pinna dorsali ramentacea, anque variegata; Lunula fusca pone oculos. *L. S. N.* 477. *Mus. Ad. Fr. II.* p. 78. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{6}{7}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 12.

Opercula branchiarum ciliata S. pectinata. Labia mobilia. Dentes paraleli. Macula fusca pone oculum. P. C. integræ. Habitat in Europa australi.

37. LABRUS, *exoletus*, pinna dorsali ramentacea; corpore lineis cæruleis, pinna ani spinis 5. *L. S. N.* 479. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{5}{2}$ . C. 13.

*Berg-*

## ADDITIONAL.

*Berg-Gylte* no. 3. *Stroem.* Söndm I. 267.

Corpus spithameum, e flavo spadiceum, lineis cæruleis crassis, distinctum. Pinnæ lubricræ, punctatæ. Oculi cærulei, iride rubra. Dentes acuti, tenues in utraque maxilla. Membrana branch. radiorum 4. P. D. continet 25 radios, quorum 18 acuti ramento aucti sunt. P. V. radior 6. quorum primus aculeus est. P. A. rad.  $\frac{1}{2}$ . P. P. 13. P. C. 14.

*Labrus, cæruleus*, lineis, maculisque cæruleis. *Le Pois bleu.* Danis. *Blaafstaal.* *Ascanii icon. rer. nat.* Tab. 12. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}\frac{1}{4}$ . C. 14.

38. *LABRUS, Rone*, pinnae dorsi ramentacea, rubra; maculis lineisque viridibus. *Mülleri, zool. Dan. prodr.* p. 46.

*Rone* Norwegis, Danis *Strandkarusse.* *Ascanii icon. rer. nat.* tab. 14. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{1}{2}$ . C. 14.

Cum autor descriptionem omisit, illam qualemunque secundum imaginem faciam. Piscis est spithameus, squamosus compressus, oblongus, ante acutus, pone angustior et rotundatus. Caput a nucha declive, inferne adscendens. Rictus parvus, assurgens, labrosus. Linea lateralis suprema, arcuato-recta, dorso paralela. Anus medius. Pinnæ omnes obtuse. P. D. longitudinalis, retrorsum crescens, composita. P. A. dorsali similis. P. P. subinferæ, latæ, rotundatae. P. V. thoracicae. P. C. magna, distincta, rotundata. Color fundamentalis capitis et dimidii superioris sanguineus, qui in capite lineis latis, viridibus, rivatim confluentibus, et in trunco punctis majusculis viridibus distinctus est: in dimidio inferiore subcæruleus et gilvus, punctis sanguineis et cæruleis varius. P. D. et P. A. virides tribus tæniis sanguineis ornatæ. P. V. cæruleæ, una tantum tænia sanguinea transversim insignitæ. P. C. subcærulea, sanguineo marginata, duabus fasciis transversis albis et una viridi immedia maculisque quatuor sanguineis notata. P. P. cæruleo-flavidae sanguineis punctis varigatae. Habitat ad littora Norvegiae.

39. *LABRUS, gibbus*, cæruleo aurantioque varius, cauda rotundata; macula supra oculos semilunari obscura. *Gmelini L. S. N.* 1295.

## ADDITAMENTUM.

*The gibbous Wrasse.* *Pennant. br. zool. III. 250.* D.  $\frac{1}{2} \frac{5}{6}$ .  
P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. . . .

Corpus 8 uncias longum et 3 uncias latum, dorso valde arcuato, carinato. Caput parvum superne admodum declive. Dentes ut in aliis sui generis. Oculi mediocres. Supra illos macula semilunaris obscura apparet. Operculum inferne subtilater serratum. Cauda magna in fine rotundata. Linea lateralis versus caudam incurva. Squamæ magnæ opercula et corpus tegunt. Color e cœruleo et aurantio eleganter variegatus, in lateribus magis maculatus, prope dorsum aurantio striatus. P. D. et A. thalassinæ, nigro maculatæ. P. V. et C. lâte virides. P. P. flavæ, ad basin lineis transversis rubris notatæ.

40. *LABRUS, bimaculatus*, pinna dorsali ramentacea, macula fusca in latere medio et ad caudam. *L. S. N. 477.*

Scianæ bimaculata. *Mus. Ad. Fr. I. 66. tab. 31. n. 66.*  
Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{5}{6}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{4}{2}$ . C. . . .

Corpus pallidum. Macula fusca rotunda in medio pisco utrinque. Macula fusca in basi superiore radiata caudæ. Linea lateralis curvata. Opercula br. squamosa. Membrana branch. radiis 5. P. D. radiis 26 primis 15 spinosis, secundariis 11 apice cutaceo auctis. P. P. radiis 15. P. V. radiis 6, primo spinoso, secundo et tertio in fetam desinentibus. P. A. lanceolata radiis 12, primis 4 brevibus, spinosis, reliquis molibus longioribus.

41. *LABRUS, rupestris*, pinna dorsi ramentacea; antice macula fusca *L. S. N. 478.*

Scianæ rupestris. *Mus. Ad. Fr. I. 65. tab. 31. fig. 7.*  
Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{7}{6}$ . P.  $\frac{1}{4}$ . V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 13.

Corpus griseum. Macula fusca ad basin marginis superioris caudæ. Opercula squamosa. Dentes sparsi in ore. Majores in antica parte maxillarum, præsertim in superiore maxilla. P. C. æqualis.

*Soe - Karudse* Norwegis. *Stroem Söndm. I. pag. 291.*  
D.  $\frac{1}{2} \frac{7}{6}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. . . .

Corpus  $1 \frac{1}{2}$  spithamam longum et 4 uncias latum. Carassio stagnali simile. Dentes acuti; incurvi primiores reliquis maio-

## ADDITIONAL.

maiores. Pupilla cærulea, iris alba. Cauda rotunda, macula parva nigra prope dorsum notata. Macula alia paulum maior nigra supra primores radios pinnæ dorsalis conspicitur.

*The Goldfinny Cornubensium.* *Raji syn.* p. 163. tab. 1. fig. 3. rudis. *Pennant. br. zool.* III. 251. tab. 47. n. 121. D.  $\frac{1}{2} \frac{6}{5}$ . P. 14. V. 6. A.  $\frac{3}{4}$ . C. . . .

Piscis parvus palmam vix superans. Macula nigra juxta caudam notatur. Pinnæ dorsalis radii priores nigro tincti. Maculam nigram aliam ad anum Pennant annotavit. P. C. rotundata.

*Labrus, cornubius,* macula prope caudam magna; pinnæque dorsalis radiis primis nigris; cauda æquali. *Gmelini L. S. N.* 1297.

*Lutjanus, rupestris,* radiis spinosis 17 in pinna dorsi. *Bloch N. A. F.* IV. 117. tab. 250.

*Perca, rupestris,* pinna dorsi ramentacea, antice macula fusca. *Mülleri zool. dan. fasc.* III. tab. 15.

42. *LABRUS, Onitis,* pinna dorsali ramentacea; abdome cinereo, fusoque maculato. *L. S. N.* 478. *Mus. Ad. Fr.* II. 79. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{7}{7}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 14.

Dentes incisores. Corpus fuscum, versus ventrem cincereo fusco maculatum. Caudæ pinna integra; rotundata, lutea.

43. *LABRUS, Lapina,* cauda integra, pinnis pectoralibus flavis; ventralibus cæruleis; reliquis violaceis; maculis cæruleis. *Forskål l. c. p.* 36. D.  $\frac{1}{2} \frac{5}{7}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 15.

Corpus ovali - oblongum. Iris cærulea. Pupilla nigra, annulo rubro. Rivulus cæruleus sub oculo versus rostrum. Capitis latera maculis rubris. Vertex fuscus, lævis. Latera flavo virescentia. Dorsum fuscum. Abdomen albicans. Lineæ utrinque tres: singulæ duplice ordine macularum rubrarum: Prima prope dorsum; secunda paralela lineæ lateralí usque ad caudam, ubi hæc descendit ad lineam tertiam rubram, quæ transit per medium latus. P. D. et A. virides. Opercula br. anteriora pone truncata, ferrata; posteriora pone emarginata, ante marginem fine spinis. Ante nares gibbus utrinque ovalis,

## ADDITIONALMEN-TUM.

obliquus. Rostrum non reflexum. Caudæ apex fere circula-ris. Invenitur Constantinopoli.

44. LABRUS, *Guaza*, fuscus; cauda rotundata, radiis membranam superantibus. L. S. N. 477. *Loefling.* itin. 149. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . P. 16. V. 6. A. 13. C. 15.

Corpus unicolor. Pinnæ dorsalis et caudæ membrana inæqualiter alta.

45. LABRUS, *subfuscus*; dentibus biseriatis, primoribus 2 maioribus; linea laterali recta, pinna caudæ integra. *W.*

LABRUS, *Blackfish*, *Schoepfi* in *Schrift. der. Gesellsch. N. Fr.* VIII. P. 11. p. 156. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{7}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 15.

Labia crassa, simplicia. Dentium duplex series, prima 12 acutis dentibus constat, quorum 2 priores longitudine et crassitie reliquos superant: secunda series minoribus et obtusioribus composita est. Fauces et palatum edentula. Lingua obtusa, glabra, retroacta. Maxilla infera fornicata. Oculi (in pisce mortuo) ferruginei. Opercula anteriora squamosa, posteriora glabra et nuda. Corpus compressum, oblongum, pone decrescens, glabrum, microlepidotum, superne fulvum in lateribus subfuscum, inferne album. Linea lateralis recta. radii primores pinnæ dorsalis ramentacei. P. P. abovatae. P. C. brevis, integra, et obtusa. Longitudo unius pedis et ultra. Habitat in America septentrionali.

46. LABRUS, *adspersus*, cæruleo-viridis; lineis longitudinalibus sulphureo punctatis insignitus; linea laterali recta, infracta; cauda integra. *W.*

Labrus, *Burgall*, *Schoepfi*, in libro allegato p. 155. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{8}{8} - \frac{1}{2} \frac{2}{2}$ . P. 14 — 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 15.

Caput declive. Frons glabra, subcærulea, flavo striata. Labrum superius mobile. Dentes acuti, parum incurvi, remoti; primores longiores. Post hos interdum alia series minorum dentium adebet. Iris fusca, annulo aureo terminata. Palpebra inferior flava. Opercula squamosa, dentata. Corpus oblongum compressum; superne fulvum; a lateribus e cæruleo viridecens, et nitens, multisque lineis longitudinalibus sulphureis,

## ADDITIONAL.

phureis, punctatis distinctum, inferne album. Squamæ omnes puncto sulphureo ad apicem notatae sunt, unde lineæ illæ punctatae formantur. Linea lateralis recta pone medium infracta. P. D. 19 aculeis ramentaceis et P. A. 3 aculeis ramentaceis instrutæ. Membrana illarum uniens flavo punctata est. P. P. rotundata. P. C. integra.

47. *LABRUS, ferrugineus*, immaculatus; cauda integra. *L. S. N.* 476. *D.*  $\frac{2}{28}$ . *P.* 16. *V.*  $\frac{1}{6}$ . *A.*  $\frac{3}{17}$ . *C.* 17.

Habitat in India.

48. *LABRUS, Hiatula*, cauda integra; pinna anali nulla. *L. S. N.* 475. *D. Garden.* Br. 5. *D.*  $\frac{1}{28}$ . *P.* 16. *V.*  $\frac{1}{6}$ . *A.* 0. *C.* 21.

Os labio retractili, intus rugoso. Dentes in mandibulis Ianiarii, in palato orbiculati. Operculum anterius squamosum, margine punctato. Corpus fasciis nigris 6 s. 7. Linea lateralis recta. P. D. fere longitudinalis; anterior radiis spinosis, æqualibus, ramento filiformi; posterior inermis, nigra, rotundata. P. A. omnino nulla. Cauda integra. Habitat in Carolina.

49. *LABRUS, Cromis*, cauda integra; pinnis dorsalibus subunitis; analis radio secundo validissimo. *L. S. N.* 479. *D.* 10,  $\frac{1}{22}$ . *P.* 18. *V.* 6. *A.*  $\frac{2}{7}$ . *C.* 19.

Corpus staturæ Percæ fluviatilis, fasciis fuscis. Opercula non ferrata, uno dente. Pinnae dorsales parum connexæ. P. analis radius primus rigidus, brevissimus; secundus magnus crassissimus, compressus. Ex observatione *D. Garden.* Habitat in Carolina.

*The Drum. Pennant art. zool. suppl. 125. Sloane Jam.*  
*II. tab. 252.*

*Der Trommelfisch Schoepfii in Schrift. N. F.* VIII. 158.

50. *LABRUS, livens*, cauda rotundata; pinna dorsi ramentacea; corpore fusco-livido. *L. S. N.* 478. *Mus. Ad. Fr.* II. 80. *Br.* 5. *D.*  $\frac{1}{38}$ . *P.* 14. *V.*  $\frac{1}{6}$ . *A.*  $\frac{3}{22}$ . *C.* 11.

Rostrum prominens. Labia crassa, dentes tegentia, Dentes acuti, firmi. Corpus fusco-lividum.

Labrus

## ADDITAMENTUM.

*Labrus livens.* Massiliensisibus *Roucao.* Brünnich. ichth.

53. Br. 5. D.  $\frac{1}{3}\frac{8}{1}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . C. 14.

Corpus oblongum, compressum, fusco-lividum. Caput subtus pinnæque omnes, margine profunde cærulentes. Iris *livens*, igneo resplendens colore. Operculorum margo integer. Dentes validi, incisores maiores acuti, inter quos alii globosi. Linea lateralis curvato-recta. Pinna caudæ rotundata. Magnitudo fere pedalis.

51. *LABRUS, trimaculatus*, rubens, maculis nigris tribus dorsalibus super caudam. *The trimaculated Wrasse. Pennant br. zool. III. 248. tab. 46. n. 118.* Br. 5. D.  $\frac{1}{3}\frac{7}{6}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. ....

Corpus oblongum, dodrantale, macrolepidotum. Rostrum longum. Opercula aliquantum squamosa. Dentes tenuis; anteriores reliquis maiores. Oculi magni. Spinae pinnæ dorsalis ramento auctæ. P. P. et C. rotundatae. Linea lateralis subrecta versus caudam incurva. Corpus squamis magnis rubris testum. Ad partem inferiorem pinnæ dorsalis duæ magnæ maculæ et adhuc alia inter pinnam dorsalem et caudalem conspiciuntur. Longitudo 8 unciarum.

*Labrus, carneus*, ruber, maculis duabus nigris in basi postica pinnæ et tertia in extremo dorsi. *Müller's zool. dan. prodr. 46.*

*Labrus, carneus*, maculis tribus nigris in fine pinnæ dorsalis et extremo dorsi. *Astanii icon. tab. 13. Norwegis. Sutherford.* Br. 5. D.  $\frac{1}{3}\frac{6}{5}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{3}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. ....

52. *LABRUS, vittatus* ruber, vittis paralelis, olivaceis et cæruleis alternis; cauda integra. *W.*

*The striped Wrasse. Pennant. br. zool. III. 249. tab. 44.* Br. 5. D.  $\frac{1}{3}\frac{7}{6}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. ....

Corpus oblongum. Nucha parum adscendens. Dorsum subrectum. Abdomen magis arcuatum. Labia magna, duplia, et reversa. Dentes tenuis, primores reliquis maiores. Opercula cinerea citrino striata. Dorsum rubrum. Abdomen pallide rubrum. Gula flavescens. Latera lineis 4 paralelis e viride olivaceis et elegantissime cæruleis ornata. Pinna dorsalis in

## ADDITAMENTUM.

in initio saturate cærulea, in medio alba et postea rubra. Basis pinnarum pectoralium macula obscura olivacea notata. Extremitates pinnæ analis et ventralium belle cæruleae. Dimidium superius P. caudalis cæruleum; inferius flavum.

*Labrus, variegatus*, ruber, striis lateralibus paralelis 4 olivaceis totideinque cæruleis. *Gmelini L. S. N.* 1294.

53. LABRUS, *Bergylta* pinnæ dorsalis radiis 20 spinosis et 10 inermibus ramosis. Norwegis *Bergylte*, Danis *Soe-Carpe*. *Ascanii icon.* tab. I. Br. 5. D.  $\frac{2}{30}-\frac{2}{32}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 18.

Auctor de hoc pisce nihil annotavit, nisi magnitudinem 10 vel 15 unciarum. Duas varietates nempe rubram et aliam viridem adesse scribit. Imago repræsentat pisces ovato-oblongum; ante subacutum, pone rotundatum septempinne. Caput mediocre, fere nudum est, sub oculis solammodo squamulosum. Oculi superi, medii. Maxilla supera parum longior, labio crasso prædita. Dentes breves, æquales, obtusifusculi, labiis tecti. Truncus compressus, ovato-oblongus pone dimidio angustior in fine rotundatus. Anus pone medium trunci. P. D. longitudinalis retrorsum altior et rotundata nigra, 20 aculeis rufis et 10 mollibus radiis apice prominentibus composita. P. P. modicæ, rotundatæ, mediæ, dorsali concolores. P. V. approximatæ, rotundatæ, oblongæ, pallidæ, thoracicæ, pectoralibus minores et parum a capite remotiores. P. A. semilongitudinalis retrorsum crescens at obtusa, flava nigro marginata, composita. P. C. nigra, rotundata, latior fere quam longa. Color capitis in dimidio superiore rufus, in inferiore albus, rufo inordinatim lineatus: Trunci superne usque dimidium laterum rufus, in inferiore dimidio flavidus et omnino, præter pectus immaculatum, lineis fulvis obliquis, reticulatim ductis itemque maculis dilute viridibus oblongis, extremitati omnium squamarum transversim illinitis belle variegatus.

*Labrus, Berg-Galt*, cauda rotundata, squamis margine; pinnis, operculisque lineis flexuosis rufo-aureis. *Müller's zool. dan prodr.* p. 46.

*Varietates.*

*a.* LABRUS, *herbeus*, rubro striatus maculatusque; cauda rotundata. *W.* Norwegis, Grönne Berg-Gylte. *Stroemii Soendm.* I. p. 266. n. 1. Br. 5 — 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{6}{5}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 14.

Corpus 9 uncias longum et 4 uncias latum, viride, striis et maculis rubris notatum. Cauda rotundata. Macula nigra in uno latere prope caudam. Dentes parvi rotundati quasi tuberculata. Aculei in pinna dorsali ramento aucti. Hanc speciem *Labrum Turdum L.* esse *Müllerus* existimat. *Zool. dan. prod.* n. 383.

*b.* LABRUS, *badius*, fusco maculatus; nævo singulari in uno latere prope caudam. *W.*

*Brune og moerklegettete Berggylte. Stroemii Soendm.* I. 267. n. 2. D.  $\frac{1}{2}\frac{6}{5}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 14.

Habitu similis antecedenti, sed 10 aliquantulum minor. Aculei pinnæ dorsalis ramentacei. Color badius; fuscis maculis conspersus, et praeter eas nævo insigni in uno latere prope caudæ pinnam distinctus. *Müllerus* hunc cum *Labro Sillio* coniunxit, *Zool. dan. prod.* n. 381.

54. LABRUS, *niloticus*, cauda integra; pinnis dorsali, ani caudæque nebulatis *L. S. N.* 477. *Mus. Ad. Fr.* II. 79. D.  $\frac{1}{3}\frac{7}{6}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Corpus ovatum, candicans; pinnis dorsi, ani, caudæ fasciis nebulosis. Opercula flava, mutica. Dentes tenuissimi, apice emarginati. P. P. acutæ. P, V. acuminate. P. C. integræ. Habitat in Nilo.

*Labrus, niloticus, Arabibus Bulti. Hasselquist itin.* 392. Br. 5. D.  $\frac{1}{3}\frac{7}{6}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 20.

Corpus macrolepidotum, cathetoplateum, ovato-oblongum, bipedale, cauda angustata, latiuscula. Caput squamu-  
sum, cathetoplateum, rostro brevissimo, obtuso, sursum spectante. Rictus parvus adscendens. Maxillæ æquales. Den-  
ticuli in 4 lineis dispositi; exteriores breves, tenues, teretes,  
tarum incurvati, apice scabro-uncinulati, per paria remoti;  
reliqui minutissimi, scabri. Lingua, palatum, et fauces gla-  
bra. Oculi medii, superi. Pupilla obscure cœrulea. Iris ar-  
gentea.

## ADDITAMENTUM.

gentea, annulo flavescente terminata. Opercula squamosa, diphyllo. P. D. longitudinalis, pone altior. Membrana inter radios satis lata, apice radiata. P. P. acuminatæ radiis 15 crescentibus et decrescentibus compositæ. P. V. thoracicæ, inter se remotæ, acuminatæ P. A. brevis, pone altior. P. C. apice linearis, integra. Linea lateralis obsoleta, rectissima, media, lineolis composita. Anus remotus. Squamæ amplæ, læves, deciduæ, subcordatæ. Color totius piscis glaucus, excepto abdomine et operculis argenteis. Pinnæ maculatæ tinguntur maculis oblongis, regulariter dispositis, nigris tantibus: reliquæ pinnæ albent. Longitudo bipedalis. Latitudo 2 spithamarum. Habitat in Nilo.

*Sparus niloticus Hasselquisti* a *Forskållo* huc etiam referatur p. 31.

55. LABRUS, *Comber*, ruber vitta laterali argentea, cauda rotundata. *W.*

*The Comber.* *Pennant br. zool.* III. 252. tab. 47, n. 122. D.  $\frac{2}{3} \frac{9}{10}$ . P. 14. V. 5. A.  $\frac{3}{10}$ . C. . . .

Corpus gracile. Color in dorso, cauda et pinnis ruber, in abdomine flavus. Infra lineam lateralem stria glabra, argentea ab operculis usque ad caudam paralela decurrit. P. C. rotundata.

56. LABRUS, *Ballan*, flavus, pinna caudæ rotundata, ad basin radiatum squamata *W.*

*The Ballan Wrasse.* *Pennant. br. zool.* III. 246. tab. 44. Br. 4. D.  $\frac{2}{3} \frac{9}{10}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{12}$ .

Corporis formæ similis Labro communi. Differt tantum finu inter pinnam dorsalem et caudalem; fulco profundo super rostrum, et foveola e centro radiata in parte posteriore operculi. Caudæ spathulatæ pinna rotundata, ab initio ad tertiam usque partem squamis imbricatis intervalla radiorum tegentibus, formaque digitorum separatis vestitur. Tubercula palati et ossa gulae dentibus subglobosis exasperata sunt. Color generatim flavus, aurantiis punctis conspersus.

57. LABRUS, *fuscus*, cauda integra; pinnis omnibus flavis; palpebra superiore nigra. L. S. N. 478. Mus. Ad. Fr. II. 80. D.  $\frac{1}{3} \frac{8}{9}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{7} \frac{1}{4}$ . C. 14.

Corpus oblongum flavescentia. Labia valde crassa P. D. et A. et C. flavissimæ. Habitat in America.

58. LABRUS, *Scina*, cauda integra; corpore virescente; nebulis albis flavisque; fovea inter oculos impressa, et ante fo-veam fulco impresso. Forfål l.c. 36. D.  $\frac{1}{3} \frac{8}{9}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{7} \frac{1}{4}$ . C. 15.

Dentes medii maximi. Iris viridis. Caput et venter sub-tus colore albo, rivulis flavis. Opercula anteriora pone trun-cata ferrulata, posteriora osse instructa, pone sinuato, inerme. Dorsum curvum. Abdomen a rostro ad anum rectum, quæ peculiariis nota est, a generica discedens. Linea lateralis in late-re interrupta, in cauda continuata. P. P. flavescentes, immaculatæ; reliquæ ut et dorsum obscure virescentes, maculis cæruleis. Radii dorsales pungentes, vix flexiles.

*Labri adhuc dubii.*

59. LABRUS, *Scarus*, appendicibus transversis, ad caudæ latera. L. S. N. 473.

*Scarus Bellonii. Raji syn. pist. 129.*

Corpus macrolepidotum, spithamum, ex livido rubrum, appendicibus eminentibus ad caudæ latera. Dentes obtusi quo-rum incisorii nostris sunt persimiles.

60. LABRUS, *Periodes*, fasciis 5 transversis fuscis; li-nea laterali ad caudam in membranam desinente. Belgis Kiel-staarts Lip-visch. Index musei Gronov. p. 42.

61. LABRUS, *Cynædus*, luteus, dorso purpureo; pinna ex capite ad caudam continuata L. S. N. 480.

Synagris dorso purpureo, cæterum luteis, admixto quibusdam partibus rutilo colore. Squamis in gyrum crenatis sca-ber. Dentibus duplii ordine in maxillis, caninis acutis Kleinii Miss. V. p. 50. n. 8.

62. LABRUS, *Coquus*, dorso purpureo et indico; ven-tre flavescente; cauda rotundata. W.

The Cook Pennant. br. zool. III. 253. Raji pist. 163. tab. I. fig. 4.

63. LA-

## ADDITIONAL.

63. LABRUS, *offeus*, *cinereus*, *superne fuscus inferne albus*; *cauda nigra forcipata*; *iride caudida*. *W.*

*Mormyrus ex cinereo nigricans. The Bone-Fish. Catesby II. tab. 13.*

*Synagris n. 15. Kleinii Miss. V. p. 53.*

64. LABRUS, *maximus* *radiis 4 falcatis*, *disiunctis in dorsi initio*. *W.*

*Suillus. The great Hog-Fish. Catesby II. tab. 15.*

Corpus pergrande 3 vel 4 pedum longitudine. Caput conicum, supra substantia, ossea nigra quasi clypeo tectum; sub oculo ad angulum usque oris purpureum, multisque incurvis et flexuosis brevibus lineis cæruleis distinctum. Iris rubra. Dentes acuti, distincti, parum recurvi, quorum 4 anteriores in maxilla superiore et 2 in maxilla inferiore reliquos longitudine multum superant. Maxilla superior carneata, callosa ex rubro purpurascit. Maxilla inferior flava. Os internum coloris sanguinei. Dorsum ab oculis ad caudam squamis maioriibus purpureis tegitur. Squamæ abdominis magis lucidæ maculas habent flavas. Dorsum occupat pinna nigra; in 4 longa plicatilia, falciformia flagella, retrorsum inflexa, partita. P. P. flavæ. P. V. subthorace, minus perfectæ barbam potius referunt.

65. LABRUS, *citrinus*, linea laterali subrecta. *W.*

*Labrus, japonicus. Japanse Lipvisch. Houttuyni in Act. Harlem XX. 2. p. 324. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}$ . C. 18.*

Opercula squamosa. Dentes minutæ, acuti. Labia duplicita nulla. P. P. acutæ. Linea lateralis propemodum recta. Color dilute flavus. Longitudo 6 unciarum. Latitudo 2 unciarum. Cressities unius unciae.

66. LABRUS, *offisagus*, labiis plicatis; pinna dorsali radiis 30. *L. S. N. 478. D.  $\frac{1}{3} \frac{1}{2}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 13.* Habitat in Europa.

67. LABRUS, *Argus*, helveolus, ocellis cæsis nigro cinctis, undique punctus. *W.*

*Turdus niger maculis cæruleis oculatus. Feuillée observ.*

Facies et magnitudo Cyprini Tincæ. Dotsum nigricans, latera et abdōmen rubella. Ocelli parvi innumeri cæsi, iride nigra ciucti undique squamis parvis depicti sunt. Oculi magni atri, iride alba, cœrulea et rubra ornati. Os internum minia-  
ceum. Maxilla una serie denticulorum acutorum, et incurva-  
rum armatæ.

68. *LABRUS, inermis*, radiis pinnarum spinosis nullis; corpore linearī, oblongo, virente; vitta laterali nigro guttata, *Forskål* l. c. p. 34.

Corpus elongatum pedale, 2 pollices latum. Color viridis. Per medium latus series una longitudinalis guttarum nigrarum. Corporis color supra hanc vittam obscurus, in dorso fuscus. Infra illam color pallidus, maculis albidois. In capite et gula guttæ et lituræ violaceæ. Squamæ ovatæ, integræ, circa caudam maiores. Labium superius longius protractile. Dentes una serie marginales; duo medii in singula maxilla reliquis validiores et incurvi; cæteri recti decrescentes. Opercula integra pone squamata. Pinnæ omnes virescentes. P. P. et V. obtusæ. P. D. fere longitudinalis, linearis. P. C. rotundata. Radii spinosi nulli neque ramenta. Linea lateralis simplex, elata, fere recta, incipiens ad nucham, desinens in apice caudæ.

69. *LABRUS, Loeflingii*, dorso utrinque lineis tribus longitudinalibus fuscis. *Loeflingii itin.* 150. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 13. V. 6. A. 10. C. 15.

Pisciculus 3 unciam longidine. P. C et A. maculis parvis luteis nebulosæ.

70. *LABRUS, Koelreuteri*, valde oblongus; tæniis tribus candidis diversæ longitudinis insignitus; cauda integra. Vide *Nov. Comm. Petropol.* T. IX. 458. tab. 10. fig. 2. D.  $\frac{2}{3}$ . P. 15. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ . C. 12.

Corpus cathetoplateum, lanceatum; macrolepidotum, superne plus, inferne minus arcuatum et attenuatum. Caput cathetoplateum, laxe. Os angustum. Maxillæ æquales. Denticuli densi, graciles, una serie, antrorsum oblique porrecti; labiis carnosis tecti. Oculi subrotundi, summi. Opercula alepi-  
dota, obsolete angulata, retrorsum biloba. Apertura bran-  
chialis, angusta lateralis. Linea lateralis dorso propior leviter  
arcuato-

## ADGITAMENTUM.

arcuato-recta, punctata. Anus medius. P. D. fere longitudinalis. P. P. acutæ, mediæ oblique surrectæ. P. V. contiguae, thoracicæ lanceolatæ. P. A. longitudinalis, distincta. P. C. integra, æqualis, ad basin squainata. Color piscis in spiritu affervati albido-lividus, tenuis tribus candis utrinque distinctus, in capite oriundis. Longitudo  $3\frac{1}{2}$  unciarum.

*Labrus polyodon*, lineis utrinque duabus longitudinalibus; cauda æquali. *Sebæ thes. III. tab. 31. n. 5.* D.  $\frac{9}{20}$ . P. 13. V. 6. A.  $\frac{3}{4}$ . C. 13. Vide *Mantissam I.*

71. *LABRUS, olivaceus*, ocello cœruleo in apice opercularum, et macula nigra in cauda *W.*

*Labrus corpore viridi-olivaceo opercularum apice cœruleo; macula caudali nigra.* *Brünnich. ichth. 56.* Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 13. A.  $\frac{3}{4}$ . C. 12.

Corpus oblongum, compressum. Dentes incisores acuti, intermedii remoti. Operculum anterius valde ferratum, posterioris apex supra pinnas pectorales notatur macula cœrulea, iride coccinea circumdata. Iris simaragdina. Corpus olivaceo-viride. Caput et venter subtus ad argumenteum inclinant. In medio caudæ ante basin macula s. punctum nigrum appetet. Pinnæ corpori fere concolores. P. C. integra rufescens. Magnitudo 2 pollicaris.

72. *LABRUS, fuscus*, maculis lineisque cœruleis, in capite flexuosis. *W.*

*Labrus corpore fusco lineis maculisque cœruleis.* *Brünnich. ichth. 56.* Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 13.

Corpus oblongum, compressum. Caput acutum. Os parvum. Dentes subacuti. Iris albida, intus spadicea. Operculum anterius ferratum. Linea lateralis arcuato-recta. Pinna dorsalis ramentacea una cum caudali, quæ integra, fusca cœruleo maculata. P. P. rufæ, apice cœruleæ. P. V. rubræ, iminaculatae. P. A. rufescens cœruleo punctata. Corpus fuscum maculis confertis, lineisque in capite serpentiniformibus cœruleis. Venter albicat. Magnitudo 3 pollicaris.

73. *LABRUS, Erithrophthalmus*, olivaceus, cœruleo lineatus; pinna dorsali pone nigro unimaculata. *W.*

*Labrus*

## ADDITAMENTUM.

Labrus corpore olivaceo lineato; pinna dorsali postice nigro unimaculata. Brünnich. ichth. p. 57. Br. 5. D.  $\frac{14}{3}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 13.

Corpus ovatum, compressum olivaceo-viride. Dentes acuti, uniseriati, anteriores maiores. Iris rubescenti-albida circulo interiore perfecte rubro. Opercula squamosa, anterius serrata. P. D. ramentacea, in parte postica ad basin macula longitudinali atra notata. P. P. basi cærulecentes. P. C. integra. Linea lateralis curvato-recta. Per totum corpus longitudinaliter ducuntur lineæ pallide cæruleæ circiter 10, parallelæ, rectæ. Magnitudo 3 pollicaris.

Labrus, *unimaculatus*. Gmelini L. S. N. 1295.

74. LABRUS, *venosus*, viridis, venis rubris reticulatus; ocello nigro opercularum; macula nigra et fascia rubra in pinna dorsali, W.

Labrus viridis venis anastomisantibus; macula operculo-ruin pinnæque dorsalis nigra. Brünnich. ichth. p. 58. Br. 5. D.  $\frac{14}{3}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 13.

Corpus ovatum, compressum, totum cum pinnis lète vi-ride, venis rubris anastomisantibus reticulatum. Ante oculos fascia lunata nigra. Operculum posterius macula oblonga nigra, rubro circumdata, notata. Lineæ quædam rubræ longitudinales in lateribus capitis ductæ. P. D. viridis ramentis fasciaque ru-bræ, pone spinas macula oblonga, fusca. Cætera ut in præ-cedenti, cui etiam magnitudine accedit.

75. LABRUS, *Rubellio*, griseus, punctatus; genis cæ-ruleo lineatis; macula caudæ nigra; pinnis rubicundis. W.

Labrus corpore griseo obscurius punctato; macula baseos caudæ nigra. Brünnich. ichth. p. 58. Br. 5. D.  $\frac{14}{3}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 13.

Corpus oblongum, compressum, griseum; maculis linea-ribus obscurioribus punctatum. Genæ lineis rari cæruleis pi-ctæ. Iris viridis. Os parvum. Dentes acuti, parvi; anteriores maiores. Macula nigra infra ad basin caudæ. Pinnæ omnes rubicundæ, obscuro luteo maculatae. P. C. integra versus basin lutescens. Magnitudo 3 pollicaris. Reliqua ut in antecedentibus.

Labrus,

## ADDITIONAL.

76. *Labrus*, *griseus*, corpore griseo, obscurius punctato; macula baseos caudae nigra. *Gmelini L. S. N.* 1296.

76. *LABRUS*, *guttatus*, rubicundulus, albo nigroque variegatus; macula nigra in pinna caudali. *W.*

*Labrus* corpore tubescens nigro vario; macula in medio baseos pinnae caudalis. *Brünnich. ichth.* p. 59. Br. 5.  $\left\{ \begin{array}{l} \frac{1}{2} \frac{5}{5} \\ \frac{1}{2} \frac{5}{7} \end{array} \right.$

P.  $\frac{1}{2}$ . V.  $\frac{5}{6}$ . A.  $\left\{ \begin{array}{l} \frac{1}{2} \frac{3}{3} \\ \frac{1}{2} \frac{4}{4} \end{array} \right.$  C. 17.

Corpus oblongum, compressum; reliquias simillimum antecedentibus. In medio baseos pinnae caudalis macula adeat nigra. Corpus pallide rubescens, albo per ordinem minutissime guttatum, maculisque nigris adspersum. Lineae sub oculis duas nigrae oblique. Iris viridis. Pinnae omnes rufescentes; analis albo guttata. In nonnullis pinnae ventrales et annalis virides. Magnitudo 3 pollicaris.

77. *LABRUS*, *Pirca*, discolor, lineis rubris viridibusque opercularum; et ocellis nigris duobus in pinna dorsi, viride rubroque fasciata, ornatus. *W.*

*Labrus Dalmatinus* *Pirca* dictus. *Brünnich. ichth.* p. 97.  
D.  $\frac{1}{2} \frac{5}{5}$  P. 14. V.  $\frac{5}{6}$ . A.  $\frac{3}{3}$ . C. 13.

Corpus ovatum, compressum, ex obscure rubro et viride-scenti, argenteo quasi reticulatum et fasciatum. Iris simaragdini coloris, marginibus igneis. Labia magna. Os non protractile. Dentes remoti, validi, obtusiores. Caput et opercula lineis rubris et viridibus obliquis alternatim fasciata. P. D. viridi rubro-que fasciata; pone spinas maculae duas atrae, remotae, marginibus rubris iridum instar circumdatae. P. A. et V. virescentes, rubro radiatae. P. P. fulvescentes. P. C. integra, rufescens. Longitudo 3 pollicum.

78. *LABRUS*, *fasciatus*, lineis fulvis in capite, et ocello nigro pone medium pinnae dorsalis. *W.*

*Labrus* corpore transversim fasciato; pinna dorsali antice spinosa, postice nigro ocellata. *Brünnich. ichth.* p. 98.  
Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{2}$ . P. 14. V.  $\frac{5}{6}$ . A.  $\frac{3}{6}$ . C. 17.

## ADDITAMENTUM.

Corpus pallidum, fasciis 4 fuscis, latis, transversis pictum. Caput lineis fulvis longitudinaliter obliquis ornatum. Dentes subtile, acuti. Labia vix duplia. Operculum anterius serratum. Iris flavescens. P. D. pone medium ocello nigro notata. P. V. et A nigræ. P. A. apice flava. Longitudo 3 pollicum.

*Labrus, adriaticus, Gmelini L. S. N. 1297.*

79. *LABRUS, fulvus, cauda integra, corpore fulvo. L. S. N. 479.*

*Turdus cauda convexa. The yellow Fish. Catesby II. tab. 10.*

Corpus microlepidotum fulvum, longitudine pedali. Rictus amplius. Mandibula inferior superiore longior. Dentes exigui biseriati, tres eorum maiores in apice mandibulae superioris et aliquot minores in palato. Iris rubra. P. D. fere longitudinalis, aculeata. P. P. subinferae, longae, acuminatae. P. V. sub thorace acuminatae. P. V. angustae, acutae, aculeo forti brevi praemunitæ. P. C. rotundata.

80. *LABRUS, macrolepidotus, maxilla infera longiore; operculis in acumen exeuntibus; cauda rotundata. W.*

*Labrus maxilla inferiore longiore; cauda in extremo rotundata. Gronov. Mus. I. n. 86. Br. 5. D.  $\frac{9}{20}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{5}$ . C. — —*

Corpus oblongum; cathetoplateum, macrolepidotum, laeve. Caput a dorso declive, compressum, laeve. Maxilla inferior parum longior. Dentes labiis carnosis tecti, magni; anteriores 4 in utraque maxilla maximi. Oculi superi, iride argentea, pupilla caerulea. Opercula laevia, supra pinnas pectorales in acumen exeuntia. Linea lateralis curvato-recta. Squamae molles, grandes, laeves. P. D. et P. A. fere longitudinales. P. C. subrotunda.

81. *LABRUS reticulatus, thalassinus; iride subflava; pinnæ rotundata caudali ad basin linea transversa et macula fusca notata. W.*

Maenas pallide viridis, iride subflava; squamis e basi reticulatus; ad caudam circinatam macula. Kleinii M. V. 45. tab. 9. fig. 1.

82. LA-

## ADDITIONAL.

82. *LABRUS*, *griseus*, cauda subbifida; corpore subgriseo. *L. S. N.* 474.

*Turdus pinnis branchialibus carens.* *The Mangrove Snapper.* *Catesby II.* tab. 9.

Corpus pedale fusci erat coloris, in dorso saturioris, in ventre lucidioris. Rubebant latera oris, nec non partes quae-  
dam brachiatum quidquam pallide caerulei admistum habentes.  
Rostrum acuminatum. Os amplum. In utriusque maxillæ  
extremo bini dentes maiores. Tres tantum habebat pinnas.  
Longa admodum aculeataque maximam dorsi occupabat par-  
tem, secunda haerebat sub abdome; tertia post anum. Cau-  
da lata terminabatur curvatura concava.

Synagris n. 18. *Kleinii Miss.* V. pag. 53.

83. *LABRUS*, *cyprianus*, corpore albescente. *White's Voyage to Port Jackson* 264. tab. 50.

Icon repreäsentat piscem semipedalem, oblongum, ma-  
cro lepidotum. Caput est mediocre, subovatum, ab oculis  
declive; inferne arcuatim versus os assurgens, squamosum,  
fasciis brevibus parallelis obscuris & post oculos insignitum. Os  
labiatum, parvum, terminale, obtusum, oblique adscendens.  
Maxilla infera parum longior supera. Oculi magni, rostro  
proprios. Opercula squamosa, pone repanda. P. D. fere  
liogitudinalis, aequalis, ossiculis simplicibus 17 aequalibus  
apice prominentibus suffulta. P. A. dorsali similis, ossiculorum  
12 simplicium. P. P. modicae, acutae, subimediae. P. V. ob-  
lique truncatae, thoracicae. P. C. lata, excavata.

84. *LABRUS*, *Boops*, maxilla inferiore longiore, pinnis  
dorsalibus duabus. *Gmelini L. S. N.* 1291.

Labrus, *Boops*. *Grot-Oog Lipvisch.* *Houttuyn.* in *Act. Harlem*, XX. 2. p. 326. D.  $\frac{5}{3}$ , 12. P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 11. C. 22.

Oculi grandes magnam capitis partem occupant. Oper-  
cula squamosa. Maxilla infera longior supera; dentibus ad-  
modum magnis, acutis armata. P. D. duae, prima aculeata,  
secunda mutica.

## XXVIII. SPARUS.

*Membrana Branchiostega.**Opercula Branchiarum squamosa.*

*Labia dentes tegunt*, ut in quadrupedibus. *Dentes maxillarum humanis & caninis similes*; molares vero ut in quadrupedibus. Dentes in maxillis & faucibus tantum: Palatum & lingua glabra. *Pinnæ dorsi unica*. *Oculi* cute laxa tecti. *Cauda* plerumque *bifurca*.

*Intestina longa*, spiris convoluta & mesenterio sèpè con-

## ADDITAMENTUM.

85. *LABRUS, orientalis*, dorso dipterygio, cauda bifurca. *Hasselquist. itin. p. 394. n. 79.* Br. 7. D. 7, 26. P. 16. V. 6. A. 27. C. 29.

Caput cathetoplateum superne sulcatum et angulatum. Rostrum brevissimum obtusitisculum. Oculi rostro propiores. Pupilla atra. Iris argentea, flavido intus terminata. Maxilla inferior, longior, acutior, crassior. Dentes utriusque maxillæ, una serie, remoti, acuminati, exteriorius convexi. Rictus amplius. Opercula squamosa, inferne crenata. Corpus oblongum, squamis inaequalibus, oblongis testum. Linea lateralis curvato-recta. Anus medius. P. D. duæ approximatae: prima ossiculis 7 simplicibus, flexilibus, crescentibus; secunda semilongitudinalis radiis 26 crescentibus et decrescentibus suffulta. P. P. mediae, radiis 16 crescentibus et decrescentibus. P. V. thoracicae. P. A. longitudinalis, dorsali secundæ similis. P. C. ad modum bifurca. Color capitis et dorsi nigrescens. Macula flavida, oblonga super operculum. Sulci supra rostrum capitis ejusdem coloris. Macula nigrescens ad radicem pinnarum pectoralium. Opercula, latera et abdomen argentea. Pinnæ albent præter priorem dorsalem, cuius radii nigri sunt ut et radius primus pinnarum pectoralium. Longitudo 4 spithamæ, et latitudo maxima unam spithamam exaequat. Habitat prope Smirnam.

*Labrus Cromis* huc etiam locari potest.

connexa. Appendices pylori grandes & paucæ, scilicet 3. 4. 5. 6. à 7. (\*)

Ll 3

Denti-

## ADDITAMENTUM.

(\*) *Charakter generis Spari.*

**LINNÆI:** Caput: Dentes incisores vel lanjarii robusti; molares obtusiusculi. Labia duplicata. Membrana br. radiis 5. Opercula squamosa. Corpus compressum. Linea lateralis pollice curvata. P. P. rotundatae. S. N. 467.

**FORSTERI:** Corpus oblongo - ovatum, compressum. Caput squamosum. Os maxillis ductilibus; labiis parvis. Dentes incisores validi, molares conferti. P. P. acuminatae. P. D. composita, plicatilis (raro in fossula dorsi). P. V. strictae cum squama laterali stricta utrinque adjacente. Linea lat. paralela, arcuata. Membrana branch. radiis 5. *Enchiridion h. n.* 86.

**GOÜANI:** Corpus ovatum, cathetoplateum, squamosum, levissimum carinatum. Caput cathetoplateum, squamosum, declive; frons vix plana. Rictus parum obliquus. Labia minima, simplicia. Maxillæ extractiles inaequales. Dentes conferti, immobiles, inaequales, anteriores canini, postici molares. Opercula squamosa, orbiculata. Membr. branch. operculata radiis 5 vel 6. Linea lat. incurva, dorso paralela, suprema. Anus medius. P. D. longitudinalis, declinata, composita. P. P. subinfimæ, acuminatae ut plurimum. P. V. thoracicae paulo post pectorales, compositæ. P. A. longitudinalis subdeclinata, composita. P. C. distincta, integra, emarginata aut bifida. Additamenta nulla. *Hist. pist.* 135.

**GRONOVII:** Corpus cathetoplateum, subcompressum. Dorsum arcuatum; elevatum. Squamæ amplæ, muticæ, imbricatae. Linea lateralis arcuata, dorso propior; ab operculis usque ad regionem finis pinnæ dorsalis tantum percurrens. Caput cathetoplateum, inerme, omnino squamis magnis obtectum. Regio inter oculos et rostrum alepidota. Dentes parvi. Membrana branchioslega sub operculis latitans, expansilis. Pinnæ 7 ut in *Cynædis*. Huic generi juxta Artedi systema perperam inserventur, quos nunc sub generibus *Cynædi*, Spatri

*Dentibus maxillarum acutis & subteretibus.*

1. SPARUS dorso acutissimo, linea arcuata aurea inter oculos. Art. Syn. 63.

*Aurata Bellonii. Rondel. Gefneri. Aldrov. Gilt-head.*

*Anglis.*

Pinna Dorsi ossiculorum 24. Pectorales 17. Ventrales 6. Ani 14. Cauda bifurca. Color varitus. Intestina contorta. Peritonæum nigrum. (a)

2. SPA-

#### ADDITIONALMENTUM.

ri et Coracini exhibui et reduxi, ut confusionem evitarem, quæ ex nimia specierum quantitate, longe lateque ab invicem discrepantium, oriretur. *Zooph. 64.*

*Forskållii:* Dentes incisores, longi, acuti, contigui; molares mediocres, graniformes: interiores intra incisores et molares numerosi, graniformes plurimum serierum; interiores et posteriores sensim maiores, totum palatum replentibus. Opercula squamata, anterius, radiatim striata, posteriora pone ante membranam acuminata. Fossa dorsalis in plurimis.

*Blochii.* Opercula squamosa, inertimia nec dentata. *N. A. F. V. 13.*

#### Observatio.

Spari habent lineam lateralem dorso propriam et pone pinnam dorsi abruptam, inferiusque pergentem. Haec sola vera et constans nota Sparos a Labris distinguit. Vix alia. *Pallas spit. VIII. 45.*

(a) 1. Sparus, *Aurata*, lunula aurea inter oculos. L. S. N. 467. Mus. Au. Fr. II. 72. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 17.

Corpus ovatum albo - cærulescens in mortuo. Fasciæ fuscae 14 circiter a dorso ad abdomen transversæ in quibusdam, in aliis non. Macula fusca ad aperturam branchiarum. Fascia albida transversa inter oculos. Rima linearis ante nates. Dentes primores laniarii, acuti, instar canum; molares s. interiores obtusissimi, rotundati. P. P. acutæ. P. C. modice bifurca.

Spa-

**2. SPARUS** lineis utrinque luteis longitudinalibus parallelis, Pag. 36.  
*Iride argentea. Art. Syn. 58.*  
*Cantharus Auctorum.*

Tuber-

**ADDITIONALIA.**

*Sparus, Aurata,* corpore subvittato; lunula aurea inter oculos; caudæ bifurcæ & operculorum macula fusca. Massiliensis *Aurado.* Brünnich. ichth. 36. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{17}$ . C. 17.

Corpus oblongo-ovatum compressum. Caput declive. Frons nuda. Os magnum. Dentes antici validi, acuti, pone quos dentes alii minutissimi, qui una cum maxillaribus trium ordinum globulares. Iris argentea Opercula squamosa, integra. Ante singulum oculum foramina duo, unum nempe pone alterum, antica approximata. Supra haec oculis interjacet lunula aurea retrorsum spectans. P. D. pars spinosa reconditur in fossula: Membrana inter spinas nigricat, ramentis brevibus nigris instructa. P. P. acuminata pallida; radius quartus tertiam corporis partem longitudine æquat. Squama laxa, stricta, longa, utrinque adjacet pinnis ventralibus, quae pallidae; harum Spina valida est. P. A. fuscescens. P. C. bifurca, pallida margine ultimo nigra. Linea later. dorso paralela. Color pisces albido-argenteus: striæ obsoletæ, fuscæ, numerosæ per corporis latera longitudinaliter ductæ, quæ dorso propiores, leviter sinuosæ. Macula formatur ex operculo poslico et regione corporis, huic supra pinnas pectorales adjacentes, sanguinolento-fusca. Reliquum corporis immaculatum, nec rubedo ulla appetet. Latera capitinis argentea. Magnitudo  $1 \frac{1}{2}$  Spithame et supra. Copiosiorem descriptionem invenies in Hasselquist. itinerario p. 383.

*Sparus aurata*, dentibus incisoriis sex. *Der Goldbraßsem* Bloch. N. A. F. V. 52. Tab. 266. Br. 6. D.  $\frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{17}$ . C. 17.

Color in lateribus capitinis et trunci argenteus, in dorso, pisce vivente, azureus. Ad marginem superiorem operculi macula nigra et pone hanc super pinnam pectoralem alia ruberrima.

Tubercula nulla ossa in ore, sed asperitates quae-  
dam. (b)

3. SPA-

## ADDITAMENTUM.

ma. Striae longitudinalis subfuscæ in lateribus. P. D. nigra.  
P. A. fusca. Reliquæ nigris cantes. P. C. nigro marginata. Ma-  
cula lunata aurea inter oculos non constans.

*The lunate Gilt-head. Pennant. br. zool. II. 240.*  
*tab. 42. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. - - -*

*La Orata, Sardis Canina. Cetti III. 122.*

Ad magnitudinem librarum 20 excrevit. Macula in oper-  
culis maxima ex parte rubra ad latus unum in margine nigra.  
Macula nigra in cauda abest. Habitat in mari mediterraneo  
et in lacubus alibis.

## Varietas.

*Sparus, Aurata, americana, dentibus teretibus; macula  
inter oculos cœrulea; pinnis ventralibus roseis. Americanis  
Cochicato. Loefling. itiner. p. 150. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 15. V. 6. A. 11.  
C. 17.*

(b) 2. *Sparus, Cantharus, cauda immaculata; corpore  
lineis longitudinalibus luteis. L. S. N. 470.*

*Sparus, Cantharus, argenteus, longitudinaliter obscure  
multilineatus; incisoribus laniariisque acutis. Italis Cantaro.  
Brünnich. ichth. 95. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.*

Corpus ovato-oblongum, argenteum, lineis plus  
quam 20 fuscis vittatum. Linea later. lœvis, fusca pro curva-  
tura dorsi leviter arcuata. Iris argentea. Maxillæ æquales.  
Dentes in utraque maxilla per plures ordines dispositi; antici  
supra 10 acuti, reliquis majores. Maxillæ inferioris dentes la-  
niarii utrinque 4 validi, incisores cum reliquis minores. P. C.  
bisurca, una cum cœteris pallida. Ventralium spina vix pun-  
gens. Longitudo 2 spithamarum.

*Sparus, Sävla Hispanis. Osbeck in Nov. Act. N. C. IV.  
100. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 15. V. 5. A.  $\frac{3}{7}$ . C. 16.*

Lineæ laterales luteæ 11, utrinque 4 supra et 6 infra li-  
neam lateralem, etiam in operculum sepe tendentes. Maxilla  
superior paulo longior. Figura corporis oblonga, pedis lon-  
gitudine. Cauda bifida.

3. SPARUS *totus rubens*, *iride argentea*. Art. Syn. 59.  
*Erytrinus* ♂ *Rubellio* *Auctorum*.  
 Cauda bifurca. Tubercula in ore. (c)
4. SPARUS *rubescens*, *cute ad radicem pinnarum dorsi* ♂  
*ani in sinum producta*. Art. Syn. 94.  
*Pagrus* ♂ *Phagrus* *Auctorum*.  
*Sea Bream. Anglis.*  
 Tubercula granulosa in ore. Cauda bifurca. (d)

## 5. SPA-

## ADDITAMENTUM.

(c) 3. Sparus, *Erythrinus* cauda subintegra; corpore rubro. L. S. N. 469.

Sparus, *Erythrinus*, corpore argenteo rubente Massiliensisibus *Pageau*, Gallis *Pageur*. Brünnich. ichth. 43.

Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Corpus ovato-oblongum, compressum. Caput declive. Os magnum. Dentes antici acuti; post quos minuti conferti; maxillares globulosi biferiati. Oculi magni. Iris flava, extrorsum argentea. Inter nares binatas duas lineas transversas, fusce. Rostrum rubinum. Pars spinosa P.D. in dorso repando reconditur plicata. Membrana spinarum uniens lobulis rubris aucta; radii postici apice rubri. P.P. pallidæ acuminatæ, radio 4to longissime prominente. P. ventralium spina non pungit. P.C. furcata, pallida, margine ultimo rubro. Color piscis argenteus cum levi tintura rubente et opalina, punctis cæruleis conspersus. Macula sanguinolenta (in aliis nigricans) magna formatur ex angulo superiori operculi et regione corporis huic superjacente. Macula rubra ad angulum pinnæ dorsalis posticum. Magnitudo  $1 \frac{1}{2}$  spithamæ et supra.

Suecis *Roedfish*. Act. Stockh. 1772. p. 157.

Anglis *The red Sea-Bream*. Forster's Voyage II. 237. ubi piscis venenosus declaratur.

(d) 4. Sparus, *Pagrus rubescens*; cute ad radicem pinnarum dorsi & ani in sinum producta. L. S. N. 469.

*The red Gilthead*. Pennant, br. zool. III. 242.

5. SPARUS varius, dorso acuto, dentibus quatuor majoribus.

*Art. Syn. 60.*

*Dentalis, Dentex & Synodus Auditorum, Synagris Rondel.*

Macu-

#### ADDITIONALMEN TUM.

Magnitudine, facie, & forma dentium Auratae persimilis est. Iris argentea. Superficies inferna opercularum, oris & linguae belle rubra. Basis pinnæ pectoralis macula ferruginea notata. Ad finem pinnæ dorsalis & analis cutis elevata radios illarum ultimos obtegit. Squamæ magnæ. Cauda bifurca. Color totius corporis ruber.

*Sparus, Pagrus,* radio ultimo pinnæ dorsi anique cuto inclusō. *Der Sackflosser.* *Bloch. N. A. F.* V. 62. tab. 267. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{2}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 20.

Maxillæ æquales. Dentes diversi; anteriores parvi, acuti, incurvi in una serie ordinati; & pone hos multi alii minores truncati; laterales rotundati gradatim crassiores in duabus series. Linea lateralis summa, dorso parallela. Anus remotus. P. D & P. A. semilongitudinales, retro acutæ. P. P. & P. V. acuminatæ. P. C. bifida. Color fundamentalis ruber; ad flavum vergens, vittis flavis in trunco, & macula nigra ad basin pinnarum pectoralium variegatus; in abdomine argenteus; in pinnis ruber. Ad magnitudinem 10 librarum excrescit. Habitat in mari Atlantico & mediterraneo.

#### Varietas.

a. *Sparus Pagrus*, argenteus, rubro fasciatus; corpore pone pinnam dorsalem & analem per sinum angustato. *Anconitanis Arboretto.* *Brünnich. ichth.* 94. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{2}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Corpus ovato-oblongum; postice, ubi terminatur penna dorsalis & ani, angulo inciso abrupte coangustatum. Color argenteus, fasciis læte rubris varius. Caput declive, obtusum. Maxillæ multidentatae: incisores superiores 4 majores acuti, inferiores plures. Frons plana, cui ante oculos infidet luna cœrulea. Iris fulva, superne fascia transversa, brevi interrupta. Pinnæ pallidæ. Longitudo 3 pollicum.

Maculæ variæ in corpore. Cauda bifurca.

Pinna Dorsi ossiculorum 90. Ani 10. In Synagri Bel-  
lonii. (e)

Mm 2

6. SPÄ-

## ADDITIONAL.

(e) 5. *Sparus, Dentex* cauda bifida; corpore variegato;  
dentibus 4 majoribus. L. S. N. 471.

*Sparus Dentex*, dentibus parvis, acutis, plurinisi, caninisque quatuor. *Der Zahnbrassem*: Bloch. N. A. F. V. 69.  
tab. 268. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{14}$ . C. 15.

Cynædus cauda lunulata; dente secundo antico, utriusque maxillæ maximo. *Gron. zooph.* n. 214. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ .  
A.  $\frac{3}{14}$ . C. 15.

Caput squamosum, ad rostrum declive. Maxilla inferior superiore longior. Dentes unica serie satis magni, acuti, contigui, æquales in utraque maxilla; antice cernuntur 4 dentes, duo scilicet utrinque in utraque maxilla, subulati, incurvati, acutissimi validi, reliquis quadruplo longiores. Linea lateralis arcuata, dorso propior. Squamæ magnæ imbricatae, læves. P. D. in medio inter ossicula aculeata et mutica paulo humilior. P. P. prælongæ, subinferæ. P. V. thoracicæ, approximatæ. P. C. lata parum bifurca. Habitat circa Promontorium bonæ spei, ubi a Belgis *Goud-visch* vocatur.

*Sparus, Dentex*, incisoribus 4 majoribus; corpore variegato. Massiliensibus *Dente*. *Bruennich. ichth.* 47 & 96.  
Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 15. V. 6. A.  $\frac{3}{14}$ . C. 17.

Corpus oblongo-ovatum, compressum. Caput acutum. Dentes incisores utrinque 4 distincti, a reliquis remoti acuti, horum duo laterales majores. Iris fulva. Color argenteus, lutescenti levissime tinctus. Fasciæ duæ transversæ obscuræ in lateribus apparent. Caput supra ex aureo viridescens, quod, ut & latera, corporis maxime versus dorsum punctis caruleis frequenter sunt pustulata. P. V. & A. fulvæ. P. C. lunato-bifida, una cum reliquis pallida. Magnitudo pedis et supra.

Il. *Dentice*, *Cetti l. c. III. 128.*

Præter

6. SPARUS lineis utrinque quatuor aureis ac argenteis longitudinalibus parallelis. *Art. Syn. 61.*

*Boops Rondel. Will. Box prima Bellonii.*

Lineæ illæ infra Lineam Lateralem sitæ sunt.

Figura corporis oblonga, teretiuscula.

Pinna Dorsi ossiculorum 30. ani 19. Pectorales rubræ. (f)

7. SPARUS varius, macula nigricante in medio latere, dentibus quatuor majoribus. *Art. Syn. 61.*

*Mæna Bellonii, Rondel. Gesner. Aldrov. Will.*

Pinna

#### ADDITAMENTUM.

Præter numerosos dentes semiglobosos habet in anteriore parte utriusque maxillæ quatuor magnos incisores.

#### Varietas.

æ. Sparus, *Pseudodentex.* Genovensibus *Bufala* di-  
ctus. *Cetti. III. 129.*

Forma, magnitudine et colore rubello Dentici similis. Differt ab illo, macula magna flava in operculis; et dentibus maximis acutis, absque ordine hic atque illuc in utraque maxilla sitis. Membrana branchialis radiis 6 sustinetur.

(f) 6. Sparus, *Boops*, lineis longitudinalibus obscuris, inferioribus 4 aureis argenteisque. *L. S. N. 469.*

Sparus, *Boops*, pinna dorsali mutica; corpore lineato; lineis inferioribus 4 aureis. Massiliensibus *Rogo. Brünnich. ichth. 45.* Br. 6. D. 29. P. 9. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 19. C. 17.

Corpus oblongum, compressum. Dentes maxillæ superiores obtusi, ferrati, inferiores acuti. Os parvum. Iris fuscō-aurea. Fossula dorsi pinnæ plicatæ maximam partem recondit. Radii omnes ejusdem pinnæ mutici. P. C. bifida. Color argenteus, in dorso supra lineam lateralem ex argenteo fuscus. Linea lateralis, dorso parallela, vittæ formis fusca; infra hanc vittæ aliæ 4 longitudinales rectæ, pallide aureæ, ante caudam evanescentes. Pinnæ omnes albidae. Magnitudo fere pedis.

- Pinna Dorsi officulorum 23. Pectorales 15. Ventrals  
6. Ani 12. Cauda parum bifurca. (g)
8. SPARUS *macula nigra in utroque latere medio, pinnis pectoralibus caudæque rubris.* Art. Syn. 62.  
*Smaris Auctorum.*  
*Cauda bifurca.* (h)

Mm 3

9. SPA-

## ADDITAMENTUM.

(g) 7. Sparus, *Mæna*, ocello fusco laterali; corpore variegato *L. S. N.* 469.

Sparus *Mæna*, corpore argenteo, macula laterum nigra; pinnis rubescentibus. *Massiliensis Mundourensis.* Brünnich. ichth. 42. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{13}$ . C. 17.

Corpus oblongum, leviter compressum. Caput acutum. Maxillæ æquales. Dentes incisores parvi, acuti; reliqui minutissimi. Iris alba. P. dorsalis pars spinosa in fossula dorsi recondenda. P. P. et C. quæ bifurca, una cum P. A. leviter rubrae. Color argenteus, super lineam lateralem ex plumbeo resplendens; Macula lateralis magna nigra in medio corporis infra lineam lateralem, quæ dorso paralela levissime arcuatur. Magnitudo spithamæ, vel infra.

Sparus, *Mæna*, dentibus parvis, subulatisisque; radiis 13 in pinna ani. *Der Laxierfisch.* Bloch. N. A. F. V. 80. tab. 270. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{13}$ . C. 19.

*Varietas.*

Sparus, *Maruda*, argenteus, macula lateralí fusca; pinnis ventris anique albis. Brünnich. ichth. 42. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{13}$ . C. 17.

Corpus oblongius quam in *Mæna*. Dentes acuti; qui maxillæ inferioris prominentes. Iris alba. P. D. fusca P. P. rubescentes. P. C. furcata, margine exteriore rufescente. Pinnæ reliquæ albæ. Color albo-argenteus. Macula lateralis ante medium infra lineam lateralem fusca. Linea autem ipsa pallida. Præcedentis magnitudinem non æquat. Habitat in mari adriatico.

(h) 8. Sparus, *Smaris* ocello nigro laterali; pinnis pectoralibus caudæque rubris. *L. S. N.* 468.

Spa-

Pag. 37. 9. SPARUS maxilla superiore longiore, lineis utrinque duodecim nigris, transversis, parallelis. Art. Syn. 62.  
*Mormyrus* & *Mormylus Auditorum*.  
 Pinna Dorsi officulorum 23. Pectorales 14. Ventrales 6. Ani 13. Cauda bifurca. (i)

10. SPA-

*Sparus, Smaris*, fascia caudali nigra; incisoribus truncatis. Massiliensisibus *Pataque*. Brünnich. ichth. 40. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{5}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 17.

Corpus ovatum, compressum. Caput antice nudum, poris rarior pertusum. Dentes maxillatum subæqualium antice lati, truncati. Intra hos alii, qui ut et maxillares globulosi, conferti. Iris lacteo-argentea. Linea lateralis dorso paralela, sensim arcuata. Fossula dorsi pinnæ partem spinosam recondit, quæ filamento omni caret. P. P. elongatæ, acuminatæ. P. C. bifida. Color argenteus, supra ad aurantium vergens. Fascia in lateribus caudæ pone pinnam dorsalem analemque transversa, lata, nigra. P. V. fulvescentes; reliquæ pallidæ. Magnitudo spithamæ et infra.

(i) 9. *Sparus, Mormyrus*, cauda bifida; fasciis argenteis, nigrisque plurimis. L. S. N. 472.

*Sparus, Mormyrus*, maxilla superiore longiore; corpore argenteo; fasciis transversis plurimis fuscis. Brünnich. ichth. 96. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.

Corpus oblongum argenteum, qui color in capite nitidus: pone illud fasciæ 14 transversæ fuscæ, a dorso incipientes in abdomen evanescunt. Caput antice acutius. Maxilla superior ultra inferiorem paulo prominens. Pinnæ pallidæ; caudalis bifurca, margine extremo nigra. Longitudo spithamæ.

*Sparus, Momyrus, Hasselquist* itiner. 381. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . P. 15. V. 6. A.  $\frac{3}{5}$ . C. 18.

Caput cathetoplateum, parum declivé. Rostrum acutiusculum. Maxilla superior inferiore paulo longior. Dentes in maxilla et a lateribus faucis lineis 4. l. 5. dispositi; anteriores acuminati, molares tuberculati, postremis maioribus. Opercula subrotundo-angulata, non omnino squamosa. P. P. sub-inferæ,

10. SPARUS officulo secundo pinnarum ventralium in longam setam quasi productio. Art. Syn.

*Chromis Rondel. Gesu. Aldr.*

Macula nigra ad radicem pinnarum pectoralium. Dentes exiles. Linea lateralis ad pinnam dorsi solum extensa. Cauda bifurca.

Pinna

### ADDITIONALIA.

inferæ, acutæ. P. V. sub pectoralibus, distinctæ. P. A. æqualis. P. C. bifurca. Anus medius. Squamæ magnæ elipticæ, longitudinaliter striatæ. Linea lateralis suprema, recta, æqualis. Color capitis ex cœruleo argenteus. Corpus argenteum fasciis 9 ad 11 nigrescentibus usque medium ventris obscuratur. Locus portus Simirnæ.

*Mormyrus Willugby hist. pisc. 329. tab. X. 6. fig. 2.*  
*D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{3}$ , P. 14. V. 6. A. 13. C. . . .*

Corpus oblongum, compressum, dodrantale. Color juxta oculos argenteus, in abdomen albidus in dorso autem et lateribus e viridi cœrulescens, fasciis transversis paralelis, nigricantibus 11 ad 12 distinctus. Maxilla superior paulo porrectior. Labia crassa. Rostrum porrectum; acutiusculum. Dentes in angulo maxillæ acuti, parvi. Interius in maxilla superiori 3 aut 4, in inferiore duo tantum ordines tuberculorum granulosorum. Oculi mediocres velamento tecti. Iris aurea, obscuris maculis folidata. Cauda forcipata.

*Cynædus cauda bifurca; dentibus æqualibus, superioribus bifidis; capite subobtuso; pinnis pectoribus curtis, Gronovii zooph. p. 62?*

*Perca dorso monopterygio; capite lœvi; operculisque diacanthis squamosis; lineis utrinque transversis nigris in dorso, Gronov. zooph. p. 295? Br. 7. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 14.*

Caput squamosum, Maxillæ æquales. Dentes conferti, inæquales, Linea later. dorso parallela. P. C. bifurca. Color subfuscus, lineis obliquis cœruleis a fronte ad anum ductis et aliis latis subnigris transversis 12 in lateribus variegatus.

Pinna Dorfi ossiculorum 23. Ani 12. Pectorales 17.  
Ventrals 6. (k)

II. SPARUS varius, *macula nigra ad caudam in extremo æqualem.* Art. Syn. 63.

*Orphus Bellonii. Gesneri. Will.*

Caput pene rubeum. Pinna dorfi aculeorum 10. (l)  
*Dentibus maxillarum latis, ad basin imprimis.*

12. SPARUS unicolor flavescentes, *macula nigra annulari ad caudam.* Art. Syn.

*Sparus Auditorum.*

Dentes incisorii rotundati lati. (m)

13. SPA-

#### ADDITIONALMEN TUM.

(k) 10. Sparus, *Chromis*, cauda bifida; radio ventralium secundo setaceo. L. S. N. 470.

Sparus, *Chromis*, corpore obscure lineato; radio ventralium secundo setaceo, elongato. Massiliensis. *Castagnole. Brünnich. ichth. 45.* Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{5}{4}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{12}$ . C. 15.

Corpus ovatum, compressum, fuscum, lineis luteis 7 vel 8 obscure vittatum. Dentes obtusi. P. pectoralium basis macula nigra notatur. Ventralium radius secundus in longam producitur setam. Linea lateralis elata, ante finem pinnæ dorsalis evanescit. Ante pinnam caudæ supra infraque aculei 3 minuti, validi, decumbentes. Magnitudo 3 pollicaris.

(l) 11. Sparus, *Orpheus*, ocello subcaudali; capite rufescente; cauda integra L. S. N. 469. Piscis adhuc dubius.

*Orpheus Bellonii. Willugby hist. pisc. 315.*

Corpus compressum, latum. Squamæ asperæ, fixæ. Os parvum. Dentes minores scaro persimiles. Labia carnosæ. Cauda minime bifurca. P. P. et V. obtuse. Color dorfi usque medium corporis nigricans; abdominis albicans; macula in radice caudæ insignitus. P. D. et P. et V. et C. discolores. Caput pene rubeum. P. D. longitudinalis, 10 aculeis munita.

(m) 12. Sparus, *annularis*, ocello nigro subcaudali; corpore flavescente. L. S. N. 467.

Spa-

13. SPARUS lineis transversis varius, macula nigra insigni ad caudam. Art. Syn. 58,

*Sargus Auctorum.*

Dorsum acutum.

Dentes lati. Tuberula granulosa nulla.

Pinna Dorsi ossiculorum 26. Pectorales 14. Ventrales 6. Ani 17. Cauda bifurca. \* Lineas longitudinales facit Salvianus. (n)

14. SPA-

#### ADDITIONALMEN TUM.

*Sparus Rondeletii Willugby hist. pesc. 308.*

Corpus subovatum, compressum. Caput parum superne declive et parum impressum. Rostrum subacatum. Dentes incisores lati, cuneati. Molares pauci granulosi. Oculi ampli, iride argentea. Squamæ latæ. Color corporis luteo-viridis, pallescens, sine fasciis aut vittis, sed macula annulari nigra prope caudam insignitus. Pinnae quæ figura, situ et radiis cum Aurata convenient, flavent, excepta dorsali. Imaginem apud *Rondeletium* invenies.

*Sparus annularis.* Arabibus *Haros.* Forskål. I. c. XV, Corpus ovale, ad caudam non ocello, sed macula nigra P. V. flavæ.

*Sparus annularis*, macula nigra caudali, radiis 14 in pinna ani. *Der Sparbrassem*, Bloch N. A. F. V. 87. tab. 271. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . P. 11. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}\frac{1}{4}$ . C. 22.

(n) 13. *Sparus*, *Sargus* ocello subcaudali; corpore fasciis nigris. L. S. N. 467. Mus. Ad. Fr. II. 73. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 16. V. 6. A.  $\frac{3}{5}\frac{1}{5}$ . C. 17.

Dentes primores utrinque 8; incisoris humanis similes. Molares obtusi. Corpus ovatum, fasciis dorsalibus transversis fuscis. Macula fusca ad caudam. P. C. bifurca. Habitat in mari mediterraneo.

*Sparus*, *Sargus*, corpore argentato; lineis luteis, fasciisque transversalibus nigris; incisoribus truncatis. Mafillienfibus Sar. Brünnich, ichth. 38. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}\frac{1}{8}$ . C. 17.

*Artedi Genera.*

Nn.

Cor-

14. SPARUS *lineis longitudinalibus varius*, *macula nigra utrinque ad caudam*. Art. Syn. 58.  
*Melanurus Auditorum.*

Dor-

## ADDITAMENTUM.

*Corpus ovatum, compressum. Caput antice nudum, porulosum. Latera capitis et opercula squamosa. Dentes antici lati, truncati in utraque maxilla 8. Inter hos alii, qui uti maxillares plurium ordinum globosi, conferti. Iris argentea. Linea later. leviter arcuata. Fossula dorsi pinnæ partem anticam spinosam recondit; reliqua pars ut et P. A. ad basin squamosa ita ut intra squamas plicentur radii. Fascia transversa nigra in dorsi lateribus ante pinnam decurrit et alia in cauda ante finem P. dorsi et ani. P. P. acuminatæ, longæ, pallidæ. Squama utrinque ad ventrales, quæ nigræ. P. C. bifurca pallida, margine ultimo nigrescente, Color corporis argenteus, vittis arcuatis lutescentibus, supra lineam later. 5: Infra plures magis obscuræ. Margo extimus operculi postici et regio corporis adjacens supra pinnas pectorales nigra. Magnitudo spithamæ, et supra.*

*Sparus, Sargus, dentibus incisoribus octo; ordinibus duobus maxillarium, Der Geisbrassem. Bloch. N. A. F. V. 36. tab. 264. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{7}$ . C. 22.*

## Varietates.

$\alpha$ . *Sparus Puntazzo Cetti III. 124.*

*Facie, colore et magnitudine similis Sargo est. Rostrum acutum. P. C. semilunata ad excavationem nigra.*

$\beta$ . *Sparus, cinctus argenteus, nigro lineatus et fasciatus; incisoribus cuneatis; cauda bifida. W.*

*Sparus fascia subcaudali; lineis transversis corporis pinnaisque ventralibus nigris; incisoribus truncatis. Brunnich ichth. 39. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{6}$  P. 16. V.  $\frac{1}{6}$  A.  $\frac{3}{7}$ . C. 17.*

*Corpus ovatum, compressum. Caput antice obtuse deelive. Dentes anteriores truncati, contigui, molares globulosi. Iris alba. Opercula squamosa, integra. Linea later. fulcescens sensim arcuata. P. P. acutæ. Squama ad ventrales utrin-*

Dorsum parum acutum. Dentes parum lati. Cauda bifurca. Iris aurea. (o)

Nu 2

15. SPA-

## ADDITAMENTUM.

utrinque. Cauda bifida. Color argenteus, lineis nonnullis nigris, latera cingentibus, et fascia ante pinnam caudæ transversali lata, nigra distinctus. P. V. e cæruleo nigræ; reliquæ pallidæ. P. C. margo ultimus niget.

*Sparus, annularis,* corpore argenteo; lineis luteis, fasciisque transversalibus nigris, incisoribus acutis, *Brünnich-ichth. 37.* Massiliensibus Cante. Br. 6.D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . P. 14.V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}\frac{1}{4}$ . C. 17.

Corpus ovatum; compressum. Caput nudum. Opercula squamosa, integra. Dentes omnes acuti, parvi, conseruti; morales magis obtusi. Iris alba. Linea later. leviter arcuata. Fossula in dorso pinnae partem spinosam recondit; reliqua pars, ut et P. A. ad basin squamosa, ita ut inter squamas plicantur radii. Squama utrinque ad P. V. quæ una cum dorsali analique plicatis nigræ. P. P. acuminatæ. P. C. bifurca. Color luteo-argenteus, vittis longitudinalibus pluribus lutescentibus, fasciisque 5 transversis, latis obscuris, quarum prima in nucha, ultima in cauda, quæ pallida, subnigro in fine marginata. Pinnæ pectorales rubicundæ. Magnitudo spithainæ.

(o) 14. *Sparus, Melanurus*, ocello nigro caudæ; corpore lineis longitudinalibus. L. S. N. 468.

*Melanurus* a variis auctoribus varie describitur. *Salvianus* lineas longitudinales nigricantes in illo observavit, quas alii abesse dicunt.

*Melanurus Rondelet.* l. s. c. 6.

Habet maximos respectu corporis oculos nigros; os parvum; dentes parvos; pinnas et caudam similiter ac *Aurata*: Squamas magnas deciduas; colorem in corpore ex cæruleo nigruim, in pinnis rubellum; maculam nigram in cauda et lineam lateralem e squamis majoribus quam reliquæ, nigro lineatis subrotundis, constantem,

Mela-

Pag. 38. 15. SPARUS *lineis utrinque undecim, aureis, parallelis, longitudinalibus. Art. Syn. 68.*

*Salpa Auditorum.*

Cutis ad finem pinnarum dorsi & ani in eminentiam medio sinuosam producitur. Cauda bifurca.

Dentes ad basin lati, & illi in maxilla superiore sunt apice bicuspidate praediti.

Aculei 12. in pinna dorsi. *Salvian. (p)*

XXIX.

#### ADDITIONALMEN TUM.

Melanurus *Willugby hist. pifc. 310. tab. U. 2 Fig. 1. ex Salviano mutuata.*

Corpus oblongum; ex cæruleo nigricans, lateribus argenteis, lineis obscurioribus, decolaribus a capite caudam versus productis, macula nigra prope caudam insignitum. Oculi grandes. Iris aurea. Dentes uniseriati, anteriores latiores; posteriores acutiores. Cauda admodum forcipata. Squamae mediocres. Longitudo sesquipalmaris.

Melanurus *Raji Syn. pifc. 131.*

Figura corporis oblonga. Oculi magni. Lineæ in lateribus nullæ. Annulus circa caudam ater.

Sparus *Melanurus*, oblongus; fascia caudali atomis nigris, incisoribus truncato-ferratis. *Brünnich ichth. 41 Massiliensis Blade.* Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{7}$ . C. 17.

Corpus oblongum, compressum. Incisores maxillæ superioris 4 truncato-ferrati. Dentes inferiores minuti, acuti, numerosi. Iris alba. Linea lat. leviter arcuata, fusca. Color corporis argenteus, atomis innumeris nigris irroratus. Cauda ultima pone pinnam dorsalem analiisque nigra, sed pinna ejus bifurca una cum reliquis pallida. Magnitudo vix spithamæ.

Melanurus striis variegatus, ocello nigro ad caudam. Sardis *Occhiata dictus. Cetti. l.c. III. 125.*

(p) 15. Sparus, *Salpa*, cauda bifida; lineis fulvis longitudinalibus, utrinque undecim. *L. S. N. 470. Mus. Ad Fr. II. 74. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 16. V. 6. A.  $\frac{3}{7}$ . C. 17.*

Capi-

## ADDITIONAL.

Capitis latera punctis copiosis pertusa. Dentes omnes incisores quasi, approximati, superiores bifidi, Corporis latera lineis aureis, longitudinalibus, paralelis plurimis. P. D. radiis 28, quasi ex duabus pinnis in unam pictis; primis 11 spinosis. Postica pars pinnæ sive mollior deprimitur inter squamatum vaginam. Cauda bifurca.

*Sparus, Salpa*, lineis fulvis longitudinalibus utrinque 10; incisoribus superioribus obtusis. Massiliensisibus *Saupe. Brunnich. ichth. 46.* Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{8}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}$  C. 17.

Corpus ovato-compressum. Os parum. Dentes exigui, una serie dispositi, superiores obtusi. Iris aurea. P. P. ad basin macula nigra notatae. Spina in P. V. vix pungit. P. D. spinæ in fossula; membrana spinis interjecta, filamentis brevibus aucta. Color argenteus; lineis aurichaleei coloris longitudinalibus, rectis in utroque latere 10 per caput et reliquin corporis ductis. Linea later. dorso paralela, reliquis lineis non paralela, minus splendens. Magnitudo spithame et ultra.

*Sparus, Salpa*, dentibus incisoris. *Der Goldfisch. Bloch. N. A. F. V. 44. tab. 265.* Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{8}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{7}$ . C. 20.

Character specificus est unica series dentium, incisorium, quorum superiores crena parva in extremitate bifidi, et inferiores ibidem acute angulati sunt. Color in dorso nigricans, in lateribus argenteus lineisque longitudinalibus flavidis varius, in pinnis cinereus, versus extremitatem in spadiceum migrans. Præterea basis pinnæ pectoralis macula atra insignita est.

*Salpa Willugby hist. pisc. 316. tab. U. 7.*

Descriptio ejus convenit cum illa Linnæi.

16. SPARUS, *Insidiator*, rubens, rostro tabulofo, ejeticatio, pinna caudæ bicorni. *W.*

*Sparus, Insidiator.* *Der betrügersche Seebrasse. Pallos spic. VIII. 45. tab. 5. fig. 1.* Br. 5. D.  $\frac{2}{8}$ . P. 11. V. 6. A.  $\frac{3}{7}$ . C. 11.

Corpus compressum, cyprinaceæ figuræ, latiusculum, obesum macrolepidotum. Anus medius. Linea lateralis prior dorso propinquior et subparalela usque ad pinnæ dorsalis finem

## ADDITAMENTUM.

deducta: altera sub finem prioris et perimedium caudæ decurrens. Caput compressum, inerme, totum squamis magnis imbricatum. Oculi laterales. Os emissile, tubulosum, compressum, ipso capite longius, terminatum maxillis bipartitis, margine osseō nudis atque granulo-dentatis, dentibus singulæ duobus in medio majoribus, rectis, conicis. Membrana crassa tubum perficit. Sceleton tubi fere ut in *Zeo Fabro*: Nempe supra trabeculæ duas ossæ, planæ, contiguae, parallelae, maxillæ superiori angulo recto immisæ, interque cranium et denticulatam cutim retractiles. Maxilla inferior, ramis retrorsum producta, extremo subtrilobis, quibus lateralí articulatione uniuntur ossa plana tubi lateralia obliqua, quæ rostrum distendunt; subtus vero ossicula s. fulcra carinalia, longitudinalia, difformia, quibus coarticulantur singuli vesces, inde sub oculis firmati, maxillam subtus protendentes. Opercula branchiarum integerrima squamosa. Membrana branchialis quinque radiata. Pinnæ pectorales radiorum undecim. P. V. sub pectoralibus positæ, sexradiatae, radioque secundo et tertio productis, acuminatae. P. dorsi instructa radiis 9 spinosis, quorum primi minores; totidemque ramosis, e quibus penultimi sensim longiores. P. A. figura dorsali similis, radiorum 11. quorum tres priores spinosi, penultimi longissimi. Pinnæ dorsi anique squamis singularibus, semilanceolatis utrinque stipatae. P. C. radiorum 11. distantium, subæqualis, nec nisi radiis extimis productioribus subforcipata: Color in dorso ruber, per latera flavescent, marginibus squamatum æruginose viridibus, in siccato etiam specimine, pulchre præparato, quales ex Indiis mitti nunc solent. Pinna dorsi anique viride fasciolata, reliquæ flavescentes.

17. *SPARUS, chlorourus*, linea laterali interrupta; pinnis ventralibus in acumen elongatis. *Der Grünschwanz.* *Bloch.* *N. A. F. V. 24. tab. 260.* Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{9}{10}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 15.

Caput angustum. Maxillæ aequales, virides uti reliqua ossa praeter dentes, qui conici in utroque latere maxillarum non contigui, una serie ordinati, duobus caninis recurvis augentur,

## ADDITIONALMEN TUM.

tur. Inter os et oculos nullæ squamæ, sed maculæ pallidæ minutæ conspicuntur. Oculi summi prope verticem. Iris rubra. Pupilla nigra. Membrana branchialis semiaperta. Truncus tenuis, fere linearis. Linea lateralis interrupta. Pars ejus anterior summa ad finem dorsalis pinnæ desinit posterior e regione medii pinnæ analis conspicitur. Anus remotus. Squamæ latæ, tenues trunci partem quandam pinnæ dorsi et ani operiunt. Color fundamentalis viridis, in trunco ad flavum vergens. P. P. flavæ, reliquæ saturate virides. P. D. autem in fine flavescit. P. ventralium radius secundus et P. caudalis radius tertius acumen earum effingunt. Habitat in Japonia et India occidentali.

18. SPARUS *Abildgaardi*, squamis hexagonis. *Der Abildgaardische Brassem.* Bloch. N. A. F. V. 22 tab. 259. D.  $\frac{9}{10}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Caput magnum, compressum, usque opercula alepidotum. Maxillæ æquales. Dentes validi, Labia crassa, Iris cœrulea. Pupilla nigra. Linea lateralis ramosa, infracta. Anus fere medius, Squamæ magnæ, hexagonæ, in operculis vero rotundatae et in pinna caudae quadrangulæ. Pinnae parvae. Radii ossi in quibusdam pinnis ramento praediti. Color in dorso violaceus. Caput, latera trunci et pinnatum partim flava et partim violacea. Habitat in India occidentali.

19. SPARUS, *fasciatus*, corpore fasciato; linea laterali interrupta. *Der bandirte Brassem.* Bloch. N. A. F. V. 18. tab. 257. Br. 5. D.  $\frac{9}{10}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 13.

Caput compressum usque oculos alepidotum. Rictus amplius. Maxillæ æquales. Dentes diversi: Una series conicorum, validorum, inter quos utrinque unus caninus incurvus eminet, partem maximam maxillæ occupat. Ante et post hos quidam dentes globulosi existunt. Palatum, lingua et opercula glabra. Nares simplices. Oculi parvi, pupilla nigra, iride subviridi. Membrana branch. aperta. Ad latus internum operculi anterioris branchia simplex. Operculum posticum angulo obtuso exit. Truncus compressus, subviridis, fasciis 6 fuscis ornatus, Squamæ latae, glabrae, tenues, quibus

## ADDITAMENTUM.

bus etiam pars quaedam P. dorsalis, ani et caudae contegitur. Pinnam caudae, margine fusco notatam; fascia nigra transit. Caput, pectus, margines pinnae ani et apex P. caudalis maculis minutis conspersa. Linea lateralis duplex. Prima recta a dorso ad finem pinnae dorsalis ducta; altera in medio trunci oriunda in pinna caudali desinit. P. D. et P. A. pone acutae, fusco marginatae. Habitat in Japonia.

20. SPARUS, *erythrourus*, dentibus minutissimis; radiis 10 in pinna ani. *Der Rothschwanz Bloch. N. A. F. V. 26. tab. 261. D.  $\frac{9}{20}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 20.*

Caput et rictus parva. Oculi magni. Iris rubra. Pupilla nigra. Maxillae aequales. Dentes minutissimi unica serie. Truncus latus. Linea lateralis summa, ad initium arcuata. Color capitis et laterum trunci argenteus; dorsi cæruleus; pinnarum ruber. Habitat in Japonia.

21. SPARUS, *capistratus*, cauda integra; corpore albo-reticulato. *L. S. N. 473. D.  $\frac{9}{20}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{1}{10}$ . C. 14.*

Corpus oblongum, figura Pl. Hippoglossi. Squamae laxae, ante marginem fascia alba, ad angulum rectum inflexa, unde pectoris reticulatus. Dentes primores magni 2 superiores, 4 inferiores. Pinna dorsalis longitudine fere dorsi. Habitat in America.

22. SPARUS, *falcatus*, spinis quatuor in pinna ani. *Der Sichelflosser. Bloch. N. A. F. V. 20. tab. 258. Br. 6. D.  $\frac{14}{21}$ . P. 10. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{4}{24}$ . C. 10.*

Caput magnum, ad opercula solummodo squamosum. Rictus amplius. Maxillae aequales, quae ante dentibus 4 caninis, robustis, incurvis, in utroque latere minutis, rotundatis, et pene duobus magnis, acutis armatae sunt. Ad maxillam superam duo ossa lata, flava labiorum. Iris aurea. Pupilla nigra. Operculum anterius diphylum, posterius obtuse angulatum. Apertura branch. ampla. Membrana br. aperta. Truncus ante latus. Venter brevis. Anus capiti propior. Linea lateralis summa, in medio parum curvata. Squamae parvae opercula, truncum et magnam partem P. D. et A. obtengunt. Color capitis et pinnarum viridis, qui in extremitate pinna-

## ADDITIONALMEN TUM.

pinnarum, exceptis pectoralibus, flavescent. Habitat ad insulas Antillas.

23. SPARUS, *radiatus*, cauda integra; linea laterali stigmatibus trifidis, bifidis. *L. S. N.* 472. Br. 6. D.  $\frac{5}{2}$ . P. 12. V. 6. A.  $\frac{3}{6}$ . C. 17.

*Pudding-fish. D. Garden.*

Corpus dorso viride, lateribus purpureum, ventre rufum. Caput pictum striis caeruleis, luteis, viridibus. Superociliares lineae punctatae. Labium superius ductile. Dentes conici; primoribus majoribus duobus. Pupilla nigra; iride aurea, caeruleo rubescente. Opercula maculis 2, purpurea, lutea. Pinnae omnes variegatae. Cauda rotundata. Linea later. dorso paralela ad finem P. D. declinata, confecta quasi squamis linearibus trifidis; ramis bifidis.

*Varietas.*

Turdus oculo radiato. *The Pudding-wife. Catesby II.*  
tab. 12.

Oculi rubentes, radiis in circumferentia caeruleis circumdati. Branchiarum opercula lineis irregularibus 6. f. 7 caeruleis ornata. Corpus squamis olivaceis, caeruleo marginatis vestitum. Fascia lata lineis 4 caeruleis flavisque alternis transversis composita, in abdomine a pinna pectorali una ad alteram se extendit. P. D. et A. fere longitudinales, flavæ, cæruleo marginatæ. P. V. acutæ flavæ radio primo cæruleo. P. P. longæ acuminatæ fuscae. P. C. integra, fusca, aurantia fascia terminata. Maxilla supera ductilis. Dentes tres primores in utraque maxilla majores reliquis. Magnitudo 16 unciarum.

24. SPARUS, *palpebratus*, oculis ochraceis, valvula libera flavescente munitis. *Der kloppäugige Seebrasse Boddaerti.* Vide *Neue Nordische Beyträge.* II. 55. tab. 4. fig. 1. D. 22. P. 16. V. 6. A. 16. C. 20.

Pisciculus trium circiter unciarum longitudine et unius latitudine. Percæ vulgari haud absunilis. Caput obtusum, nigricans; reliquum corpus bruneum. Oculi ochracei coloris, valvula oblonga, gilva, mobili, inferne orbitæ adnata, ab utroque latere tueuntur. Opercula ad extremum superius duo-

## ADDITIONAL.

bus aculeis armata. Frons sulcata. Linea later. elata, dorso fere paralela, verrucis 5 in una serie sequentibus incipit. P. D. semilongitudinalis. arcuata radiorum 20, quorum anteriores aculeati sunt. P. P. radiis 16, P. V. radiis 6, P. A. radiis 16 et P. C. bifida radiis 20 compositæ. Habitat in mari ad Amboinam.

25. SPARUS *Brama*, ordine dentium acutorum brevium unico; squamis supra lineam lateralem parvis. *Der Meerbrassem.* Bloch. N. A. F. V. 77. tab. 269. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 19.

Caput parvum, compressum, alepidotum. Opercula rotundata, microlepidota. Rictus parvus. Maxillæ æquales. Dentes breves, incurvi, acuti, quorum illi in maxilla supera contigui, ad basin latiores, quam in infera. Oculi modici, iride argentea, pupilla ex nigro cœrulea. Apertura branch. angusta. Membrana branch. tecta. Truncus latus et tenuis, dorso carinato. Linea lateralis summa, lata ante surfum et pone dorsum curvata, punctorum nigrorum serie utrinque inclusa. Anus remotus. Squamæ fixæ, rigidæ, infra lineam lateralem magnæ ad pinnas vero parvæ. Aculei pinnæ dorsalis ramento prædicti. Color in dorso cinereus, in lateribus nitens albus ad aureum vergens, in abdome albidus, in pinna rubicundulus. Habitat in mari Atlantico ad littora Galliæ.

26. SPARUS, *aureus*. *Goldfish* in nova Eboracensi dictus Schöpfii. In Schriften G. N. Fr. VIII. 150. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 18.

Caput declive, squamosum, striis opalinis ornatum. Oculi prominentes, flavi. Maxilla supera mobilis. Dentes minutæ, acuti, uniseriati. Opercula squamosa, superiora in nonnullis denticulata. Macula rotunda indici vel interdum flavi coloris in angulo superiori aperturæ branchialis conspicitur. Corpus compressum, oblongum, dorso carinato. Linea later. dorso paralela et in fine recta. Cauda integra. Longitudo palmaris. Habitat in lacubus novæ Eboracensis.

27. SPARUS, *vittatus*; fasciis nigris, vittis luteis. *Der gefreifte Brassem.* Bloch. N. A. F. V. 33. tab. 263. D.  $\frac{2}{3}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 16.

Cor-

## ADDITAMENTUM.

**Corpus** ovato - oblongum argenteis squamis vestitum. **Caput** parvum ante obtusum usque oculos alepidotum. **Rictus** amplius. **Maxillæ** æquales denticulis acutis armatae. **Iris** subrubra. **Pupilla** nigra. **Opercula** rotundata, glabra. **Anus** remotus. **P. V.** et **P. P.** acuminatæ. **P. D.** et **P. A.** compositæ pone rotundatæ. **P. C.** bifurca. **Color** in dorso violaceus, in lateribus argenteus, qui vittis 7 flavis et fascia nigra per oculos ducta aliaque simili post opercula, pectus cingente, distinctus est. **Habitat** in Brasilia.

28. **SPARUS,** *Hurta*, cauda bifida; corpore fasciis transversis rubris; dentis laniariis exsertis. *L. S. N.* 469. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Dentes primores superiores quasi canini; inferiores 3 prominuli; laniarii inferiores exserti; molares utrinque obtusi; rotundati. Corpus latum, compressum, antice declive. Linea later. modice curvata. Pinnæ in fossula reconditæ. P. D. rad. 23, primis 11 spinosis, tertio longo, P. P. radiis 16, primo simplici fere adnato, quarto longissimo P. V. obtuse 6 rad. primo spinoso breviore, P. A. rad. 9, primis 3 spinosis, validis. P. C. bifurca 17 radiata.

Cynædus dentibus anticis conicis validissimis cauda bifurca *Gron. zooph.* p. 60? Vide *Nova genera*.

29. **SPARUS,** *Spinus*, cauda bifida; spina dorsali recumbente. *L. S. N.* 471. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{3}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{2}{3}$ . A.  $\frac{7}{6}$ . C. 16.

Oculi magni; orbita supra retrosum sinuata. Corpus litoris cæruleis repandis, varie coadunatis pulchre pictum. Spina recumbens ante pinnam dorsalem. P. V. radius primus et ultimus pungunt. Radii spinosi pinnæ analis apice cutacea aucti. P. C. bifurca. **Habitat** in Indiis.

*Sparus Spinus* sive *Javanensis* *Osbeck, itin.* 357. D.  $\frac{1}{2} \frac{3}{4}$ . P. 15. V.  $\frac{2}{3}$ . A.  $\frac{7}{6}$ . C. 18.

P. D. longitudinalis uti analis. Radius primus et ultimus pinnæ ventrales spinosi. P. C. bifurca. Latera corporis cinea, lineis curvatis distincta. Abdomen album. Labia mollia. Longitudo spithamæ. **Habitat** in India orientali.

## ADDITAMENTUM.

30. SPARUS, *rhomboides*, cauda integra; dorso canaliculato; corpore luteo-lineato. L. S. N. 470. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 20. *Saltwater Bream*. *D. Garden.*

Dentes obtusi. Fossula dorsalis ut in *Sciænis*. Macula nigra inter radios pinnarum pectoralium, et dorsalis. P. V. et A. fulvæ.

*Varietas.*

*Perca marina rhomboidalis*. *The Pork-fish* *Catesby.*  
II, tab. 4.

Corpus ovatum, compressum, vittis subcinereis et flavis alternis variegatum. Caput obtusum, admodum declive, squamosum. Dentes minimi, acuti. Iris aurea, P. omnes flaviant. P. D. longitudinalis, aculeis 13 et pluribus radiis molibus composita. P. P. subinferæ, acuminatæ, longæ. P. A. semilongitudinalis, humilis, aculeo maximio ante armata. P. C. bifurca. Habitat circa insulas Bahamenses.

31. SPARUS, *Berda*, cinereo albidus; squamis laterali bus singulis fascia media transversa fusca; spinis dorsalibus recumbentibus. *Forskål.* l. c. 32. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 16.

Corpus ovale. Color cinereo-fuscus. Fasciæ dorsales obsoletæ. Venter albus. Squamae laterales rotundatae singulæ fascia transversa fusca, media. Pinnæ omnes fuscæ; pectorales hyalinæ. Dentes incisores utriusque maxillæ 4 longiores conico-subulati, propinqui, interdum ad utrumque latius aucti dente minore: Molares hemispherici; posteriores majores. Labium superius longius, protractile. Ante nares simplices singulus cirrulus conicus. Iris alba. Opercula squamata. Spinæ dorsi a quarta sensim decrescentes, versus basin alternatim latiores ita, ut prima basi sinistra latior sit; secunda dextra; tertia sinistra etc. P. P. lanceolatæ, prælongæ. P. V. et D. et A. pone rotundatae. P. C. parum bifida, lobis obtusis. Spinæ ani prima brevis, secunda valida, crassior, et longior quam tertia. Omnes spinæ uti dorsales in fossula recumbunt. Pars inermis P. D. et ani squamis erectis, lanceolatis. Linea later. dorso propior, juxta caput a dorso deflexa, dein parale-

## ADDITIONAL.

paralela, in cauda recta supra medium. Longitudo pedalis. Habitat in mari rubro.

32. SPARUS, *Haffara argenteus*; lineis longitudinalibus, obsoletis, ex fuscō flavescentibus; cauda bifida, *Forskål* l. c.

33. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{13}$ . C. 18.

Facies Mormyri. Fasciæ transversæ nullæ. Dorsum curvatum. Abdomen rectum. Cauda bifida. Corpus oblongum, argentei coloris, lineis longitudinalibus, obsoletis fuscō-flavescentibus utrinque 14. Dentes incisores in utraque maxilla validi, remoti, obtusi; in faucibus tubercula multa hemispherica. Longitudo spithamæ.

33. SPARUS, *chrysops*, cauda lunata; dorso canaliculato; oculorum iridibus aureis. L. S. N. 471. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{3}{4}$ . P. 17. V. 6. A.  $\frac{3}{16}$ . C. 19. *Porgee D. Garden*.

Corpus cæruleoscens, P. P. et V. et A. et C. rubræ. Caput lituris cæruleis.

## Varietas.

Aurata Bahamenfis, *The Porgg. Catesby* II. tab. 17.

Corpus squamosum ovatum, dorso magis arcuato quam abdomen, cauda angusta, forcipata. Caput mediocre, supra flexuose declive. Rictus ascendens. Oculi magni, superi, nucha propiores, iride aurea, corruscante. Dentes magni duo incurvi in apice maxillæ inferæ et unum solum in supera, plures minores in palato. P. D. fere longitudinalis spinosa rubella, P. P. inferæ, acuminatae, longissimæ. P. V. pectoralibus similes, sed diuidio breviores. P. A. semilongitudinalis. P. C. forcipata. Color dorfi fuscus, qui versus latera pallescit et ad abdomen in plumbeum migrat. Caput subcæruleum, superne nigro guttatum, ad opercula squamata lineis venosis, cælis, ab oculis descendentibus, ornatur. Pinnæ omnes, præter pectorales, spadiceæ. Labia subrufa. Longitudo pedalis et ultra.

34. SPARUS, *Zebra*, argenteus, vittis cæruleis longitudinalibus interruptis; incisoribus inferioribus prominulis. Mas-siliensisibus *Sucle Brünnich. ichth.* 47. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{4}$ . P. 14. V. 6. A.  $\frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . C. 14.

## ADDITAMENTUM.

Corpus oblongum, compressum: Dentes miunti, conferti, acuti. Labium inferius prominet dentibus nonnullis solitariis validioribus. Membrana branch. nigra. Iris aureofusca. Linea later. cum dorso curvata. Fascia lunaris transversa argenteo-cærulea inter oculos, alia utrinque infra eosdem usque ad labium oblique ascendit. Caput supra fuscum. P. P. acuminatæ, pallidæ. P. V. cærulescientes. P. A. et C. viridescentes, cæruleo maculatæ. P. C. bifida, lobus inferior paulo brevior. Color corporis reliqui pallide aureus, vittis cæruleis interruptis plurimis varius, pectus obsolete fuscum. P. D. ad basin viridescens extremitate cærulea ramentacea. In medio corporis macula obsolete fusca. Magnitudo spithainæ et ultra.

*Varietas.*

In nonnullis hujus speciei membrana branchiostega albida; P. V. et A. flavicantes. Præter maculam lateralem apparent quoque fasciæ nonnullæ obsolete fuscae in lateribus transversæ.

35. *SPARUS orientalis. Hasselquisti iter. 386. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{5}{4}$ . P. 10. V. 6. A.  $\frac{2}{3} \frac{3}{3}$ . C. 16.*

Corpus compressum, longitudine palmæ et latitudine unius pollicis. Caput compressum, supra declive, ante parum acuminatum. Labia reflexilia. Dentes anteriores acuminati-duo longiores in utraque maxilla, molares tuberculati. Rictus angustus. Oculi ori propiores. Iris ex albo viridescens. Pupilla ingricans. Opercula rotundata squamosa, superior lamina ferrata. Linea later. dorso approximata, curvato-recta. P. D. fere longitudinalis. P. P. subinferæ. P. V. medio inter anum et gulam sitæ. P. C. apicē æqualis. Color: Dorsum supra lineam later. fuscum. Latera infra lineam later. lineis 4 fuscis notata. Abdomen albicans maculis fuscis adspersum. P. D. et A. et C. ferrugineo maculatæ. Pinnæ pectorales et ventrales albicanter. Squamæ amplæ, duræ, figura irregulare. Habitat Smirnæ.

36. *SPARUS, Sarba*, ovato-oblongus argenteus; vittis obsoletis plurimis; linea aurea utrinque juxta pinnas ventrales flava. *Forskål l. c. pag. 31.* Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{5}{4}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.

Corpus

## ADDITAMENTUM.

**Corpus ovatum**, dorso alte arcuato, abdome recto. Dentes incisores conici, contigui; molares hæmispherici, plurimi. P. D. et Ani radii spinosi in fossula; reliqui basi utrinque membrana erecta, communi, libera. Vittæ corporis longitudinales fuscentes, obsoletæ utrinque fere 17, quot series longitudinales squamarum. Squamæ latæ, integerrimæ. P. D. fusca, basi hyalina. P. C. bifida glauco-fusca, parte inferiore flava P. pectorales et ani flavæ. P. P. lanceolatae, albidæ; ventralibus sesquilongiores. Linea later. dorso propior, sed minus curva, in cauda rectior, ultimo apice surgens. Opercula squamata, integra. Habitat in mari rubro.

**SPARUS**, *Cuning*, dentibus minutissimis; 14 radiis in pinna ani. *Der Cuning*. *Bloch. N. A. F. V.* 31. tab. 263. Br. 6. D.  $\frac{2}{3}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 19.

Caput parvum, compressum, alepidotum, exceptis operculis microlepidotis. Maxilla infera longior supera; utraque una serie denticulorum acutorum armata. Palatum et lingua glabra. Iris argentea. Pupilla nigra. Truncus oblongus, compressus, dorso et abdome carinatis. Linea lateralis summa, dorso paralela. P. D. semilongitudinalis, in medio parum humilior, violacea. P. P. compositae et acuminatae uti P. V. quae paulo remotiores sunt a capite quam P. P. Color in dorso et pinna dorsali violaceus, in lateribus argenteus, lineis aureis, longitudinalibus distinctus; in pinnis flavus. Habitat in orientali India.

38. **SPARUS**, *Bogaraveo*, corpore argenteo, immaculato; incisoribus acutis. *Mashiliensis* *Bogue-Raveo*. *Brünich ichth.* 49. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{6}$ . C. 17.

Corpus ovatum, compressum. Caput antice obtusum. Dentes minimi, acuti. Linea later. fusca, leviter arcuata. Cauda bifida. Pinnae omnes pallidæ. Iris alba. Color capitidis argenteus, qui in reliquo corpore immaculato pallidior. Magnitudo 3 pollicaris.

39. **SPARUS**, *Probatocephalus*, argenteus. Fasciis 6 nigris, cauda bifurca. *W.*

## ADDITIONALMEN TUM.

*Sparus Sheepshead. Schoepfii* Vide *Schriften N. F. VIII.*

152. B. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . L.  $\frac{1}{2} \frac{2}{5}$ . P. 15. L. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4} \frac{1}{4}$ . C. 18.

Caput valde declive et modice convexum, fronte alepidota. Maxilla supera productilis. Lingua glabra, ovata. Dentes incisores validi, 6 in maxilla supriore et 8 in inferiore. Post hos supra tres series et infra duae series molarium magnitudine retrosum crescentium, obtusorum adsunt. Oculi aurei. Opercula squamosa, integra. Membrana branch. 5 radiis, et interdum 4 tantum suffulta. Corpus valde compressum, argenteum, fasciis 6 nigris varium, quarum 4 a dorso ad ventrem et duae super caudam extenduntur. Linea later. curva. P. C. plus minusve furcata. Fossula in dorso et post anum ad aculeos pinnarum recipiendum.

40. *SPARUS, argyrops*, cauda lunata; dorso canaliculato; oculorum iridibus argenteis. *L. S. N. 471.* D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{5}$ . P. 17. V. 6. A. 15. C. 20. *D. Garden*

Similis *S. chrysopi*, sed oculi argentei. Pinnae dorsalis radii tres primi in setam longam elongati. Habitat in Carolina et Jamaica.

## Varietates.

α. *Xanthurus indicus* i. e. *Geelstart. Listeri* in Append. *Willugby* p. 2. tab. 3. fig. 1.

Figura et magnitudine Braiae fere similis. Rostrum dentibus acutis recta prorsum extantibus. Color in dorso et cauda ipsa flavus. Venter caerulescit, caput versus fuscus, est. Pinnae rubent.

β. *Sparus Poki vel Porgee Schöpfii*. Vide *Schrift. N. Fr. VIII.* p. 153.

Magnitudine, habitu externo et numero radiorum Sp. Probatocephalo similis. Differt tamen dentibus debilioribus, oculis argenteis, corpore argenteo ad dorsum subcaeruleo absque fasciis. Ab argyrope abscedit absentia radiorum longorum setosorum in pinna dorsali.

41. *SPARUS, chrysurus*, linea laterali aurata. *Der Goldschwanz. Bloch. N. A. F. V. 28. tab. 262.* D.  $\frac{1}{2} \frac{9}{7}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2} \frac{1}{6}$ . C. 19.

Corpus

## ADDITIONAL.

**Corpus** ovato-lanceolatum, squamosum. **Caput** parvum, obtusum, usque opercula alepidotum. **Rictus** medioris. **Maxilla** multis denticulis acutis armatae. **Opercula** squamosa, obsolete angulata. **Oculi** parvi, summi. **Iris** argentea. **Pupilla** nigra. **Linea** lateralis fere recta submedia, dorso propior. **Anus** capiti propior. **P. D.** et **P. A.** fere æquales, semilongitudinales, pone acutae. **P. P.** et **P. V.** lanceolatae, acuminatae. **P. C.** forcipata. **Color** fundamentalis argenteus, violaceo mixtus, vitta aurea longa ad lineam lateralem. aliaque simili brevi inter **P. ventrales** et **analem** belle distinctus, in **P. dorsali**, anali et caudali aureus, in **P. pectoralibus** cinereus, et in ventralibus nigricans. **Habitat** in Brasilia.

42. **SPARUS virginicus**, cauda bifida; fasciis duabus nigris transversis; lineis caeruleis pluribus. *L. S. N.* 472. **D.**  $\frac{1}{2} \frac{1}{2}$ . **P.** 18. **V.**  $\frac{1}{6}$ . **A.**  $\frac{3}{2}$ . **C.** 18.

**Opercula** subferrata. **Fascia** prior ab humeris per oculos ad maxillam inferiorem; altera ab humeris per latera thoracis ad pinnas pectorales. **Lineæ** caeruleæ plures longitudinales, parallelæ. **Caudæ** pinna biloba, obtusa.

43. **SPARUS, anonymous**, bruneus; fasciis 4 interdum 6 subnigris, cauda integra. *W.*

**Sparus** . . . . . *Schöpfii* Vide *Schriften N. Fr.* VIII. 154. **Br.** 5. **D.**  $\frac{1}{2} \frac{1}{2}$ . **P.** 15. **V.**  $\frac{1}{6}$ . **A.**  $\frac{3}{2}$ . **C.** 15.

**Facie** et **magnitudine** Sp. Probato cephalo similis. **Color** corporis fordiste bruneus, fasciis 4 inter 5 vel 6 nigricantibus, a dorso ad ventrem notatus. **Linea** later. recta ad pinnae dorsalis finem descendit et tunc recta procedit. **P. C.** integra. **Opercula** squamosa, integra. **Dentes** contigui, biseriati; **Incisor**es anteriores duo latiores reliquis.

44. **SPARUS, galileus**, cauda integra; corpore supra virescente, subtus albo. *L. S. N.* 473. **Br.** 5. **D.**  $\frac{1}{2} \frac{1}{2}$ . **P.** 11. **V.** 7. **A.**  $\frac{3}{2}$ . **C.** 20.

**Corpus** et **caput** cathetoplatea. **Caput** valde declive. **Rostrum** breve. **Rictus** parvus; **Maxilla** supera longior. **Denticuli** conferti. **Palatum** et **lingua** glabra. **Oculi** medii superi, magui. **Pupilla** atra. **Iris** fulva. **Opercula** squamosa. **P. D.** fere

## ADDITIONAL.

fere longitudinalis molles in eo radii longiores spinosis P. P. acuminatae. P. V. sub pectoralibus. P. C. aequalis. Anus infra medium. Linea later. prope dorsum recta. Color capitis, dorsi et pinnae ani viridis; laterum, abdominis argenteus, abdominis inferioris et pinnarum albidus. Squamae amplae, laeves, deciduae. Longitudo 14 unciarum. Latitudo  $\frac{1}{2}$  spithamæ. Locus, lacus. Genezareth in Galilæa Vide Hasselquist, itin. n. 76.

**45. SPARUS, saxatilis**, ocello subcaudali, corpore candidante. *L. S. N.* 468.

*Sciæna saxatilis. Mus. Ad. Fr.* I. 65. tab. 31. fig. 1.  
Br. 4. D.  $\frac{1}{3} \frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{12}$ . C. 16.

Corpus oblongum. Squamae in pinnis nullæ. Linea lat. vix ulla. Oculus fuscus ad basin caudæ. Opercula squamosa, laevia. Dentes minimi scabri in maxillis, non in lingua. P. D. longitudinalis. P. C. rotundata. Habitat Surinami.

**46. SPARUS, biocellatus**, subrufus, macula nigra ocellata supra pinnas pectorales, aliaque simili ante pinnam caudalem, rotundata. *W.*

*Sparus rufescens, maculis duabus annulatis ad pinas pectorales et caudam. Gronov. zooph. p. 67. tab. 6. fig. 3.*

*Sparus rostro plagioplateo, maxilla inferiore longiore, rufescens, macula nigra iride alba cincta, utrinque ad caudam subrotundam. Gronov. Mus. ichth. II. p. 29. Br. 5. D.  $\frac{1}{3} \frac{2}{3}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{12}$ . C. 17.*

Corpus, oblongum, modice cathetoplateum, squamosum. Caput a dorso decline, pone cathetoplateum, ante plagioplateum, parum latius corpore. Dentes conferti, minimi. Maxilla inferior parum longior. Opercula squamosa. Linea lat. conspicua bipartita. Prior pars supera, dorso parallela, ab operculis oriunda ante finem pinnae dorsalis desinit; altera pars inferior recta in medio caudæ infra finem prioris initium capit et ad P. C. percurrit. Squamae parvæ, scabré, in capite et corpore. P. D. longitudinalis P. P. subrotundæ, subinferæ. P. V. thoracicæ. P. A. fere longitudinalis. P. C. subrotunda. Color

## ADDITAMENTUM.

Color subrufus, in dorso obscurior, quam in lateribus, in ventre albidior. Ad opercula adeat macula sat magna nigra talis, qualis ad radices superioris partis caudæ conspicitur, annulo albo cincta. Pinnæ albis nigrisque perparvis maculis insignitæ sunt. Locus Surinam.

47. SPARUS, *subbruneus*, rostro plagioplateo; maxilla inferiore longiore; macula nigra ad basin caudæ subrotundæ. *Gronov. Mus. ichth.* II. p. 30. Br. 5. D.  $\frac{1}{3} \frac{8}{9}$ . P. 15. V. 6. A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

In omnibus partibus antecedenti similis. Differt tantum sulco in dorso et colore, qui per totum corpus subbruneus est; macula parva atra ad medium baseos caudæ notatus. Locus Surinam.

*Sparus fuscus*, macula utrinque atra ad caudam. *Gronov. zooph.* p. 67.

48. SPARUS *spinifer*, spiajs dorsalibus recumbentibus, mediis quinque filiformibus, longioribus. *Forskål. l. c.* p. 32. Br. 6. D.  $\frac{2}{3}$ ,  $\frac{4}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.

Corpus compressum, sesquispithamale, argenteo-rubens, dorso obscuriore et lineis corporis. Caput adeo declive. Labia obtusissima; superius protractile. Dentes incisores utriusque maxillæ 4 conici, remoti; exteriore major; molares conferti, hemisphærici. Opercula squamata. Oculi remoti. Iris pone et ante argentea, supra et subtus aurea. Dorsum semicirculare. Abdomen usque pinnam ani rectum. Fossula in dorso et pone anum pro recondendis radiis spinosis. In penna dorsi spinæ duæ primæ brevissimæ; sequentes 5 radii, basi ad tertiam partem compressi, et pone membrana alati, pallide rubri: dein filiformes, rubri, inermes ultra reliquos eminentes; cum recumbunt, pertingentes ad basin primam pinnæ dorsi, ordine breviores. Reliqui radii spinosi, inermes, mediocres, subæquales. P. C. excisa, pallida, margine postice rubra. Spina ani tertia apice longior secunda, quæ valida. Linea lateralis dorso propior; curva, nec tamen dorso parallela, in cauda rectior incedit juxta dimidium. Squamæ integerrimæ, striatæ.

## ADDITIONAL.

striatæ. Interstitia radiorum non nisi in P. A. squamata. Nares utrinque duplices. Habitat in mari rubro.

*Species adhuc dubiae.*

49. SPARUS, *virgatus*, cauda bifurea; corpore depresso oblongo squamis virgato. *Gmelini L. S. N.* 1276. D.  $\frac{5}{8}$ . P. 12. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ . C. 26.

Caput obtusum.

50. SPARUS, *latus*, flavicans; capite argenteo; squamis longitudinaliter imbricatis. *Gmelin. L. N. S.* 1276. D.  $\frac{2}{3}$ , P. 12. V.  $\frac{5}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 18.

Tres pollices longus, sesequì pollicem latus.

51. SPARUS *niloticus*. *Hasselquisti itin.* 387. Br. 5. D.  $\frac{7}{12}$ . P. 13. V. 5. A. 14. C. 14.

Corpus cathetoplateum, oblongum. Caput parum acutum. Dentes labiis testi, priores longi arcuati, acuti 2; canini duo; molares utrinque 24. Oculi superi, rostro propiores. Iris pallide rubescens. Pupilla nigrescens. Opercula triangularia. Anus medius. P. D. radiis 21, quorum primi simplicissimi, reliqui bifidi. P. P. subinferæ. P. V. approximatae, capiti, quam anno propiores. P. C. æqualis. Color capitis superne nigrescens, flavidò maculatus; ad latera flavidus, linea media cærulea et macula nigra in extremitate operculi variegatus. Dorsum ex fusco nigricans. Hinc linea cærulea superiori continua deinde in mucrones 16 divisa. Sequitur linea flava, supra lata et obscurior, deinde angustior et magis saturata. Macula nigra infra lineam flavam ubi angustari incipit. Hanc excipiunt mucrones 12, cærulei, superioribus æquales et alternatim respondentes. Latera dimidia et abdomen albent. Cauda ex fusco et flavo variegata. P. D. ossiculum secundum apice rubrum. Pinnæ reliquæ albidæ. Habitat in Nilo. Appellatur *Girelle*. Labrum Julidem L. esse *Forskål* dicit. Vide ejus *Descr. an.* p. 31.

52. SPARUS, *lineatus*, lineis alternis cæruleis et luteis; cauda bifida. *Osbeckii in Nov. Att. N. C.* IV. 100. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 6. V. . A. 14. C. . . .

Corpus

## ADDITIONALMEN TUM.

*Corpus cathetoplateum, cum capite et cauda lanceolatum, spithameum. Caput acutum, supra rubens, cæruleo eleganter variegatum. Maxilla inferior deflexa; superior extenditur longa. Opercula integerrima, 3 squamis tecta. Rictus oblongus. Dentes pauci breviores-acuti, maxillæ inferiores 4 nudi superiores plures. Iris argentea. Latera lineis alternis cæruleis et luteis picta. Macula nigra utrinque infra lateralem. Cauda bifurca.*

53. SPARUS, *fuscescens*, squamis aureis, macula nigra ad pinnas pectorales. *Gmelini L. S. N.* 1279. D.  $\frac{1}{2}\frac{3}{4}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{22}$ . C. . . .

54. SPARUS, *Maurosparus*, lineatus, ovalis; cauda bifida; vertice lœvi; corpore albo; lineis flavicantibus interceptis in medio latere. *Forshål. l. c. XV.* D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{14}$ . C. 17.

55. SPARUS, *scriptus*, ovatus; capite minimo; littera aurea D. inter oculos utrinque notatus. *W.*

Sparus *Mochara*, Hispanorum. *Osbeckii in Nov. Actis N. C. tom. IV. p. 100.* Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{16}$ . C. 18.

*Corpus ovatum. Rostrum et cauda angustissima. Linea lateralis utrinque. Peritonæum album, lamina argentea. Littera aurea D. utrinque inter oculos. Caput minimum, acutum, supra fere totum aureum. Mandibulæ subæquales. Rictus oblongus. Dentes in maxillis latis et faucibus. Longitudo volæ unicæ. Latitudo  $\frac{1}{3}$  minor. Cauda bifurca. Facies Bramæ. An Sparus Aurata aut ejus varietas?*

56. SPARUS, *chilensis*, cauda bifida; lineis utrinque transversis fuscis. Chilensisibus *Corvina*. *Molinæ h. n. chil.* 197. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{3}{8}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{4}$ . C. . . .

*Corpus ovatum, cathetoplateum, acanthopterygium, macrolepidotum. Caput declive, latiusculum, parvum. Maxillæ subæquales. Dentes incisores conici, molares obtusi. Oculi magni, laterales, supremi, iride argentea. Nares binæ prope oculos. Opercula diphylla. Linea lateralis incurvata, dorso paralela, suprema, vix conspicua. P. D. sublongitudinalis*

## ADDITIONAL.

nalis, declinata. P. V. thoracicæ. P. A. media. P. C. bifurca. Color margaritaceus albo maculatus, lineis quibusdam fuscis, transverse a dorso ad abdomen ductis, notatus.

57. SPARUS, *argentatus*, macula pone branchias nigra. *Gmelini. L. S. N. 1272.* D.  $\frac{2}{3}$ . P. 16, V. 2. A.  $\frac{1}{2}$ . C. 18.

Sex pollices longus; crassior et angustior Aurata; totus squamis argenteis tectus. Nares binæ ante oculos.

58. SPARUS, *Synagris*, cauda bifida rubra; corpore purpurascens; lineis utrinque 7 aureis *L. S. N. 470.*

Salpa purpurascens, variegata. The Lane-Snapper, *Catesby. II. tab. 17.*

The Schnapper. *Pennant. art. zool. suppl. p. 122.*

Oculi magni. Iris rubra. Corpus oblongum, superne purpureum, inferne dilutius, striis longitudinalibus flavis eleganter ornatum. P. P. purpureae. P. C. rubella. Reliquæ pinnæ citrinæ. Longitudo pedalis.

59. SPARUS, *Johnsoni*, nigrans corpore fere ovato; pinna dorsi et ani longitudinalibus, falcatis; cauda valde bifurca. *W.*

The trothed Gilt-head. *Pennant br. zool. III. 243. tab. 43.*

Brama marina cauda forcipata. *Raji Syn. pifc. 115.*

Corpus omnino squamosum, compressum, ante ovatum, retrorsum decrescens usque partem posteriorem angustam caudæ. Abdomine versus pectus magis arcuato, quam dorsum. Caput totum squamosum, fere orbiculatum, ante obtuse angulatum, rostro brevissimo, valde declivi, obtuso. Rictus ascendens. Maxilla infera longior. Opercula squamosa, arcuata. Dentes minutæ, acutissimi, in maxilla infera biseriati, in supera uniseriati, canino uno tenui utrinque aucti. Oculi magni rostro extremo propiores. P. P. longæ, acutæ. P. V. parvæ sub thorace, P. D. semilongitudinalis, in modum sagittæ dimidiatae excavata, in initio multo altior, acute angulata, radiis ibidem 7 longis decrescentibus instrueta, de hinc humilis et æqualis. P. A. longitudinalis dorsali similis, sed parum humilior. P. C. longior, quam lata, valde bifurca. Color in dorso niger,

## ADDITIONAL.

*niger*, in lateribus dilutior, in ventre argenteus. In littore Angliae inventus est.

60. *SPARUS, crenideus*, Arabibus *Rasan* vel *Boteil*. *Forskål* l. c. XV.

Opercula inermina. Fossula in dorso. Color argenteus, lineis longitudinalibus obscuris. Dentes trifidi una serie. In utraque maxilla tuberculi hemisphaerici. Linea lateralis dorso propior. Longitudo spithameae.

61. *SPARUS, Strongilus*, Arabibus *Guegara*. *Forskål*. l. c. XV.

Oblongus, sublineatus; sulco elevato, longitudinali, laxi in vertice. Lineae longitudinales flavicantes, obsoletae. P. P. et P. V. fulvae, margine interiore albo. P. C. et P. D. fuscoclavae. Piscis parvus fardella non major.

62. *SPARUS, nobilis*. *Der Mandarinfish*. *Osbeck. itin.* p. 336. Br. 3. D. 4. 9. P. 16. V. 6. A. 12. C. 24.

Corpus angustum, pedale, dorso dipterygio, squamis albis vestitum. Caput ovatum. Os angustum, rotundum. Maxilla supera longior infera. Oculi parvi, ori approximati. Opercula triphylla. Habitat in China,

63. *SPARUS, chinensis*. *Der kleine Mandarinfisch*. *Osbeck. itin.* p. 340. Br. 5. D. 4. 9. P. 14. V. 6. A. 12. C. 16.

Caput compressum, angustum. Os parvum edentulum. Oculi ori approximati. Iris alba. Truncus lanceolatus, vix spithamalis. Squamae albae, rhomboideae. P. D. prima lamina lanceolata utrinque instructa, radiis 4 simplicibus suffulta, quarum ultima mollis est. P. V. utrinque et in medio lamina molli firmatae. P. C. bifurca.

64. *SPARUS, notatus*, pinna dorsali bipartita; operculis, caudaque nigro maculatus.

*Gmelin L. S. N. 1272. D.  $\frac{1}{2}$ ,  $\frac{1}{8}$ . P. 10. V. 2. A.  $\frac{1}{6}$ . C. 14.*

Sparo saxatili affinis. At caput cathetoplateum, squamis, argenteis, digitum fere longis tectum.

*XXIX. SCIÆNA.**Membrana Branchiofæga...*

*Caput* totum & opercula Branchiarum squamosa.  
*Lamina* una horum operculorum ad margines ferrata.  
*Corpus* cathetoplateum, latum. *Dorsum* acutum.  
*Dentes* in maxillis & *Faucibus* tantum. *Lingua* &  
 palatum glabra.

*Pinna* in dorso unica, sed bifidæ similis, nempe  
 ad basin usque, in medio divisa. *Cauda* in extre-  
 mo æqualis. Appendices pylori 7. vel 8. (\*)

I. SCIÆ-

## ADDITAMENTUM.

*Character generis Sciænæ.* (\*)

**LINNÆI:** Membran. branch. radiis 6. Opercula squamo-  
 sa et totum caput. Fossula dorsi pro pinna dorsali recondenda.

*L. N. 480.*

**FORSTERI:** Corpus ovato-lanceolatum. Caput declive,  
 Opercula squamosa et caput. P. D. in fossula recondenda,  
 vel inter duo folia squamosa Membran. branch. radiis 6 *En-*  
*chiridion.* pag. 85

**GRONVII:** Corpus cathetoplateum, oblongiusculum.  
 Abdomen rectum. Dorsum elevatum. Linea lateralis dorso  
 paralela et propior, haud interrupta. Anus in medio abdo-  
 minis. Caput cathetoplateum, superne declive, subacutum,  
 omnino squamosum. Opercula squamosa, horum lamina su-  
 perior ad marginem minutissime ferrata. Membrana branch.  
 osiculis utrinque 4-7. P. D. unica in medio humilior. Cau-  
 da plerumque indivisa. Radii aliquot vix aculeati plerumque  
 in P. D. et V. et A. Vide *Zoophyl.* p. 59.

**GOÜANI:** Corpus ovato-lanceolatum, cathetoplateum,  
 squamosum, convexum. Squamae minimæ, ad margines  
 dorsi et ventris, laxae, elevatae. Caput declive, cathetopla-  
 teum squamosum. Frons carinata. Maxillæ extractiles, in-  
 aequales, labiatae, fornicatae, labiis crassis. Dentes acuti,  
 parvi, recurvi, conferti. Opercula branch. laevia, squamosa,  
 saepius ferrata. Membrana branchialis lateralis, operculata

1. SCIÆNA *maxilla superiore longiore, inferiore cirrofa.* Art.*Syn. 65.*

*Sciæna* ♂ *Umbra Auctorum.* *Chromis Bellonii,* *Gesneri.*  
*Longitudo 4 cubitorum.* *Pondus 60 librarum.* *Color varius.* *Squamæ mediocres.* *Linea lateralis curva,* *Os exiguum.* *Limbus niger in operculis Branchiarum.*  
*Dentes tenues in maxillis & faucibus.*

*Cirrus brevis in angulo maxillæ inferioris.* *Nares duplices.*

*Lamina Opercularum ad margines ferrata.* *Foramina 3 magna in extrema maxilla inferiore.* *Cauda fere æqualis.*

Pinna

## ADDITAMENTUM.

5-6 radiata. Linea later. incurva dorso paralela, suprema. Anus submedius prope caudam. P. D. longitudinalis, solitaria, composita, ramentacea. P. P. imæ, mediocres, orbiculatae vel acuminatae. P. V. paulo post pectorales compositae, acuminatae. P. A. longitudinalis, composita, ramentacea. P. C. distincta, integra vel forcipata. Additamenta: Cirri in quibusdam. Ramentum pone et infra aculeos dorsales analesque.  
*Hist. pisc.* p. 129.

## Observatio.

1. Charakteres generum Spati, Labri, Sciænæ. Percae, Mulli, in systemate naturae Linnaei dati, ad species extricandas haud sufficiunt. Nulli certi charakteres dantur, nisi a dentibus sumti. Opercula enim anteriora pone dentata in multis Labris aequæ ac in Percis. Spinas dorsales in foveam recondunt non Sciænæ solae, sed multi Spati, Percae forte et Labri. Ramenta post spinas dorsales, Percis multis sunt communia. Squamis laxis adeo prope. Mullo accedit Labrus. Unde novum genus Scari defunsi. Vide *Forskålii Descript. anim.* p. 43.

2. Sciænae genus medium inter Labras et Percas vix sufficienter distinctum. *L. S. N.* 480.

Pinna dorsi 1<sup>a</sup>. aculeorum 9 ad 10. 2<sup>da</sup>. contigua: officiorum 24: 1<sup>m</sup>. aculeat: Pectorales 15. Ventrals 6: 1<sup>m</sup>. breve aculeatum. Ani 8: 1<sup>m</sup>. aculeatum. (a)

2. SCIÆ-

ADDITIONALMEN TUM.

(a) 1. *Sciæna, cirrosa*, maxilla superiore longiore, inferiore cirro unico. L. S. N. 481.

*Umbra Rondeletii*, *Chromis Belonii*, Venetiis *Corvo* dictus. Willugby. 299. D.  $\frac{2}{3}$ . f.  $\frac{1}{2}$ .  $\frac{1}{3}$ . f.  $\frac{1}{4}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{1}{3}$ . C. . .

Corpus ovato-oblongum admodum compressum dorso cutellato, affurgente Cyprini magnitudine. Color pulcherimus. Areolo sive lineæ plumbeæ et pallidæ luteæ vicissim a summo dorso ad imum ventrem oblique ductæ, undulatæ. Caput modicum, omnino squamosum. Reliquas partes Artedi descripsit secundum Willugby.

*Sciæna Umbra*. Hesselquist. itin. p. 397. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}$ .  $\frac{1}{3}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 18.

Caput cathetoplateum. Vertex convexus, declivis. Rostrum breviusculum, obtusissimum. Os subtus. Maxillæ dehiscentes. Superior productilis obtusissima, inferiore multo longior, foraminibus 7 juxta apicis marginem et duobus sub margine pertusa. Maxilla inferior obtusiuscula, cirro brevissimo, sive tuberculo mentali. Denticuli minimi, conferti in maxilla superiore: ab illis libera est maxilla inferior. Fauces, palatum et lingua glabra. Oculi superi, apici capitis propiores, magni. Pupilla atra. Iris argentea latissima: Opercula angulata squamata ferrata. Corpus ovato-oblongum compressum. Dorsum carinatum circa nucham maxime adscendens. Abdomen convexum. Anus infra medium, amplus. Linea later. supera dorso paralela, circa medium lateris parum deorsum inflexa, sed mox sursum pergens usque ad extremitatem caudæ, quam medianum percurrit. Squamæ amplæ, rhomboidæ, subseabræ. P. D. fere longitudinalis, bipartita. Pars prima minor aculeis 10 crescentibus et decrescentibus suffulta. Posterior pars triplo longior anteriore aculeum unum breuem et

2. SCIÆNA ex nigro varia; pinnis ventralibus nigerrimis. Pag. 39.  
Art. Syn. 65.

*Umbrino Romæ dictus. Will. p. 300.*

*Sciæna Salviani;* forte *Coracinus* & *Corvulus* *Auctorum.*  
Lineæ variæ, obliquæ in corpore. Linea lateralis  
summo dorso parallela. Iris fusca. OS amplum. Den-  
tes in maxilla & faucibus.

Pinna Dorsi prima aculeorum 11. secunda officulo-  
rum 24 ramosorum. Ani 9: quorum 2 aculeata. Pe-  
ctorales 17. Ventrals 6: primum aculeatum. Cauda  
fere æqualis. Dorsum acutum.

Vesica aërea magna. Cauda sursum reflexa. Appen-  
dices 7 ad 8.

Locus Venetiis, Romæ, & alibi in Italia. (b)

Qq 2

XXX.

#### ADDITAMENTUM.

et 25 molles fissos continet. P. P. subinferæ, acuminatæ. P.  
V. thoracicæ, inter se remotæ, compositæ. P. A. brevis, ano  
approxima, acuta, composita. Cauda sublinearis parum in  
medio emarginata, basi inter radios squamosa. Color: Abdo-  
men albidum; reliquum totum corpus et caput ex lineis undu-  
latis, argenteis et flavescentibus compositum. P. A rubescens.  
P. D. fusca cum lineis longitudinalibus albidis 2 vel 3. Mem-  
brana opercula tegens atra. Longitudo 4 spithamarum et lati-  
tudo summa 2 spith.

(b) 2. Sciæna, *Umbra*, nigro varia; pinnis ventralibus  
nigerrimis L. S. N. 480.

*Umbrino. Willugby. 300.* D.  $\frac{11}{2}$ , 24. P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ .  
A.  $\frac{2}{3}$ . C. . tab. S. 19?

Rostrum acutum. Iris fusca. Asperitates in maxillis.  
Lingua et palatum glabra. Circa rostri marginem foraninula,  
in inferiore maxilla 5, in superiori 8. Pinnæ dorsales 2 conti-  
guæ. P. C. integra, lutea, nigro marginata. Pinna ani et  
ventrals nigræ. Aculeus secundus in P. A. crassimus et plus qua-  
druplo longior primo. Color a summo rostro ad primam fere  
dorsi pinnam azureus. Cæterum plumbeus, lineis subobscu-  
ris

## ADDITAMENTUM.

*ris fuscis et ex glauco cœruleis, undulatis alternis, super lineas in lateribus punctatas dorso paralelis, oblique ductis varius est.*

*Sciæna Umbra*, pinnis dorsalibus subunitis; corpore e fusco aureo; atomis nigris irrorato. Massiliensibus *Dorado*. Brünnich, ichth. 60. Br. 7. D.  $\frac{1}{10}$ .  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 17.

Corpus ovatum, compressum. Caput totum squamsum. Os magnum. Dentes minuti, acuti, distincti in plures ordines dispositi. Maxilla superior brevior. Labium superius 3-lobatum, foraminibus 3 in triangulum dispositis perforatum; foramina duo ante oculos. Faucium ossa 4, dentibus granulatis tuberculata. Iris e fusco rubina. Opercula vix serrata P. dorsales nigræ, cohærentes. P. V. nigræ acutæ, elongatae. P. A. nigra bispinosa, anterior spina minutissima; secunda magna, valida, P. C. rotundata s. attenuata, integra nigra. Linea lateralis dorso acuto paralela, postice abque linea recta per medium caudæ excurrit. Caput, dorsum et cauda fusca ex auro resplendentia. Corpus totum atomis nigris sternoris instar muscarum irroratum. Magnitudo 4. 5 pollicum. Habitat in mari ad Massiliam.

Vide Willugby ichth. tab. S. 21.

## Varietas.

a. *Sciæna Umbra*, major. Italis *Umbra* et Spalatensis *Cavatia*. Brünnich, ichth. 99. Br. 7. D.  $\frac{1}{10}$ .  $\frac{1}{2}\frac{1}{7}$ . P. 15. A.  $\frac{2}{5}$ . C. 17.

Præcedenti concecolor. Radiorum numero et magnitudine pedali tantum diversa. Habitat circa Melitam insulam.

An *Sciæna* cirrosa et *Umbra* diversæ species, aut tantum varietates sint, a posteris autoplis inquirendum est.

3. *SCIÆNA*, *nigra*, tota nigra, ventre fusco albescente. *Forskål*. l. c. p. 47. Br. 7. D.  $\frac{1}{10}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{8}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Dentes maxillares, remoti, subulati, versus medium maiores, nulli autem pone molares inferiores. Lacuna dentibus vacua in medio utriusque maxillæ. Faucium dentes parvi, conferti. Palatum glabrum, album, branchiis rubris in ore ramosis. Labia obtusa; superius protractile. Iris alba, extrorsum nigra.

## ADDITIONALMEN TUM.

**nigra.** Opercula anteriora sub oculis squamata, pone recurva, dentata, sinu profundo. Linea later. dorso propior et paralela. Squamæ integerrimæ. P. D. quasi ex duabus connata. P. P. apicis falcatae ventralibus fœsqui longiores, basi squamatæ. Spina P. ani secunda triplo longior prima sed brevior tertia. P. C. parum excisa. Habitat in mari rubro.

4. **SCIÆNA, Faculator**, quinque maculata; pinnis ventralibus adnatis; maxilla inferiore longiore. *Pallafsi Spic.* VIII. et in *Phil. Transact.* vol. 56. p. 187. tab. 8. fig. 6. Br. 4. D.  $\frac{4}{13} : \frac{4}{15}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}$ . C. 17.

\* Corpus magnitudine et forma Cyprini Rutili, macrolepidotum, dorso convexo, versus pinnam adscendente; abdome tumidulo, antice carinato. Caput undique squamosum corpore crassius, supra planiusculum. Os ascendens, maxilla inferiore multo longiore; utriusque marginibus subtiliter scabris. Palatum osseum concavo-carinatum, scabrum. Lingua plana, acuta, super basin in medio gibba. Oculi magni, iride fulvo aurea. Opercula rotundata margine cutaceo cincta. P. P. acuminatæ. P. V. triangulares, fere sub pectoralibus paulo posterius; inter se membranula connexæ, quæ abdomini frenulo adheret. Squama lanceolata, frenulo P. ventralium utrinque accumbens. P. D. semilongitudinalis a medio dorsi incipiens, basi subcarnosa. P. A. basi carnosa, squamata, longitudinalis. P. C. subæqualis. Color aureus in dorso fuscescens. Maculæ fuscae transversæ utrinque 5, æquedistantes; prima ad tempora, ultimâ prope caudam. Habitat in India orientali. Capit infecta guttam aquæ tanquam jaculum veloci- ter in altum ejiciendo, uti Sparus Insidiator et Chætodon rostratus.

5. **SCIÆNA Lepisma**, pinna dorsali infra duo folia recondenda. *L. S. N.* 480. D.  $\frac{10}{13}$ . P. 11. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{11}$ . C. 13.

Dubius adhuc pilcis est ob defectum descriptionis.

6. **SCIÆNA**, obsoleta; albido virens; lineis longitudinalibus obsoletis, violaceo-flaventibus; pinnis tubentibus. *Ara- bis Ramak.* *Forskål.* l. c. p. 52. D.  $\frac{10}{13}$ .

## ADDITAMENTUM.

Palatum, nares, vertex, labia, opercula, cauda, pinnæ ani acuminatæ, linea lateralis, spinarum ani ordo surgens, squamorum forma, omnia ut Sciæna Mahsenæ et Harak. Dif- fert colore. Dentes medii tantillum majores.

*Varietas.*

**SCIÆNA, *Dib*,** lamina transversa membranacea in utraque maxilla. *Forskål.* l. c. 53.

Dentes laterales acuti. Cæterum simillima priori: sed major 2 spitham.

7. **SCIÆNA, *Masehna*,** fusca, lineata; fasciis transver- sis nebulosis argenteis. *Forskål* 52. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \text{ o}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{12}$ . C. 17?

Dentes 18 in utraque maxilla, conici, validi; faucium setacei; molares obtusi, lati. Ante nares cirri conici. Ver- tex laevis, declivis. Dorsi principium gibbum. Post spinas dorsales ramenta, ut Labri. Propter fossulam dorsi ad Sciænas pertinet. A perca recedit operculis integerim is, anterio- ribus nudis non sinuatis: posteriora sunt squamata, pone angulo obtuso osseos. P. A. spinæ gradatim majores. Basis P. A. et D. angulata. Corpus ovato - oblongum. Squamæ fuscae ramulis dentiformibus. Fasciæ argenteæ immaculatæ. Cauda bifida. Pinnæ omnes rubro - violaceæ. Radius P. P. secundus apice filum emittit.

8. **SCIÆNA, *nebulosa*, *Hamrur*.** Arabis Schaur. *Fors- kål* l. c. p. 52. D.  $\frac{1}{2} \text{ o}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{12}$ . C. 17?

Nebulis longitudinalibus cœruleis et fusco - flavescentibus. Ramenta post radios. Capitis declivitas recta. Cauda bifida.

*Varietas.*

α. **SCIÆNA, *Abu hamrur*, violaceo vittata.** *Forskål* l. c. p. 52.

Vittis longitudinalibus obsoletis violaceis, quarum una prope abdomen rubens, lata.

9. **SCIÆNA, *Abu Samf*,** *Forskål* l. c. pag. 49. Br. 6. P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{12}$ . C. 17. D.  $\frac{1}{2} \text{ o}$ ?

Maxime convenit cum Sciæna Murdjan. Dentes inciso- res validi, conici; molares obtusi. Opercula integra; poste- riora

## ADDITAMENTUM.

riora uno aculeo; anteriora nuda. Dorsum virens, guttis albis.

10. SCIÆNA, *Jordain*, lineis obliquis lacteis in utroque latere. *Gronov. Mus. I. p. 38.* Br. 5. D.  $\frac{1}{2}$ . P. . . . V.  $\frac{1}{6}$   
A.  $\frac{2}{3}$ . C. 16.

Corpus cathetoplateum, latum breve, crassum. Caput ab oculis valde declive, corpore angustius. Dentes satis magni, incurvati, æquales uno ordine. Ossicula palati denticulata. Labia crassa, dentes tegentia. Foraminula 7 in anteriore capitinis parte. Oculi superi velamento tecti. Pupilla ovalis cœrulea. Iris albida. Orbitæ osseæ, figuris variis insculptæ. Opercula aculeata ad basin squamata. Anus fere medius. P. D. unica, composita, inter radios spinosos et molles subdivisa. P. P. oblongo-rotundæ. P. V. approximatæ, oblongæ. P. C. rotundata. Squamæ parvæ, rotundatæ, parum asperæ. Linea later, dorso proxima curva ad finem pinnæ dorsalis definit. Color rubrobruneus, in ventre parum albidior, duabus zonis latis lacteis coloris pictus, quarum una occiput et opercula tegit, altera a medio pinnæ dorsalis oblique ad anum descendit. Longitudo 3 unciarum. Habitat in Amboina: Variat hæc species maxime colore; fasciæ attamen lacteæ obliquæ per caput et truncum extensæ semper adstant.

Coracinus fasciis latis obliquis transversalibus, æqualibus albidis utrinque; canda subrotunda. *Gronovii zooph. p. 66.*

*Jourdin*, *Renard poiss. tom. I. tab. 7. fig. 49.*

Ikan Jourdain. *Valentini. O. et N. Ost-ind. III. p. 439.*  
n. 6. fig. 16.

Eandem Speciem cum *Perca Polymnia* esse æstimat *Boddaert* in *Hist. nat. de la Mer des Indes* p. 13.

11. SCIÆNA, *grandotulis*, cœrulescens; labio inferiore gibbo. *Forskål l. c. pag. 53.* D.  $\frac{1}{2}$ . P. . . . V. . A. . .  
C. . .

Figuta ovato-oblonga. Color albidus, cœrulescens; lineis obsoletis pallidis. Labia carnosæ papillis rubris; inferius crassum, gibbum. Dentes incisores in utraque maxilla 6; molares lati, plani, breves. Oculorum interstitium tuberculatum,

## ADDITAMENTUM.

tum. Pinnæ violascentes. P. P. pallide rubræ. P. D. et A. pone lobo; Hæ gradatim increscunt. P. C. bifida, interstitiis squamosis a basi ad apicem. Opercula integra. Ad sciænam Mahsenam accedit.

12. *SCIÆNA, unimaculata*, macula fusca in medio utriusque lateris. *L. S. N.* 480. *Mus. Ad. Fr.* II. 80. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{17}$ . C. 17.

Dentes in maxilla superiori 4 acuti, prominentes, cæterum nulli; in maxilla inferiore pauci, antice 6 majores. Corpus ovatum, antice declive. Lacuna pro pinna dorsi. P. C. bifurca. Habitat in mari mediterraneo.

13. *SCIÆNA, Harak*, virescens; pinnis pallide rubris; macula utrinque nigra, linearis infra lineam lateralem. *Forskål.* I. c. pag. 52. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ ? P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{17}$ . C. 17?

*Sciænae* Mahsenæ similis. Dentes incisores 4 in utraque maxilla; laterales retro obtusi, lati et demum hemispherici unius seriei; pone incisores, alii setacei, numerosi. Palatum rubrum; membrana transversa. Labia, nares, vertex, cauda, linea lateralis, spinæ, interstitia radiorum, ut in *Sciæna* Mahsenæ. Operculum anterius pone oculos squamatum; membrana integra, recta rivulis elevatis. Macula lateralis nigra, linearis, longitudinalis, colore fusco cincta figura rectanguli.

14. *SCIÆNA, cinerastris*, cinereo-virescens; lineis longitudinalibus flavis. *Arabis Tahmel.* *Forskål.* I. c. pag. 53.

Labium, nares, vertex, linea lateralis, spinæ ani ut in duobus antecedentibus. Opercula integra, squamosa. Corpus ovatum-oblongum. Cauda bifida, excisa, lobis obtusis. Squamæ integræ, rhombæ, albidae, ad basin utrinque gutta ferrugineo-flava, unde lineæ longitudinales flavicantes per junctiones squamarum. P. D. et A. pars inermis elata, pone oblique truncata, angulo acuminato. P. P. margine exteriori albæ. Dentes filiformes unius seriei.

15. *SCIÆNA, Cappa*, capitis lateribus squamarum ordine duplici. *L. S. N.* 480. *Mus. Ad. Fr.* II. 81. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{17}$ . C. 17.

Capitis

## ADDITIONALMEN TUM:

Capitis ad latera duplex ordo squamarum. Oculi magni. Dentes paraleli quasi peclinati. Corpus ovatum. Fossula recondens pinnam dorsi. P. C. subbifida.

16. *SCIÆNA; Hamrur*, cupreo-rubra; pinnis obscurioribus; capite undique squamato; ore subverticali; squamatum margine membranaceo. *Forskål* l. c. pag. 45. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{4}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 16.

Caput et gula squamatum. Os fere verticale. Labium superius protractile. Dentes maxillares parvi, rigidi, subulati, æquales, remoti; serie in superioris maxillæ medio leviter descendente et spatiolo vacuo dentibus, quod vero in maxilla inferiore plenum est. Dentes faucium unius seriei, paraleli dentibus superioris maxillæ. Canini majores nulli. Opercula anteriora pone et subtus recta, ferrata angulo acuto: posteriora pone, ante membranam, acuminata. Iris miniata; pupilla hyalina, nebula alba mixta. Vertex convexus squamatus. Dorsum et abdomen parum curva. Corpus oblongum. Squamæ parvæ cupreo nitentes, margine membranaceæ, integræ. Linea later. curvato-recta. P. P. pallide rubræ, dimidio breviores ventralibus. Spinæ D. subflexiles. Spinæ ani crescentes. Cauda recta, protensa, apice latior, rotundata, pinna pone lunata.

17. *SCIÆNA, argentimaculata*, dentibus fastigiatis. Arribibus *Schaafen*. *Forskål* l. c. pag. 47. Br. 7.D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{4}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 18.

Labium inferius longius. Dentes inferiores laterales ordine majores retrorsum. Intra illos setacei dentes, in utraque maxilla multi. Litura sub oculo versus os decurrens curva, cœrulea. Opercula squamata; posteriora angulum acutum pone formantia. Spinæ ani longiores, crescentes. Pinnæ fusco-rufescentes. P. D. glaucæ, margine rufescentes. Interstitia radiorum squamosa. Squamæ in dorso nigricantes, margine et apice argenteæ; in abdome rufescentes, margine pallidæ. Unde color pisces fuscus argenteo maculatus. Cæterum similis adeo *Sciæna Bohar*.

## ADDITAMENTUM.

*Sciæna, argentata*, squamis supra nigricantibus, marginæ et apice argenteis, subtus rufescentibus, margine pallidis. *Gemelin. L. S. N. I. 1300.*

18. *SCIÆNA, Bohar*, rubens, lineis nebulisve, albidis. *Forskål l. c. pag. 46.* Br. 7. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Corpus oblongum. Labium inferius brevius. Dentes maxillæ superioris duo subulati, extra maxillam inferiorem prominentes. Intra hos duo alii breviores; laterales una serie. In inferiore medii remoti; laterales 3, utrinque minores; ultra unus major; ultimus triplo maior. Cirri 2 breves ante narres. Opercula anteriora pone angulo dentato; medio sinu recipiente lobum osseum operculi posterioris inermis. Linea lateralis dorso propior, squamis striatis. Squamæ corporis glabræ. Spinæ P. D. et A. pone rotundatæ in fossula. Maculæ 2 magnæ ad dorsum, quæ moriente pisce exolescent. P. C. bifida. P. D. et A. pars inermis squamata. P. V. membrana cuti annexæ.

*Varietas.*

*SCIÆNA, gibba*, rubens, albo guttata; dorso gibbo. *Forskål l. c. pag. 46.* Arabibus *Nagil*.

Dorsum valde gibbum; unde corpus ovatum. Membrana brauchi, radiis 6. P. D. et A. pone rectangularæ. Dentes superiores medii contigui; canini distant et duplo maiores reliquis. Lineæ albæ nullæ, sed squamæ rubræ apicē albæ. Cæterum figura narium, cirri linea later. opercula, spinæ cauda labia similia sunt illis *Sciænæ Bohar*.

19. *SCIÆNA, Kasmira*, flavescentis; vittis utrinque cæruleis quatuor majoribus *Forskål l. c. pag. 46.* Br. 7. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Labium inferius brevius. Dentes conici. Sinus operculi anterioris in medio pone et angulus dentatus; operculum posticum inerme. Linea lateralis squamis striata. Cauda lunata. Radius spinosus P. A. secundus major tertio. Iris flava. Color: vertex albus, vittis parvis, obsoletis, cæruleis utrinque 7. Latera et dorsum flavidæ, vittis utrinque 4 cæruleis margine undulatis

## ADDITIONAL.

dulatis. Hæc cum Sciæna Bohar convenit. Datur varietas macula fusca magna versus caudam inter vittas medias notata.

20. SCIÆNA, *Gaterina*, flavido - cærulescens, nigro guttata, maculis sparsis. *Forskål* l. c. pag. 50. Br. 7. D.  $\frac{1}{2} \frac{3}{4}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.

Labia obtusa, pinguia. Lingua alba. Palatum rubrum. Opercula squamosa ferrato dentata, posteriore parte unispinosa, in eorum apice sub labio inferiore foramina 3. ordinata P. P. et V. flavæ, immaculatæ. Abdomen immaculatum. Forma corporis, dentes, nares, cauda linea lateralis, P. D. spinæ anales, squamæ et vertex, ut congenerum.

## Varietates.

α. SCIÆNA, *Abu-Mgaterin*, vittis fuscis; utrinque 4, nigro guttatis; pinnis flavis. *Forskål* p. 51.

Vittæ fuscæ maculis rotundis, sitæ inter P. D. et P. Aliæ duæ fuscæ sive maculis sub P. P. In medio dorso anterius vitta fusca angusta. Pinnæ immaculatæ, Gula et labia flava. Oculi contigui, iride obscura. Longitudo digiti.

β. SCIÆNA, *Schotaf*, media maxilla edentula. *Forskål* l. c. p. 51.

Figura Sc. Gaterinæ simillima. Squamæ dentatæ. Os intus rubrum. Membrana marginalis operculi posterioris rubra. In media maxilla dentes nulli. Pinnæ nigricantes. Totum corpus fuscum. Longitudo 2 pedum.

21. SCIÆNA, *rubra*, Arabibus *Ataja*. *Forskål* l. c. p. 48. Br. 8. D.  $\frac{7}{8}$ . P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 14. C.  $\frac{1}{2} \frac{1}{2}$ .

Corpus obscure rubrum, vittis longitudinalibus utrinque 8 albo - rubentibus, juxta dorsum obscure rubris. Venter alb. Vertex spinulis retroversis. Dentes setacei, breves, densi. Labium superius protractile. Fossula frontis duabus spinis incurvis. Iris rubra, nitens; pupilla atra. Squamæ spinulosæ. Linea later. dorso propior. Cauda ascendens. Operculum anterius undique sinosum, basi spina fortiore; posterius tribus spinis pone. Tertiuni operculum parvum, spinosum proxime ad branchias. Annulus osseus circa oculos ferrato - spinosus, antice bicornis. P. D. connexæ; prior albida, vittis 2 rubris

## ADDITAMENTUM.

in fossa recumbens: Altera brevior basi squamata. P. A. 2 radii spinosi; primi parvi, tertius valde crassus et magnus. P. C. in medio flavicans, in utroque latere 5 spinosis radiis et intermediis brevioribus composita P. V. margine exteriorè albidio, postico nigro.

22. *SCIAENA, fulviflamma*, pinnis dorsalibus connexis; flavicans; macula laterali nigra; vittis longitudinalibus aureis. *Forskål l. c. pag. 45.* Br. 7. D.  $\frac{8}{8}$ ,  $\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{8}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 15.

Color albicans, vittis 5 vel 6 aureis vel fulvis, interdum obsoletis. Macula nigra sub limite pinnarum dorsarium. Dentes validi, remoti, conico-subulati; inferioris maxillæ laterales maiores: superioris secundus a medio utrinque major. Iris aurea. Opercula anteriora, serrato-dentata, pone parum emarginata, pro ingrediente lobo posterioris operculi. Abdomen rectum. Dorsum rotundatum. Linea later. dorso propinqua curvato-recta. Pinnæ flavæ. P. D. anterior fusca. Radiorum interstitia P. C. squamata.

23. *SCIAENA, Murdjan*, labiis retusis. *Forskål l. c. p. 48.* Br. 7. D.  $\frac{10}{8}$ ,  $\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{8}$ . A.  $\frac{4}{2}$ . C. 19.

Sciænæ Atajæ similis. Corpus ovato-oblongum, rubro-æneum, nitens. Dorsum obscurum. Abdomen pallidius. Labium superius medio retusum, protractile e fossula frontis triangulari; inferius longius medio truncatum. Dentes minutæ, densi, multi. Lingua triangularis rubens, scabra. Nares margine dentatæ. Vertex planus, lineis 4 elatis, pone ramoso-frondosis. Iris rubra. Oculi cincti annulo osseo inferne lobato-denticulato. Opercula squamosa serrato-dentata; posteriora pone unispinosa. Squamæ latæ, dentatæ. Linea lateralis dorso parallela et propior. Spina ani tertia crassa. P. D. prima vix cum altera connexa, tota in fossula recondenda. P. D. secunda et P. A. squamis erectis septa. P. C. bifida. P. omnes rubræ. V. et C. margine exteriorè albae.

24. *SCIAENA, Sammara*, dorso rubro-æneo; lateribus argenteis; vittis undique obscurioribus; punctis ocellatis. *Forskål l. c. p. 48.* Br. 8. D.  $\frac{10}{8}$ ,  $\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{8}$ . A.  $\frac{4}{2}$ . C. 20. Cor-

## ADDITIONALMEN'TUM.

Corpus linearis-lanceolatum. Lingua alba. Opercula anteriota spina fortis; posteriora pone spinis binis. Spina A. tertia longior quarta, eamque sinu postico recondit. P. A. hyalina, radio primo inermi, ultimo spinoso; ambobus rubris. P. C. hyalina, ad utrumque marginem rubra; radiis spinosis supra 6, infra 5. Radius Membr. branch. octavus vix conspicuus. P. V. albæ. P. P. rufescentes. P. D. anterioris in medio tres spinae; singuli radii triangulo albo superne, et basi macula nivea; posterior hyalina, radio secundo et tertio rubro. Color corporis superioris rubro-aeneus; laterum et abdominis argenteus. Vittæ et series squamarum pares, utrinque 10. Squamae laterales in medio macula plurimorum ocellorum albidorum circulo nigro: his vitæ constant. Longitudo  $\frac{1}{2}$  spithameæ.

25. *SCIAENA, spinifera*, rubra; pinnis dorsibus connectis; capite spinoso; operculi anterioris spina longissima. Arabibus *Gahaja*. *Forskål* l. c. pag. 49.

Dentes setacei, conferti. Iris rubra, Vertex 2 fasciculis linearum elevatarum pone oculos; inter eos lineae duae; ante oculos fossula profunda. Oculi annulo osseo spinoso. Opercula anteriora pone ferrato-dentata infra spina fortis alba, posteriora antice squamata; pone nuda, striata, margine spinosa, angulo superiore scuto osseo, dentato. Dorsum regione colligibbum, sub pinna altera declive. Cauda linearis, pinna bifida. P. A. spina tertia, longa, crassa, sinu postico recondens quartam. Squamæ latæ, dentatæ. Color argenteo-ruber, macula obscuriore utrinque pone oculos et ad basin pinnarum pectoralium. Numerus radiorum ut in *Sciæna Murdjan*. Piscis admodum pinguis longitudine 3 spithamarum.

26. *SCIAENA fribdens*, Arabibus *Korkor*. *Forskål* l. c. p. 50. Br. 6. D.  $\frac{11}{12}$ ,  $\frac{1}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{12}$ . C. 17.

Linea lateralis curva, dorso propior. Color cæruleo-argenteus, lineis longitudinalibus fuscis, utrinque tribus, sæpe 4 vel 5.

27. *SCIAENA, argentea*, guttis nigris in corporis dimidio superiori. Arabibus *Nagtb*. *Forskål* l. c. pag. 51. Br. 7. D.  $\frac{11}{12}$ ,  $\frac{1}{6}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . C. 16.

## ADDITAMENTUM.

Dentes setacei, densi, multi, mobiles; ordo extimus major, incurvus. Opercula ut congenerum, anteriora non sinuata, angulo inferiore dentata, rotundata, subtus integra. Iris argentea, superne fusca. Vertex squamatus, lineis 2 elatis inter narces. Cauda leviter bifida, surgens. P. D. in unam connatæ, prior rotundata, altera linearis, nigro guttata. P. V. et A. antice rufelcentes, apice acuminatæ. Interstitia radiorum in P. C. squamata basi. Radii inermes. P. dorsalis et ani squamis sepiuntur erectis, liberis. Linea later. dorso paralela. Squamæ ciliatæ et striatæ. Caput abdomen et laterum dimidia pars inferior immaculata.

28. SCIAENA, *Ghanam*, albida; lateribus utrinque, vitta gemina alba, *Forskål* l. c. pag. 50.

Dentes, squamæ, cauda et opercula ut in Murdjan. Opercula posteriora ut Sciænæ spiniferæ. Linea later. dorso paralela. Ei utrinque adjacet vitta alba, sub fine P. D. secedens. Alia vitta a vertice ad finem pinnæ D. Guttæ laterales obscuræ, quincunciales. Spinæ ani crescentes.

29. SCIAENA, *Jarbua*, vittis in annulum confluentibus *Forskål* l. c. pag. 50.

Color argenteus, vittis utrinque duabus, curvis, in dorso confluentibus in annulum. Sub his utrinque linea fusca, curva in occipite et in media cauda coëuntes. Sub hac linea alia flava, obsoleta. In fronte fasciæ duæ nigræ et macula in medio dorso. Opercula ut in Murdjan P. D. maculis 2 nigris in prima, in altera 3. P. C. lineis 4 fuscis. P. A. et P. litura flava longitudinali. Iris cœrulea. Linea lateralis curvata, supera. Dentes subulati, simplices. Radiorum numerus ut in Sciæna Abu Samf.

*Species ad huc dubiae.*

30. SCIAENA, *maxima*. Arabibus *Fætela*, *Forskål* l. c. p. 51.

Opercula anteriora, non sinuata, subtus integra. Spina ani secunda longior et crassior tertia. Color fuscus, venter albidus, immaculatus. Characteres Labri generis fert; ramenatis subtilibus post spinas dorsales. Cæterum indole et radiorum numero

## ADDITIONALMEN TUM.

numero Gatarinæ jungenda. Edulis, sapida, pinguis, 3 ulnatum longitudine.

31. *SCIAENA, Safgha*, argentea, maxilla inferiore longiore; cauda forficata. *Forskål l. c. p. 53.*

Pinna dorsalis duplex  $\frac{8}{9}$  immaculata. Cauda forficata. Corpus oblongum, argenteum. Maxillæ dentatæ; inferior longior. Opercula tenuiter ferrata.

32. *SCIAENA, armata*, argentea, spina obversa in nucha; cauda bifida. *Arabibus Galempish. Forskål l. c. p. 53.*

Facies Scombræ. Cauda bifida, fusca interno margine albido. Pinnæ albæ. D. et A. apice nigræ. Linea lateralis recta. Corpus ovato-acuminatum, compressum, colore argenteo. Inter P. D. et caput spina rigida, horizontalis, anterius prominens.

33. *SCIAENA, discolor*, e rubro, cœruleo et argenteo fulgens; maxilla superiore longiore; pinna ani angusta W.

*Sciæna* maxilla inferiore breviori; linea laterali in caudam procurrente; dentibus minutissimis. *Gronov. zooph. p. 59.*

*Sciæna* maxilla superiore longiore, cirris carens *Gronov. Mus. I. p. 39.* Br. 4. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{1}{2}$ .

Corpus oblongum, cathetoplateum. Caput squamosum, a dorso declive. Rostrum, breve, squamosum, rotundatum. Oculi magni, ovales, rostro propiores. Iris aurea. Pupilla nigra. Maxillæ inaequales, inferior multo brevior et angustior superiore. Denticuli minutissimi. Opercula squamosa anteriora inferne dentata. Dorsum arcuatum, carinatum. Pedes et venter plana et usque anum recta. Linea later. dorso proxima et paralela. Squamae parvae, pone scabrae totum pilcem tegunt. P. D. longitudinalis post aculeos hiulca. cuius pars anterior triangularis et altior est parte posteriore linearis. P. P. magnæ. P. V. pinnis pectoralibus, quam anno propiores. P. A. parva, angusta. P. C. magna, truncata. Color corporis parumper rubescens, fulgore cœruleo et argenteo splendet. Pinnæ albelcunt. Habitat in fluvio Surinami vel in mari mediterraneo. Synonyma a Gronovio in zoophylacio sub hoc pisce adducta *huc non pertinent.*

*X X X. PERCA.*

*Membrana Branchiostega* septem utrinque officula continet.

*Squamæ* admodum duræ & asperæ, seu in margine extremo, uncinulis quasi, aculeatæ. *Lamina superior operculorum branchiarum* in ambitu ferrata est.

*Dorsum* jam mono-jam dipterygium. (\*)

*Dorso dipterygio.*

**I. PER-****ADDITIONUM.**

34. *SCIAENA, flexilinea*, maxillis aequalibus crassis; dentibus magnis, acutis; linea laterali flexuosa. W.

*Sciaena* maxillis aequalibus; linea laterali flexuosa; in caudam procurrente *Gronovii zooph.* n. 211, et *Mus.* II. n. 189, Br. 7. D.  $\frac{4}{2}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{5}$ . A.  $\frac{2}{8}$ . C. 20.

Caput, opercula, dorsum, pectus, venter, squamae, color et pinnarum forma sunt similia illis in antecedente specie. Rostrum non prominet. Maxillæ aequales, crassæ. Dentes utriusque maxillæ, satis magni; peracuti, una serie dispositi. Linea lateralis lata, flexuosa, a capite ad finem usque pinnae caudalis extenditur. P. D. fere longitudinalis, composita, inter spinas et radios molles hiulca. P. P. magnæ. P. V. approximatae, thoracicae. P. A. parva, angusta. P. C. in acumen exiens, magna, 20 radiata. Longitudo 7 unciam et altitudo summa ad initium P. D. 1 unciae et 7 linearum. Inhabitat Surinam.

35. *SCIAENA, pallida*, immaculata. *Mus. Ad. Fr.* I. 65. tab. 31 fig. 8. Br. 5. D.  $\frac{9}{20}$ . P. 12. V. 6. A.  $\frac{2}{4}$ . C. 14.

Corpus pallidum, oblongum compressum. Caput declive. Dentes acuti; anteriores longiores, incurvi. Opercula vix, quantum nudis oculis cernere est, squamosa P. C. integra.

*Character generis Perce.* (\*)

**LINNAEI:** Opercula squamosa, ferrata. Membrana branchialis radiis 7. Corpus pinnis spinosis. *S. N.* 481.

**FOR-**

- PERCA lineis utrinque sex transversis nigris: pinnis ventralibus rubris. Art. Syn. 66. Spec. 74.  
*Perca fluviatilis* ♂ Major Auctorum. *Perfico Italis*.  
*Pearch Anglis.* *Bars* ♂ *Bersich Germanis.* *Abbor* ♂ *Abborre Suecis.* *Aborn Danis.*

Pinna

## ADDITAMENTUM.

**FORSTERI:** Corpus oblongum. Caput declive. Opercula squamosa, ferrata. Os dentatum. Pinnæ spinosæ. Membrana branch. radiis 3-7.

**GOÜANI.** Corpus oblongum, cathetoplateum, squamosum. Squamae durae, scabrae. Caput squamosum, cathetoplateum fronte declivi. Maxillæ inaequales, extractiles, porrectæ. Dentes acuti, recurvi, aequales, subconici, serie multiplici, Opercula dura, triphylla; lamina superiore superne ferrata, inferne dentata. Membrana branch. radiis 7. Linea later. suprema, dorso paralela. Anus submedius, caudæ vicinior. P. D. vel solitaria, composita, longitudinalis vel bina; anterior aculeata scapularis, posterior lunaris, composita, declinata. P. P. imae. P. V. thoracae compositæ. P. A. composita; longitudinalis P. C. distincta, forma varia. Additamenta nulla.

*Observatio I.*

Percae genus difficile distinguitur a generibus *Sciaenae*, *Labri* et *Chetodontis*, quoniam differt solis operculis dentato ferratis. L. S. N. 481.

*Observatio II.*

Perca dentibus gaudet maxillaribus subulatis, propinquis, posterioribus tensim minoribus, interdum vero quibusdam magnis, conicis, remotis. Inter dentes maxillares alii parvi sectacei, numerosi. Membranae branchialis radii 5, 6, 7 vel 8. Opercula utraque squamata; anteriora pone vel subtus dentata quantumvis leviter; posteriora saepe ante membranam pone spinosa. Quaedam species radios spinosos dorsi et ani fossula recondunt. Nonnullis ramenta parva post spinas dorsales. *Forskål* l. c. p. 44.

- Pinna dorsi secunda ossiculorum 16. Vertebræ 41. (a)
2. PERCA pallide maculosa, duobus dentibus maxillaribus, utrinque majoribus. Art. Syn. 67. Spec. 76.  
*Lucio-perca*, *Schilus* & *Nagemulus* *Auctorum*. *Giös Suecicus*. *Schindel Augustæ Vind.* *Sandat Pomeranis Megapolenibus* & *Holsatis*. *Barse Anglis quibusdam*.
- Pinna dorsi secunda ossiculorum 23. Vertebræ... (b)
3. PER-

## ADDITAMENTUM.

(a) 1. *Perca*, *fluviatilis*, pinnis dorsalibus distinctis, secunda radiis 16. L. S. N. 482. D. 14 - 16. P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 17.

*Perca fluviatilis*, pinna ani radiis undecim. *Der Baarsch*. *Bloch. N. F. D. tab. 52.* Br. 7. D.  $\frac{15}{2}$ , 14. P. 14. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ . C. 25.

*Perca vulgaris*. *Der Bürstel* *Bavarorum*. *Schäfferi pisc. Bav.* pag. 1. tab. 1. fig. 1.

*Perca fluviatilis*. *Meidingeri icon. tab. 5.*

*The common Perch*. *Pennant. br. zool. III. 254.* tab. 48. fig. 1.

(b) 2. *Perca*, *Lucioperca*, pinnis dorsalibus distinctis; secunda radiis 23. L. S. N. 481. D.  $\frac{14}{2}$ ,  $\frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{4}$ . C. 17.

*Perca*, *Lucioperca*, pinna ani radiis 14. *Der Zander*. *Bloch. N. F. D. II. 62. tab. 51.* Br. 7. D.  $\frac{14}{2}$ , 23. P. 15. V. 7. A. 14. C. 22. *Meidinger. icon. tab. 1.*

*Perca buccis crassis carnosis*; pinnis ventralibus 2; totus ex cinereo argenteus; pinnis dorsalibus maculosis; capite magis producto; dentibus caninis, in utraque mandibularum extremitate; superiore paulo longiore; iride aurea; linea laterali subnigra. *Kleinii Miff. V. 76. tab. 7. fig. 3.*

*Varietas.*

*Perca*, *Asper*, *Pallas itin. III. 707.* D. 13, 23. P. 14. V. 6. A. . C. 15.

Magnitudo, facies et structura inter Percam fluviatilem et Luciopercam exacte media. Forma, capitis nisi paulo erat-

3. PERCA lineis utrinque octo vel novem, transversis, nigris. pag. 40.

*Art. Syn. 67.*

*Asper pisciculus* *Auctorum.* *Apron* *Lugd.* in *Gallia.* *Strever* *Ratisbonæ.*

Pinna Dorsi 1<sup>a</sup>. aculeorum 8. 2<sup>da</sup>. 13. Pectorales 14.  
Ventrales 5. Ani 12. (c)

Ss 2

Dors

#### ADDITIONUM.

crassiore, Luciopercae. Oculi maiores, iridibus argenteis pone lationibus. Dentes longe minores, sed antici pariter aliquot et infra duo in apice maxillæ majores. Corpus squamis majoribus asperisque, uti Percæ. Color quoque percæ areis 6 transversis nigris et abruptis. Pinnæ numero radiorum ut in Lucioperca P. D. quinque fasciata, radiis robustioribus et rigidioribus uti in Perca. Habitat in Volga et Rhyinno.

Perca, *volgenfis*, ex viridi aurea; pinnæ dorsalis secundæ radiis 23. *Gmelini L. S. N.* 1309.

(c) 3. Perca, *Asper*, pinnis dorsalibus distinctis; secundæ radiis 13. *L. S. N.* 482.

Perca, *Asper*, rostro nasiformi; radiis 13 in pinna dor sali secunda. *Der Streber oder Pfeiferle.* *Bloch. N. F. D.* III. 175. tab. 107. fig. 1. 2. Br. 7. P. 13. V. 6. A. 11. C. 18. D.  $\frac{8}{3}$ , 13.

Asper verus, *Streber Ratisbonensium.* *Schöffer pisc. bav.* pag. 69. tab. 3. fig. 6. Br. 7. D.  $\frac{8}{3}$ , 13. I. 14. P. 13. f. 14. V. 6. A. 12. f. 13. C. 17.

Piscis oblongus, teres, anguilliformis. Caput rostratum, quodammodo quadratum, difforme. Dorsum ab initio de pressum, postea arcuato-rotundum. Venter ad anum usque protuberans. Reliquum corpus ad caudam usque valde gracilis, pone pinnam dorsi secundam et ani durum, rotundum calami scriptorii crassitie; zonis 5 badiis oblique transversis distinctum. Longitudo spithamea.

Asper pisciculus. *Willugby* p. 294. tab. S. fig. 4. *Gal lis Apron.* D.  $\frac{8}{3}$ , 13. P. 14. A. 12. C. . . .

*Dorso Monopterygio.*

4. PERCA dorso monopterygio, capite cavernoso. Art. Syn. 68. Spec. 77.

*Cernua, Perca minor, Aurata & Porcellus, Auditorum. Gjers Suecis. Kaulbars, Stuer, Stuerbars Germanis. Ruffe vel Rough. Anglis. Postch & Post Belgis. Horch Danis. Pinna Dorsi officulorum 27 ad 28. Maculæ minimæ nigræ in corpore. Vertebræ 35. (d)*

5. PERCA dorso monopterygio, lineis utrinque longitudinalibus nigris. Art. Syn. 68.

*Schraitser Ratisbonensibus. Will. p. 335. Ray 144.*

*Pinna Dorsi officulorum 30, quorum 18 aculeata. Pectorales 16. Ventrals 6. Ani 8: quorum 2 prima aculeata.*

*Linea nigra utrinque, ad radicem pinnæ dorsalis (e).*

6. PER-

**ADDITIONALMEN TUM.**

(d) 4. Perca, *Cernua*, pinnis dorsalibus unitis, radiis 27, spinis 15; cauda bifida. L. S. N. 487. *Meidingeri icon.* fasc. 1, tab. 3.

*Cernua seu Perca fluviatilis minor. Schroll, Pfaffenlaus Bavorum. Schaefferi pist. bav. p. 37. tab. 2. fig. 1.*

Perca, *Cernua*, dorso monopterygio; capite cavernoso. *Der Kaulbaarsch. Bloch. N. F. D. II. 74. tab. 53. fig. 2. Br. 7. P. 14. V.  $\frac{2}{6}$ . A. 7. C. 17. D.  $\frac{15}{27}$ .*

(e) 5. Perca, *Schraitser*, pinnis dorsalibus unitis; lineis corporis nigris. L. S. N. 487. D.  $\frac{18}{30}$ . P. 16. V. 6. A.  $\frac{2}{5}$ . C. .... *Meidingeri icon. Fasc. 1, tab. 2.*

*Schraitser Ratisbonensium Schaeffer pist. bav. p. 48. tab. 2, fig. 4. Br. 6. D.  $\frac{18}{30}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{5}$ . C. 17.*

Caput magnum cathetoplateum, alepidotum, cavernosum, a dorso declive. Rostrum paulum productum, obtusum, molle. Rectus parvus, rectus. Mandibula utraque denticulis aspera; superior inferiore longior. Oculi ovales, superi. Pupilla nigra. Iris aurea. Orbita anterius elatior et superangulata, posterius depresso. Opercula anteriora ferrato-dentata;

6. PERCA lineis utrinque septem, transversis, nigris, ductibus miniaceis cœruleisque in capite & antica ventris. Art.

Syn. 68.

*Perca marina Auctorum. Will. p. 327.*

Longitudo pedalis & minor. Figura ut percæ fluvialis sed tenuior. OS amplissimum semper fere hians. Lineæ transversæ nigræ 6 ad 7, in lateribus. Corpus versus Caput imprimis rubescens; ductus miniacei, cœruleique in Capite & antica ventris parte. Rostrum acutius quam in perca fluviali.

Ss 3

Pin-

#### ADDITIONALMEN TUM.

tata; posteriora spina retroversa donata. Truncus oblongus, subteres, anguilliformis, squamosus, asper. Linea later. supera, dorso paralela. Squamæ imbricatæ, mediocres, limbo externo aculeatæ. P. D. composita unica, sinuosa, inæqualis, longitudinalis, in fulco sita. P. C. fere æqualis, paulum bifurca, lobis inæqualibus rotundatis. Color: Caput superne fusco flavum, in lateribus varie splendens, inferne albidum. Truncus superne, fusco - flavus, in lateribus pallide aureus, inferne margaritaceus, in dimidio superiore trunci vittis 3 nigris, ut et serie macularum in dimidio inferiore pone pinnam pectoralem insignitus. Pinnæ omnes flavidæ punctis subtilibus nigris conspersæ, præter pinnæ dorsalis partem anteriorem spinosam, cuius membrana uniens semipellucida duabus seriebus macularum nigricantium subrotundarum ornatur. Itaque colore et habitu externo, ferme convenit cum P. Cernua. Differt tamen capite longius producto, trunco strictiore, numero radiorum et vittis nigris in cauda convergentibus. Habitat in Danubio et Nabi fluvio.

Perca pinnis dorsalibus coadunatis; radiis triginta et uno-aculeatis octodecim. Austriacis Schräsen, Schrazen. Krameri Elenchus p. 387. D.  $\frac{5}{3}\frac{1}{2}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{7}$ . C. 18.

Perca dorso monopterygio; capite subcavernoso, alepidoto, aculeato; cauda rotundata sublunata; maxilla superiore longiore; corpore lineato. Gronovii zooph. n. 289.

*Pinna dorsi ossiculorum* 25: *quorum* 10 aculeata & breviora, reliqua 15 longiora. *Ani* 10 *quorum* 3 aculeata. *Pectorales* flavæ. *Ventrales* minus coloratæ.

*Cauda non divisa*. *Aperturæ Branchiarum* amplissimæ, intus flavicantes. *Nares* duplices, oculis proximæ. *Dentes* acuti in maxillis, palato & faucibus. *Lingua* longa *glabra*. *Oculi* ampli. *Iris* lutea.

*Lamina media* in *Operculis branchiarum* denticulis ferata est, & *spinæ duæ* magnæ in angulo exteriore *laminæ*. *Squamæ* mediocres.

*Venter* prominens. *Vesica* aërea longa. *Ventriculus* magnus. *Appendices Pylori* 7 ad 8.

*Locus:* mare mediterraneum ad Massiliam & Venetias. Oceano ignotus pescis. Bellonius. (f)

## 7. PER-

### ADDITAMENTUM.

(f) 6. *Perca marina*, pinnis dorsalibus unitis; radiis 15 spinosis, 14 muticis; corpore lituris variegato. *L. S. N.* 483. *Br.* 7. *D.*  $\frac{1}{2} \frac{5}{6}$ . *P.* 19. *V.*  $\frac{1}{6}$ . *A.*  $\frac{3}{14}$ . *C.* 14. *Mus. Ad. Fr. II.* 83. *Br.* 7. *D.*  $\frac{1}{2} \frac{9}{4}$ . *P.* 14. *V.*  $\frac{1}{6}$ . *A.*  $\frac{3}{10}$ . *C.* 16.

*Opercula branchiarum* denticulata. *Maxilla inferior* longior. *Dentes* inæquales. *Corpus* lituris flavis et violaceis variegatum. *Statura* Cabrillæ. *P. C.* parum divisa. *Habitat* in mari mediterraneo. Hanc descriptionem postea ad Cabrillam Linnaeus retulit.

*Sea Perch.* *Pennant. br. zool.* III. 258. tab. 48. n. 126. *D.*  $\frac{1}{2} \frac{5}{6}$ . *P.* 18. *V.*  $\frac{1}{6}$ . *A.*  $\frac{3}{14}$ . *C.* . . . .

Caput magnum, difforme. Oculi magni. Denticuli numerosi. Spinæ fortes in capite et operculis. Color ruber non nullis lineis transversis obscuris in lateribus distinctus. Opercula macula nigra notata.

### Varietates.

a. *Perca marina*, pinna dorsali unica, spinis 10, cauda integra, corpore e rubro cœruleoque vario. Massiliensisibus *Serrang.* *Brünnichii ichth.* 63. *Br.* 6. *D.*  $\frac{1}{2} \frac{9}{6}$ . *P.* 13. *V.*  $\frac{1}{6}$ . *A.*  $\frac{3}{14}$ . *C.* 15.

Corpus

7. PERCA radiis pinnæ dorsalis secundæ tredecim, ani qua-  
tuordecim. Art. Syn. 69.

*Labrax Græcorum.* *Lupus marinus Latinorum.* *Spigola*  
*P. Jovii & Romanorum.*

*A Basse Anglis.*

Longitudo 2 cubitorum. *Figura* ut in Salmone ferè.

Venter argenteus. Dorsum obscurum. Squamæ me-  
diocres, arcte adhaerentes. *Rictus* amplus.

Denticuli in maxillis, palato & faucibus. *Officulum*  
asperum per medium linguæ decurrens. Nares du-  
plices. Oculi *cute*, arcte adhaerente, tecti. Iris ar-  
gentea, cum circello luteo. Cauda parum *bifurca*.

Spinæ duæ breves ad pinnas pectorales, ad branchia-  
rum angulos *Una* sed major & longior. *Lamina me-*  
*dia* opercularum spinulis ferrata, ultra angulum tri-  
bus dentibus majoribus.

Pinna

#### ADDITAMENTUM.

Corpus oblongum compressum. Mandibula inferior paulo  
longior. Dentes maxillæ superioris multorum ordinum intror-  
sum vergentes. Dentes laterales 5 molares maxillæ inferioris  
magni, acuti, sed in superiore minutissimi. Iris rubina, infra  
aurea. Color corporis ruber ad caudam flavescit. Abdominis  
latera macula magna splendide cærulescunt. Idem color ex ar-  
genteo splendens serpit per tenuissimas venas in capite et oper-  
culis. Fasciæ ad dorsum fuscæ certo situ apparent. P. D. palli-  
da postice altior; pars ejus spinosa sanguineo-venata, reliqua  
rubro pallidiore pustulata. P. P. longiores, obtusæ, radiis fla-  
vo-rubentibus instructæ. P. C. integra, subrotunda una cum  
P. A. flavicans rubro pustulata. Magnitudo spithameæ.

β. *Perca, Norwegica*, copore rubro. *Groenlandis Sul-*  
*lupaugak.* *Fabricii Fr. Groenl.* 167. Br. 7. D.  $\frac{1}{2} \frac{5}{8}$ . P. 19.

V.  $\frac{1}{8}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.

Corpus squatum, compressum oblongo-rotundatum,  
lanceolatum, omnino rubrum abdome pallidiore. Caput  
magnum, compressum, squatum, margine ferrato ad ocu-  
los.

Pinna Dorſi 1<sup>a</sup>. aculeorum 9. 1<sup>m</sup>. brevifſimum. 2<sup>da</sup>. 13.  
Pectorales 15. Ventrales 6. Ani 14, quorum 3 ante-  
riora aculeata. Appendices pylori 5 ad 6. Vesica  
aërea dorſo affixa. Caro ſapidissima.  
Locus: Mare ad Italianam: &c. (g)

XXXI.

## ADDITIONUM.

Ios. Roſtrum lacunam habens, cuius eminentia lateralis spina horizontali, ante oculos terminata eſt, apice rotundatus. Os magnum dentibus numerosis, crustaceis in maxilla utraque; ſuperior inferiore multo brevior, apice bifida, oſſibus ſ. lamel- lis 2 conſtat: inferior validior antice terminatur 4 tuberculis oſſeis, poſtice impressis 4 punctis utrinque. Operculum du- plicatum, prius rotundatum ferraturis 5; posterius duabus partibus conſtant, quæ in loco combinationis spinas duas ha- bent, terminatur spina longa. Nares 3 utrinque. Oculi magni nigricantes, iride argentea, cute alba ventricosa tecti. P. P. molles, ovatae fere ad anum pertingunt. P. V. margine infe- riore rotundatae. P. D. longitudinalis in parte spinosa humilior quam pone. P. C. ſubintegra. Linea later. eminens parum aspera, ſubrecta. Squamae magnae rotundatae. Longitudo bi- pedalis et latitudo ſemipedis.

*Perca marina*, Norwegis *Uer*, *Hav-Uer*. *Gunneri* in notis ad *Leemii comm. de Lappo*. p. 327. tab. 99.

Color ruber subtus albus plerumque absque maculis et lituris.

*Perca Norwegica* corpore rubro; pinnis dorsalibus unitis; radii 15 spinosis et 14 muticis. *Perche rouge*. Norwegis *Uer*, *Roodfisk*. *Aſcanii icon.* tab. 16. Br. 7. D.  $\frac{1}{2}\frac{5}{9}$ . P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{14}$ . C. . . .

(g) 7. *Perca*, *Labrax*, pinnis dorsalibus, diſtinctis; ſecundæ radii 14. *L. S. N.* 482. D.  $\frac{9}{2}$ ,  $\frac{1}{4}$ . P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{14}$ . C. 18. *Muf. Ad. Fr.* II. 82. D.  $\frac{9}{2}$ ,  $\frac{1}{4}$ . P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{15}$ . C. 17.

Os dentibus ſcabris. Opuſcula ferrata. Corpus *Perca* vulgari minus. Dorſum ante pinnam priorem angulatum. Col-

## ADDITAMENTUM.

lor cinereus, punctis nigris majusculis, adspersum, ut in Salmonibus. Linea later. recta. P. C. biloba. Habitat in mari mediterraneo.

Perca, *Labrax*, pinnis dorsalibus distinctis; radiis 14; cauda lunata. Massiliensibus *Loup vel Loupasson*. Brünnich ichth. 61. Br. 7. D.  $\frac{9}{2}$ ,  $\frac{1}{4}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.

Corpus oblongum, compressum. Opacula squamata; anterius serratum, inferne spinosum. Maxillae aequales. Dentes minutissimi. Iris argentea, margine pallido aureo. Linea later. recta. P. D. ramentis brevissimis aucta, P. C. lunata, nigrescens. Operculum posterius apice supra P. pectoralem nigrescens. Rubedo utrinque ad os et aperturam operculi branchiarum primi. Color corporis argenteus; latera supra lineam lateralem, nigro subtiliter maculata. Caput atomis nigris irroratum. Magnitudo spithameæ.

*The Basse*. Willugby. 271. tab. R. I. Pennant br. zool. III. 257. tab. 49. D.  $\frac{9}{2}$ ,  $\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. . . .

Perca dorso dipterygio capite laevi; operculis diacanthis squamosis; linea laterali in mediis lateribus. Gronov. zooph. p. 91.

Perca pinnis dorsalibus distinctis, secundæ radiorum 14. Joh. Fr. Gröndv. in Actis upsal. A. 1744. p. 39. tab. 4. Br. 7.  $\frac{9}{2}$ ,  $\frac{1}{4}$ . P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 18.

Perca, *Vaila*, Hispanorum. Osbeck in Nov. Act. N. C. tom. IV. 102. Br. 7. D.  $\frac{9}{2}$ , 14. P. 15. V. 6. A.  $\frac{3}{4}$ . C. 20.

Corpus figura Salmonis, supra et parum infra lineam lateralem punctatum. Dorsum obscurum. Venter albus. Longitudo ferme pedalis. Caput parvum. Ricfus magnus, subrotundus. Lingua obscure alba, scabra. Iris alba. Opercula branchiarum utrinque 3, media dentata aculeis parvis. P. V. et P. P. albæ; reliquæ obscuræ. P. C. bifurca.

8. PERCA, *lineata*, pinnis dorfi binis remotis; corpore argenteo, lineis nigris longitudinalibus; macula caudæ aurea, medio nigra. Forskål l. c. p. 42. Br. 7. D.  $\frac{9}{2}$ ,  $\frac{1}{4}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 17.

Areedi Genera.

Tt

Corpus

## ADDITAMENTUM.

**C**orpus oblongo-lanceolatum, truncatum. Color argenteus lineis nigris 16 vel 17 longitudinalibus ad dorsum et in lateribus atque macula viridi aurea, medio nigra; ad caudæ extremitum distinctus. Iris aurea. Dentes longi, subulati, recti, remoti, in utraque maxilla tres ab utroque latere, medio majori. Labia æqualia, superius protractile. Opercula squamata, anteriora valde obesa, non nisi angulo postico serrulata; posteriora integerrima. P. D. anterior fusca, reliquæ fusco-flavescetes. P. D. et A. triangulares. P. P. lanceolatae. P. V. subtriangulares, P. C. leviter bifida lobis acuminatis. Linea lateralis dorso propior. Squamæ laxæ, deciduae, latæ, denticulatæ. *Perca lineata* Linnæi alia species est, quam in sequentibus videas.

*Perca, arabica*, corpore argenteo; lineis nigris longitudinalibus, macula caudæ aurea, medio nigra. *Gmelini L. S. N. 1322.*

9. *PERCA, saxatilis*, argentea, lineis 7 fuscis longitudinalibus insignita; pinnis dorsi distinctis; cauda subbifurca. *W.*

*Perca Rockfish*, vel *Strickled Bass*. *Schoepfii in Schriften N. Fr. VIII. 160.* Br. 7. D.  $\frac{8}{3}$ ,  $\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{4}$ . C. 18.

Caput subplanum, declive. Iris argentea. Maxilla supera parum brevior infera et protractilis. Dentes parvi, setosi, duabus interdum 3 seriebus dispositi. Opercula squamosa; anteriorius subtiliter denticulatum; posterius diacanthum. Corpus compressum; argenteum, ad dorsum subviride, in abdomen album. Lineæ 7 fuscae a capite ad caudam parallelae. In earum media latiore linea lateralis recta punctata existit. Squamæ ciliatæ. P. C. plus minusve bifurca. Longitudo fere pedalis.

10. *PERCA, immaculata*, pinnis dorsalibus distinctis, secunda radiis 13; cauda bifurca. *W.*

*The river Perch of New York Schoepfii.* Vide *Schriften N. Fr. VIII. 159. Naturforscher, 20 St. 17. S.* Br. 7. D.  $\frac{8}{3}$ ,  $\frac{1}{3}$ . P. 15. A.  $\frac{3}{2}$ . C. 18.

Caput declive, fronte squamosa. Iris aurea. Maxilla superior protractilis; inferior plerumque paululum prominula. Dentes

## ADDITAMENTUM.

Dentes setosi, minimi in utraque maxilla et in ossis palatini parte anteriore. Opercula branch. squamosa; superius marginie ferrato. Corpus compressum, oblongum. Linea lateralis recta. Squamæ omnes et palpebra inferior ciliatae. Cauda semi-fornicata. Color in dorso ex viridi cœruleoque fuscus, in ab-domine albus, splendens. Rubra sunt labium inferius, gula, membrana branchialis, operculi superioris margo. P. V. sœpe etiam basis P. pectoralium et ani. P. V. basi sterni insident, P. D. duæ.

*Percat, americana*, pinnarum dorsalium secunda radiis 13.  
Gmelini L. S. N. 1308.

11. PERCA, *aegyptiaca*; Arabibus *Charms.* Haffel-quisti itin. p. 401. n. 81. Br. 8. D.  $\frac{9}{9}$ ,  $\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 8.

Caput et corpus cathetoplatea. Caput porrectum squamosum ante oculos nudum. Rostrum longiusculum. Vertex planus. Dorsum vix ascendens. Oculi prope verticem. Iris purpurea annulo aureo interno. Pupilla cœrulea. Denticuli minimi, scabri ad basin linguæ, in palati medio et ad latera et in utraque maxilla. Maxillæ æquales. Operculi lamina superior aculeato-ferrata, aculeis versus marginem exteriorem sursum reflexis; inferior angulato-acuminata, membrana albida cincta. P. D. bifida. P. C. parum bifurca, radiis 8 nodosis et ramosis. Anus remotus. Linea later. recta prope dorsum. Squamæ rhomboidales in capite, operculis et trunko. Color supra lineam lateralem fuscus infra argenteus. P. V. et ultimi radii secundæ dorsi rubent. P. C. fusca. Habitat ad littora maris mediterranei et Aegypti.

12. PERCA, *Alburnus*, pinnis dorsalibus distinctis muticis, branchiostega triradiata; cauda integra L. S. N. 482. Br. 3. D.  $\frac{1}{10}$ ,  $\frac{1}{24}$ . P. 22. V. 6. A.  $\frac{1}{6}$ . C. 19.

Corpus oblongum, fasciis fulcis, obliquis plurimis. Os denticulatum ut in percis. Opercula subserrata. P. D. prior radio uno spinoso brevissimo reliquis rigidis. *Whiting.* *D. Garden.* Habitat in Carolina,

## ADDITAMENTUM.

*Alburnus americanus* *Catesby* a Linnæo huc relatus alius generis pisces est. *Schœppius* ait, numerum radiorum membranæ branchialis a 3 ad 5 variabilem esse: labium superum prominere: cirrulum brevem sub mento existere: colorem naturalem rubellum post mortem commutari in alios varios, atque fascias nigras interdum vix visibles esse. Vide *Schriften N. Fr.* VIII. 162.

13. *PERCA*, *Lophar*, *argentea*; dorso dipterygio; pinnis ventralibus adnatis. *Forskål* l. c. pag. 38. D.  $\frac{7}{2}$ , 27. P. 16. V.  $\frac{5}{6}$ . A. 26. C. 17.

Magnitudo et facies harengi. Dorsum et basis P. pectoralium fusco-virescentes. Frons fulcata. Opercula anteriora latere, non pone ferrata; posteriora prorsus integra. Radii P. D. anterioris flexiles, vix pungentes. P. D. altera et P. A. basi ante valde adiposæ. P. C. bifida, apicibus radiorum nigricantibus. P. V. membrana adfixæ carinæ abdominis et inter se unitæ.

14. *PERCA*, *Zingel*, rostro nasiformi; pinna dorsali secunda radiis 19. *Der Zingel*. *Bloch N. F. D.* III. 173 tab. 106. D.  $\frac{15}{2}$ , 19. P. 15. V. 6. A. 13. C. 14.

Caput magnum, plagioplateum, ovatum, latius trunco squamatum. Truncus fusiformis, squamis duris, denticulatis, fixis vestitus. Rictus amplius, inferus. Maxilla supera longior infera. Dentes numerosi, acuti in utraque maxilla et palato. Oculi supremi ad verticem, iride subflava, pupilla nigra. Opercula monophylla. Truncus fusiformis, dorso convexo, squamis duris, denticulatis, fixis vestitus. Linea later. recta dorso propior. Color flavus fasciis obliquis maculisque fuscis obscuratus in dorso et lateribus, atque albus in abdomine. Pinnæ flavent. P. C. excavata. Longitudo pedalis et ultra.

*Asperulus*, *Zindel*, *Ratisbonensium*. *Schæffer pise. bav.* 58. tab. 3. fig. 1. B. 7. D.  $\frac{14}{2}$ , 20. P. 14. V. 6. A. 13. C. 17.

*Perca* dorso dipterygio, capite plagioplateo, squamofo; maxilla inferiore multo breviore. *Gronov. zooph.* p. 92. Br. 7. D.  $\frac{13}{2}$ ,  $\frac{15}{2}$ . P. 14. V. 6. A. 13. C. 17.

## ADDITIONAL.

15. PERCA, *pusilla*, pinnis dorsalibus distinctis; corpore ovato, compresso, scabro. *Briunnich ichth.* 62. Br. 6. D.  $\frac{2}{3}$ , 23. P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 14.

Corpus ovatum, compresum, totum aculeis minutissimis squamarum instar tegitur. Os acutum. Maxilla inferior parum longior, subtus valde scabra. Operculum anterius ferratum. P. D. anterior major spinis 9 constans, harum prima soluta, minuta. Pinnarum ventralium spina valida margine antico ferrato. Color corporis rubenti-argenteus; pinnarum pallidus. Iris oculorum alba. Magnitudo 1  $\frac{1}{2}$  pollicis.

16. PERCA, *nilotica*, maxilla inferiore longiore; lamina superiore operculi anterius aculeata. *Arabis Kesch.* Gallis *Variole.* *Hasselquist itiner.* 404. Br. 7. D.  $\frac{8}{3}$ ,  $\frac{1}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 20.

Caput cathetoplateum, oblongiusculum, juxta rostrum glabrum. Rostrum longiusculum subacuminatum. Maxilla superior obtusa; inferior subacuminata, multo longior et latior. Ricthus magnus, sursum directus. Dentes minimi, scabri conferti in maxilla utraque et palato. Oculi vicini rostro propiores. Pupilla rubicunda, annulo fusco cincta. Iris pallide rubescens. Opercula squamata; triphylla; lamina superior aculeato-ferrata; inferior monocantha. Corpus grandissimum, oblongum, cathetoplateum, squamosum. Pinna dorsi unica, bipartita, semi-longitudinalis. P. P. abdomini propiores, sublineares, obtuse. P. V. thoracice oblique rotundatae. P. C. rotundata. Anus medius. Linea lateralis curvato-recta. Squamae mediocres, molles, brevissime ferratae. Fusca sunt vertex, sumitas operculorum, dorsum, dimidium laterum abdominis, pinna dorsi et caudae. Ex albido-argeutea opercula et abdomen in latere dimidio et interius. Pinnae reliquæ albidae sunt. Longitudo 5 pedum et ultra. Habitat in Nilo juxta Cairum. Imaginem exhibuit S. G. Gmelin. *itin.* III. p. 344. tab. 25, fig. 3.

17. PERCA, *ocellata*, pinnis dorsalibus subunitis; ocello ad pinnæ caudæ basi. *L. S. N.* 483. Br. 7. D.  $\frac{10}{3}$ ,  $\frac{1}{3}$ . P. 16. V. 6. A.  $\frac{1}{6}$ . C. 16.

## ADDITAMENTUM.

Pinnæ dorsalis primus radius, brevissimus. Ventralium radius & brevior, simplex, muticus. Ocellus niger iride alba ad apicem caudæ superiorem ante ejus pinnam. Cauda integra. Habitat in Carolina; *D. Garden* appellatur *Bass*.

18. PERCA, *Luth*, dentibus longiusculis, distichis, acuminatis, inferioribus duplicatis. *Hasselquist itiner.* p. 402. Br. 7. D.  $\frac{3}{2}$ . P. 17. V. 6. A. . . . C. 20.

Corpus cathetoplateum, oblongum. Caput similiter. Rostrum acutiusculum. Rictus magnus. Maxilla supera longior et amplior infera. Lingua, fauces et palatum glabra et flava. Dentes in supera longiusculi, conici, incurvati, remoti, posterioribus brevioribus; in infera maxilla similes sed duplo breviores et juxta apicem duplicati. Caput totum et opercula squamosa; Lamina eorum superior ferrato-aculeata inferior ut in reliquis. P. D. unica duplē referens; anterior radiis 10. Primus brevissimus, octavus et nonus aculei sunt 2. 3. 4. 5. 6. 7. simplices mutici: posterior rad. 30, prius aculeus reliqui molles. P. C. rotundata. Anus et linea lateralis ut in congeneribus. Habitat in mari rubro.

19. PERCA, *undulata*, pinnis dorsalibus subunitis; corpore fusco undulato; macula fusca ad pinnas pectorales. *L. S. N. 483.* Br. 6. D. 10,  $\frac{1}{2}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 19. *Croker* a *D. Garden* appellatur.

Opercula anteriora dentibus 5 brevibus. Cauda integra.

*Varietas aut alia species.*

*Perca marina* pinna dorsi divisa. *The Croker. Catesby.* II. tab. 2. fig. 1. *Pennant art. zoology suppl.* 127.

Squamæ ochræ usqæ instar rubent. Iris aurea. Os ampulum. Dentes acuti, exigui ordinati. P. D. prior triangularis, aculeata; secunda rubra, ab hac ad caudam extensa. P. C. purpurea, & parum excavata.

20. PERCA, *vittata*, pinnis dorsalibus unitis; lineis 5 albis fuscisque *L. S. N. 485.* *Mus. Ad. Fr.* II. 85. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Opercula squamosa, ferrata. Oculi magni. Dentes intraque maxilla minimi, copiosissimi. Corpus fasciis longitudi-

## ADDITAMENTUM.

tudinalibus utrinque 5 albis & totidem fuscis alternantibus, quæ antice cingunt etiam caput. P. C. integra. Habitat in America.

21. PERCA, *Grammistes*, rubescens, lineis, longitudinalibus, albis; pinnis dorsalibus unitis; cauda rotundata. *W.*

*Grammistes. Sebae thes. III. tab. 27. fig. 5.* D.  $\frac{8}{3}$ , 14. P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{1}{10}$ . C. . . .

Descriptionem vide in *Mantissa. I.*

22. PERCA, *Radula*, pinnis dorsalibus unitis; cauda bifida corpore punctis albis lineato. *L. S. N. 488.* D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{6}$ . P. 12. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ . C. 17.

*Labrus immaculatus* pinnae dorsalis radiis spinosis decein. *Amoen. I. 315.* Br. 7. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{6}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 17.

Cæput compressum. Os magnum. Maxilla superior lateribus utrinque producta & antice retrorsum plicata. Dentes parvi, distincti & remoti præsertim ad latera. Oculi nudi, magni. Opercula squamosa, pone tridentata. Corpus ovato oblongum, lividum. Linea later. curva. P. D. longitudinalis, æqualis. P. V. ovatæ. P. C. parum bifurca.

23. PERCA, *cottoides*, pinna dorsalibus unitis; cauda indivisa; pinnis omnibus lineis duabus punctatis. *L. S. N. 484.* *Mus. Ad. Fr. II. 84.* Br. 8. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{6}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{5}$ . A.  $\frac{2}{5}$ . C. 12.

Piscis quasi medius inter Percas & Cottos. Spina gemina reflexa sub oculis. Maxillæ fabræ. Opercula spinosoferrata. Linea later. recta, quasi catena, parum elevata. Mala fuscæ, quasi puncta ex duabus lineis, sparsa per omnes pin nas. Puncta majuscula, fusca, orbiculata, sparsa per caput & dorsum. P. D. longitudinalis incipit in medio frontis & definit paulo ante caudum. P. C. integra.

24. PERCA, *philadelphica*, pinnis dorsalibus unitis; macula nigra in medio; squamis & operculis ciliatis. *Chub. D. Garden.* *L. S. N. 484.* Br.  $\frac{1}{7}$ . D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{6}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{5}$ . C. 11.

Corpus nigro maculatum; fasciis quibusdam nigris; subtus rubrum. Squamæ ciliatae. Opercula ciliata, postice macronata. P. D. ubi connexa humilior macula nigra.

25. PERCA,

## ADDITAMENTUM.

25. PERCA, *trifurca*, pinnis dorsalibus unitis; cauda trifida. *D. Garden. L. S. N. 489.* D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 20.

Caput pulchre variegatum. Faux lutea. Opercula subtilissime denticulata. Corpus fasciis 7 cæruleis. P. D. radius tertius & quartus spinosus est auctus ramento setaceo, longitudo ipsius spinæ.

26. PERCA, *argentea*, pinnis dorsalibus unitis; cauda bifida; fasciis longitudinalibus sanguineis. *L. S. N. 488.* *Mus. Ad. Fr. II. 86.* Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{2}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.

Caput naribus tubulosis. Opercula anteriora tenuissime ferrato-spinosa; posteriora in spinam excurrentia. Dentes acerosi. Corporis figura Cyprini aurati albissima. Dorsum ante carinatum. P. D. macula nigra ad partem spinosam notata. P. C. biloba, obtusa,

Perca coloris argentei lineis utrinque duabus longitudinalibus; cauda bifurca. *Sebae thes. III. tab. 27. fig. 13.* D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{2}$ . P. ... V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. ... Vide *Mantissem I.*

27. PERCA, *blennoides*, rubella, capite alepidoto cauda rotundata *W.*

Perca dorso monopterygio; fronte declivi; capite alepidoto; operculis subaculeatis; cauda rotundata; oculis pinnae dorsali subocularibus. *Gronov. zooph. n. 287.*

Blennius pinna dorsali ab oculis ad caudam extensa radiorum 22, prioribus sex aculeatis. *Gronov. Mus. I. n. 76.* Br. 6. D.  $\frac{6}{2}\frac{1}{2}$ . P. 10. V.  $\frac{1}{3}$ . A.  $\frac{3}{7}$ .

Corpus cathetoplateum, latum, breve, squamosum, rubro alboque mixtum. Caput cathetoplateum, ab oculis valde declive. Opercula anteriora aculeata, posteriora in acumen extensa. Oculi superi, parum elevati. Dorsum in medio parum elevatum, angustum. Linea later. curva, dorso proxima. P. D. longitudinalis super oculos oriunda. P. P. bruneæ. P. V. thoracicæ. P. C. subrotunda. Aculei pinnarum validi.

28. PERCA, *furva*, pinnis dorsalibus unitis aculeis 10 ramentaceis; capite cærulescente; cauda integra. *W.*

## ADDITAMENTUM.

*Perca* in Nova Eboracensi *Blackfish*. Schoepf in *Schriften N. Fr.* VIII. 164. Br. 7. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 18.

Caput declive, glabrum cæruleſcens, ſtriis flavidis inconſtantibus, ab ore ad oculos ductis, & macula una vel aliquot fuscis in ſupercilio notatum. Opercula anteriora ſquamata, dentata: posteriora integra. Dentes minuti, densi, in multis ſeriebus. Corpus oblongum, compressum ſquamis ciliatis veltitum, quæ in dorſo nigro-cæruleæ nigro marginatæ, in abdomen albae, bruneo margine cinctæ ſunt. Linea lateralis propemodum recta. P. dorsales unitæ, albo nigroque fasciatæ, spinis 10, raimento auctis, inſtructæ. P. C. integra.

29. *PERCA, formosa*, pinnis dorsalibus unitis; cauda lunata; capite lineis cæruleis. *L. S. N.* 488. *Squirrelfish*. *D. Garden.* Br. 4. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 19.

Caput lineis liturisque cæruleis. Opercula denticulata. P. D. anterior abbreviata versus posteriorem.

*Perca marina* capite ſtriatu. *The Grunt. Catesby* II. tab. 6. Corpus ovato-oblongum macrolepidotum, ſquamis fuſciis, flavo marginatis veltitum, pedale. Caput a dorſo declive ſtriis longitudinalibus flavis cæruleisque alternis exornatum. Oculi flavi, magni. Rictus amplius, intus ruber, ascendens. Mandibula infera longior ſupera. Dentes parvi una ſerie in utraque mandibula. P. D. composita in medio ſinuata. P. P. longæ acuminatæ. P. C. bifurca.

30. *PERCA, Cabrilla*, pinnis dorsalibus unitis, cauda bifida; fasciis longitudinalibus 4 ſanguineis *L. S. N.* 488. *Muf. Ad. Fr.* II. 87. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 17.

Capitis latera rubro picta. Opercula ferrata. Dentes ſuperiores, priores acuti, inferiores magis ad latera majores. Corpus fasciis 4 longitudinalibus ſanguineis. P. D. variegata, inter radios inferne ſquamata. P. C. parum bifida. Habitat in mari mediterraneo.

*Varietas.*

*Perca* lituris flavis violaceisque variegata. *L. S. N.* 488. *Muf. Ad. Fr.* II. 87.

*Artedi Genera.*

Uu

Fa-

## ADDITAMENTUM.

Fasciis, facie, pinnis rubro variis simillima Cabrillæ, sed diversa colore & ramento cutaceo pone singulum radium spinosum dorsalem, quod non in Cabrilla.

31. PERCA, *Louti*, oblongo-lanceolata; miniata; guttis pallide violaceis; cauda bifalcata; pinnarum omnium margine postico flavo. *Forskål.* I. c. p. 40. Br. 7. D.  $\frac{9}{24}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 15.

Color miniato-ruber, guttis violaceis sparsis. Abdomen pallidum subitus immaculatum. Dentes setacei, flexiles, densi; quidam validiores remoti, conico-subulati. Labia obtusa, inferius longius, superius protractile. Iris miniata. Opercula squamulata, obesa, anteriora parum sinuata, posteriora trispinosa. Membrana branch. multiradiata. Linea lateralis dorso propior, flexuosa. Cauda surgens, linearis. Squamae parvæ, rotundatae, integræ. P. D. A et C. basi carnosæ; interstitiis radiorum squamatis; guttis pallide violaceis conspersæ, pone faicatae. P. P. ovatae. P. V. falcatae, immaculatae. P. omnes margine postico late flavo. In caudæ extremo flavedo terminata lunula. Longitudo bipedalis.

32. PERCA, *miniata*, coccineo-rubra; guttis cæruleis undique adspersa; cauda rotundata. Arabibus *Zarbun*. *Forskål* I. c. p. 41. Br. 7. D.  $\frac{9}{24}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 15.

Labia latissima, obtusa, cæruleo guttata; inferius longius; superius protractile. Nares simplices & ante singulam cirrus conicus in cavitate. Iris extrorsum rubra, interius flavæ. Opercula obesa, integerrima, pone modice ferrata; posteriora trispinosa. Vertici ante oculos littera V inscripta. Linea later. dorso propior, flexuosa. Dorsum & abdomen recta, pone curvata. Post spinas dorsales ramenta brevia, libera. P. omnes pone rotundatae præter ventrales, quæ acutæ, contiguæ, antice cæruleo marginatæ. Basis P. D. A & C. carlosa, squamata. Squamae parvæ, striatæ, rotundatae. Dentes setacei, flexiles, & bini canini validi conico-subulati in utraque maxilla. Longitudo pedalis.

*Varietates.*

a. PERCA, *Balah*, colore fusco; ocellis cæruleis. *Forskål* ibidem. P. A.

## ADDITIONAL.

P. A. margine postico alba; P. D. partis inermis margini superiore.

*B. PERCA, Nadjil*, rubra guttis cæruleis. *Forskål* l. c. p. 42.

Dentes æquales in inferiore maxilla; in superiore autem versus medium longiores & coacervati in duos fasciculos remotos. Ocelli vel guttæ cærulei margini fusco per totum corpus perspersi. Longitudo sæpe 6 pedum.

33. *PERCA, nobilis*, pinnis dorsalibus unitis; cauda integra; corpore argenteo; fasciis 8 fuscis *L. S. N.* 484. D.  $\frac{22}{2}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 17.

Radii spinosi dorsales lateribus argentei sunt. Habitat in America septentrionali.

*Pennant* eam ad genus *Chætodontis* refert. *Arct. zool. suppl.* 121.

*Chætodon macrolepidotus*, albescens, lineis utrinque 8 transversis nigris. *Seba thes.* III. tab. 25. fig. 5. Vide *Mantissam I.*

34. *PERCA, Scriba*, pinnis dorsalibus unitis; cauda integra; pinnis caudæ, pectoralibusque flavis capite scripto. *L. S. N.* 486. *Mus. Ad. Fr.* II. 86. Br. 7. D.  $\frac{10}{2}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 15.

Caput supra rufescens reticulato & undulato scriptum lineolis nigris. Oculi prominentes. Opercula parum ferrata. Corpus supra rufescens; fasciæ fuscæ, transversæ. P. D. spinis 10 ramento cutaceo. P. C. integra. Radius P. D & A. primus basi approximatus secundo.

35. *PERCA, mediterranea*, pinnis dorsalibus unitis, reliquis fulvis; macula nigra ad pectorales. *L. S. N.* 485. *Mus. Ad. Fr.* II. 85. Br. 5. D.  $\frac{16}{2}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 13.

Labia oris crassa. Opercula ferrata. Corpus fucecens. Macula nigra ad basin pinnarum pectoralium. Macula nigra alia prope caudam. P. C. integra flava. Habitat in America.

*Varietas.*

*α. PERCA, mediterranea*, pinnis dorsalibus unitis; macula nigra ad pectorales; corpore viridi cæruleo lineato. *Brünnich, ichth.* p. 66. Br. 5. D.  $\frac{16}{2}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 13.

## ADDITAMENTUM.

Corpus oblongum, compressum. Caput rarenter porulosum. Opercula squamosa; anterius ferratum. Lingua nulla. Dentes tantum duo, lanceolati, distantes et prominentes in maxilla superiore. Maxilla inferior vix brevior antice dentibus instructa minutis, quorum intermedii 2 reliquis maiores. Iris aurea, in cuius medio circulus cæruleus. Color corporis viridis lineis 10 fuscis, lateralis paralelis. His subjacent 5 latiores, & late cæruleae. Caput supra lineis transversis & serpentinis late cæruleis pictum, subtus cæruleum. P. D. ramentacea, postice altior. Hæc cum P. A. & V. olivacea, cæruleo transversim maculata. P. P. rufescentes, basi nigrae, supra hanc luteæ. P. C. rotundata, ad basin lutea, extrorsum cærulea, fulvo punctata. Linea lateralis laevis, supra pinnata, ad finem pinnæ caudalis paululum descendit & caudam dividit. Magnitudo spithamæ.

36. PERCA, *Gigas*, corpore nebuloso; cauda integra; operculis trispinosis; spinis dorsalibus undecim. Massiliensibus *Merou*. *Briünnich. ichth. 65.* Br. 7. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{6}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 15.

Corpus ovatum, compressum. Caput antice nudum. Os magnum. Faux palatumque dentata. Labia simplicia. Lingua laevis, magna. Maxillæ æquales. Dentes plurium ordinum acuti; 4 anteriores maxillæ superioris maiores, conici. Opercula squamosa; prius ferratum; posterius trispinosum. Iris lutea. Linea lateralis obscura, dorso paralela. P. D. ramentacea. P. P. rotundata. Anus postice. Color corporis ochraceus, obscuro fuscoque nebulosus. Caput subtus rubrum ut & P. P. extrorsum. P. C. integra. Longitudo 3 pedum.

37. PERCA, *Tauvina*, lienari-oblonga, fusca; guttis ferrugineo-nigris in capite & corpore; catida rotundata. *Forskål. c. pag. 39.* Br. 7. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{6}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Vertex squamatus declivis, ut & gula, unde caput cuneatum, ore in medio obliquo. Dentes maxillares parvi, subulati unius seriei, rigidi, subæquales, remoti; Caninus utrinque unus validior versus medium labii; faucium intra maxillares numerosi, maiores, setacei, introrsum mobiles; in medio labio

## ADDITAMENTUM.

labio lacunam versus majores, densiores. Lingua ad basin denticulata. Labia obtusa inferius longius, superius retusum, protractile. Opercula squamata; anteriora pone denticulata subtus membra dependente; posteriora pone trispinosa. Pinnæ colore & guttis ferrugineo-nigris, parum virentibus, margine postico rotundato-albescente. Linea lateralis dorso propior & paralela, in caude initio fracta & supra medium. Guttæ corporis magnæ, sparsæ, ferrugineo-nigræ. Squamæ parvæ denticulatae.

38. PERCA, *polymna*, pinnis dorsalibus unitis; corpore nigro; fasciis tribus albis. L. S. N. 484. D.  $\frac{11}{2}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{1}{6}$ . C. 16.

Conjungit hæc Percas, Labros, Sparos, Chætodontes; sed operculis spinosis ad Percam refert. P. D. unitæ. Fascia media excurrit per P. D. posticam.

Perca dorso monopterygio; capite mutico squamoso; operculis monocanthis, squamosis; cauda subrotunda; fasciis dorsalibus transversis albis. Gronovii zooph. n. 296. Mus. ichth. II. n. 190. Br. 6. D.  $\frac{11}{2}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.

Corpus oblongiusculum cathetoplateum, microlepidotum. Caput satis magnum, æquabile, a dorso decline. Oculi magni, invicem approximati. Rictus magnus, terminalis, ascendens. Dentes minutissimi, conferti in maxillis & faucibus; anteriores maxillæ superioris maximi. Palatum et lingua sunt glabra. Maxillæ, ore clauso, æquales. Opercula squamata, anteriora pone tenuissime ferrata; posteriora monocantha. Dorsum convexum, arcuatum. Abdomen usque pinnam ani rectum. Linea later. dorso paralela et propior. P. D. longitudinalis, sinuosa. P. P. ovata, inferæ. P. C. angusta, rotunda. Anus remotus. Color rufescens, fasciis albis transversis 3 ornatus. Longitudo 3 unciarum & latitudo unius unciae.

Chætodon lineis utrinque tribus albis, & laminis opercularum in ambitu admodum ferratis. Sebae thes. III. tab. 26. fig. 120. D.  $\frac{11}{2}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. . . . Vide in Mantissa I. descriptionem.

## ADDITAMENTUM.

*Varietas.*

$\alpha.$  Percis pinnæ dorsalis radiis 11 spinosis, 14 mollibus; fasciis duabus latis, albicantibus. Koelreuteri in Nov. Comm. Petrop. X. 340. tab. 8. fig. 4. Br. 3. P. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 19. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ . P. C. 18.

Chætodon lineis utrinque duabus candidis; laminis operculorum ferratis, et cauda alba æquali. Sebæ III. tab. 26. n. 24. Vide *Mantissam I.*

Tetragonopterus cinereus, lævis; ad caudam Zona cincrica, nigris lineis obliquis descripta; altera in medio latere ex albo varia, similibus lineis; tertia tota alba, caput a reliquo corpore separante; pinna dorsali interrupta. Kleinii M. IV. 38. tab. 11. fig. 8.

*Tanteltan. Renard Poiss. I. n. 122.*

39. PERCA, *diagramma*, pinnis dorsalibus unitis; corpore lineis luteis. L. S. N. 487.

Sparus lineis longitudinalibus luteis varius; aculeis 11 in pinna dorsali. Gronovii Mus. ichth. I. 37. Perca n. 297. Zooph. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{14}$ . C. 18.

Corpus oblongum cathetoplateum, dorso arcuato, carinato, ab domine plano. Caput a dorso declive cathetoplateum squatum. Maxilla inferior longior. Dentes minutissimi, conferti. Oculi magni. Opercula squamosa, postice in acumen longum exeuntia. Squamæ imbricatae, parvæ, læves. Linea later. dorso proxima et paralela. P. P. et V. ovatae. P. C. mediocris, æqualis. Color albidus, luteis lineolis longitudinalibus irregulariter pictis varius.

*Varietates.*

$\alpha.$  Sparus maxilla inferiore longiore; cauda subrotunda, aculeis tribus in operculis. Gronov. Mus. ichth. II. n. 187. Br. 5. D.  $\frac{9}{27}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{14}$ . C. 18.

Corpus cathetoplateum, crassum, microlepidotum. Caput compressum, omnino squamosum, a dorso declive. Maxilla inferior parum longior. Labia crassa. Dentes in utraque maxilla tenues, acutissimi, mediocres in aream congesti, intraversi et duo crassi, conici anteriores, stabiles a reliquis separati.

## ADDITIONAL.

rati. Palatum et lingua inermia. Oculi magni, summi. Opercula squamosa pone trispinosa. Truncus subovatus, dorso carinato, arcuato, abdomine parum carinato et subrecto cauda angusta. Linea later. curvato-recta. Pinnae ad basin squamatæ. P. D. fere longitudinalis. P. P. rotundatae. P. C. lata rotundata. Color totius piscis brunneus, in capite anteriore maculis rufis, in operculis autem et lateribus trunci lineis longitudinalibus rufis paralelis, distinctus. Habitat in India orientali.

B. *Perca*, maxilla superiore longiore; lineis longitudinalibus varia; aculeis dorsi decem. *Seba thes. III. tab. 27. fig. 18.* D.  $\frac{1}{2}$ . P. 18. V. 6. A. 11. C. 17. Vide *Mantissam I.*

40. PERCA, *Kaelreuteri*; pinnis dorsalibus unitis; corpore longitrus striato et transverso trifasciato. W.

*Percis* fasciis tribus albicantibus; os malæ utrinque in duas spinas, unam longam, alteram brevem producendo. *Kaelreuter in Nov. Comm. Petrop. X. 346. tab. 8. fig. 5.* Br. 3. D.  $\frac{9}{27}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{7}$ . C. 18.

Corpus oblongum, cathetoplateum, squatum. Caput subtriangulare, compressum, superne valde declive, ante obtusum, in genis tantum squamosum. Opercula nuda, diaphana, dentata, margine membranaceo aucta. Os malæ inæquabile, sinuosum, diacanthum. Rictus leviter ascendens. Maxillæ æquales, labiatæ; infera 10 poris perforata. Dentes conici, valde obtusi, uniseriati. Oculi sumini, submedii. Nares simplices. Membrana branch. testa. Truncus ovato-oblongus pone rotundatus et angustius, lineatus et fasciatus. Linea lateralis summa, dorso paralela. Anus submedius capiti parum propior. P. D. fere longitudinalis, in medio sinuosa, pone crescentes et acute angulata, ad basin carnosa et squamata. P. A. longitudinalis, dorsalii similis. P. P. ovales subinferæ. P. V. contiguæ, lanceolatae sub thorace. P. C. rotundata, ad basin squamata. Color piscis in spiritu asservati erat pallidus lineis longitudinalibus albicantibus, et tribus fasciis arcuatis concoloribus distinctus. Prima fascia inter caput et corpus, secunda

## ADDITIONUM.

in medio corpore, tertiaque in cauda. Longitudo fuit  $4\frac{1}{2}$  unc. Latitudo 1 unc. 8 lin.

41. PERCA, *adscensionis*. *Der Steinbarsch. Osbeck itin.* p. 388. Br. 8. D.  $\frac{11}{7}$ . P. 16. V. 8. A. 14. C. 26.

Corpus angustum superne subruberum, inferne albescens. Opercula duabus laminis composita, aculeis duobus majoribus et multis minoribus armata. Maxillæ e regione narium dentatae, P. D. in medio sinuata. P. C. bifurca. Squamæ ovales, denticulatæ transversim sitæ.

42. PERCA, *striata*, pinnis dorsalibus unitis; cauda bifida; corpore striato. *L. S. N.* 487. D.  $\frac{13}{8}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.

Opercula subserrata. Raditis secundus analis validissimus. Cauda nigra non est, qua differt a *P. Melanura*.

*Perca* maxilla superiore longiore lineis longitudinalibus varia, aculeis dorsi 13. *Sebae thes.* III. tab. 27. fig. 17. D.  $\frac{13}{8}$ . P. 18. V. 6. A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17. Vide *Mantissam I.*

43. PERCA, *Rogaa*, nigro-rufescens; cauda æquali; pinnis nigris; branchiostega et capitis lobis obtectis, obscure rubris. *Forskål l. c.* p. 38. Br. 7. D.  $\frac{9}{8}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 14.

Dentes numerosi, setacei, introrsum mobiles; saepe duo fortiores incisores in antica parte conico-subulati, remoti. Labia lata, obtusissima; inferius longius; superius protractile. Iris extrorsum nigra, dein flava, interius cœrulea. Opercula obesa squamata, integerrima, postico tridentata. Vertex convexus inter oculos declivis. Scapulæ gibbæ. Dorsum et abdomen recta, pone curva. Pinnæ omnes obtusæ, caudæ truncata, ventrales rotundatae. Ramenta brevia post spinas dorsales. D. A. C. pinnæ basi carnosæ. Interstitia radiorum squamata. Cauda surgens, apice latior. Linea later. obsoleta curvato-recta. Color totus nigro-rufescens. Caput maxima parte atque membrana branchialis et palatum rubro-obscura. Longitudo 3 sphitamarum.

44. PERCA, *lunaria*, ferrugineo-nigra; pinnis pectoralibus nigris, pone flavis; dorsali et caudæ pone hyalino-albis.

*Fors-*

## ADDITAMENTUM,

*Forskål l. c. p. 39.* Br. 7. D.  $\frac{9}{28}$ . P. 18. V. dextr.  $\frac{1}{3}$ . sinist.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 14.

Præcedenti similis præter colorem et indolem pinnarum; quarum pectorales ferrugineo-flavæ, basi oblique nigræ. P. V. obverse triangulares, nigræ, vitta obscure rubra juxta exteriorem marginem. P. D. et A. pars inermis vitta rubra prope exteriorem marginem. Margo posticus pinnæ dorsi albus. P. C. truncata pone lunula albo-hyalina et pone lunulam rufescens.

45. *PERCA*, *Summana*; cauda rotundata; corpore cinereo-fusco, guttis albis undique adsperso. *Forskål l. c. p. 42.* D.  $\frac{11}{28}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 15.

Dentes letacei, flexiles, et bini canini validi, conico subulati in utraque maxilla. Labia latissima, obtusa. Opercula anteriora integerrima, posteriora trispinosa. Sub oculo utroque macula oblonga, obliqua, nigra. P. omnes fuscae, guttis albis. Caput fuscum vix guttatum. Iris fusca. Cauda brevis, parum surgens; supra macula nigra.

Piscis zeylanicus fuscus maculis albissimis, ordine secundum longitudinem piscis ad caudam usque sitis. *Fr. Ruisch thes. anim.* p. 33. tab. 7. fig. 1.

*Varietates.*

α. *Perca*, *Koschar*, corpore cærulecente, fusco guttato. *Forskål l. c. 42.* D.... P. 18. V.... A.... C. 18.

A priore parum differt. Dentes multi letacei. Corpus cærulescens. Macula nigra in dorso caudæ. Guttæ circulares fusco-ferrugineæ. Caput maxillæ et membrana branchialis pariter guttatæ. Oculi remotiusculi. Vertex inter oculos subplanus, subcavus. Squamæ parvæ vix dentatae. Cauda altior.

β. *Perca*, *areolata*, corpore cinereo, albido; guttis fusco-flavescentibus. *Forskål l. c. pag. 42.* D.  $\frac{11}{28}$ . P. 18. A.... C. 14.

Numero radiorum ab antecedente varietate tantum diversa. Cauda leviter exrecta. Opercula obesa, squamatula, anterius integerrima, posteriora trispinosa. Vertex nudus, convexus. Color albidus. Guttae in capite flavescentes, in pinnis

## ADDITIONAL.

fuscae; tam prope in pinnis, ut interstitiorum color ambulacra albida inter areolas fuscas repræsentet. Arabibus *Daha*.

46. *PERCA, fasciata, rubra, fasciis transversis latis, albidis, subquaternis.* *Forskål* l. c. p. 40. Br. 7. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.

Corpus microlepidotum, bipedale, rubrum, maculis fasciisque latissimis, pallidioribus. Caput magnum. Labia rotundata, æqualia. Dentes setaceo - subulati, una serie in maxilla inferiore; et multis in superiore. In medio utriusque maxillæ bini dentes, conici, remoti, fortiores reliquis. Oculi magni propinquui. Iris rufo - virens. Pupilla nigra ovata. Opercula anteriora obesa squamis minimis, pone leviter dentata; posteriora in acumen deducta; ante quod duæ spinæ, superiore majore. P. P. breviter pedicellata, fossula pone sub basi, membrana fere connexæ. Cauda integra. Spinæ dorsales rectissimæ cum ramento brevi ad apicem, ibidemque triangulo nigro notatæ. P. D. et A. pars inermis margine flavicans. Linea lateralis dorso propior. Spina secunda P. A. valde robusta. Habitat in mari rubro.

*Perca, fasciata, 5 albis & fuscis fasciis transversis, latis insignita.* *Houttuyn* in *Act. Harlem.* XX. 326. Br. 7. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 16. Habitat in Japania.

47. *PERCA, Acerina, capite prælongo; pinna dorsali unica, cauda bifurca.* *Russis Bahis.* *Gheldenstædt* in *Nov. Comm. Petrop.* XIX. 455. tab. 11. Br. 7. D.  $\frac{1}{3}$ . P. 25. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{7}$ . C. 17.

Statura compresso - oblonga, latitudine quinques, crassitie 7 a longitudine superata. Caput productum, longitudine dimidii trunci, subconicum, scrobiculatum, sebrium ab occipite ferrato declive. Rictus angustus. Maxilla supera parum longior. Oculi sumimi, medii. Iris argentea. Pupilla nigra. Opercula integerrima. Truncus lanceolatus, compressus, extremitate spatulata. Squamae mediocres, subtiliter crenulatae. Linea lateralis dorso propior et parallela. Squama magna triquetra, apice pungens super pinnam pectoralem. P. D. unica, fere longitudinalis, alta, trapezoidea, declinata, composita, fusco

## ADDITAMENTUM.

fusco guttata. P. P. oblongo-acuminatae, infimæ, albæ. P. V. trapezoideæ, thoracicae albae. P. A. ventralibus aequalis, extremitati pinnae dorsalis opposita. P. C. bifurca, albida. Color superne canescens inferne albicans, in lateribus maculis guttatis nigris spartis et punctis fusciis obscuratus. Habitat in Ponto Euxino.

48. PERCA, *lineata*, pinna dorsalium ramentacea; corpore lineis 5 albis fusciisque. L. S. N. 487.

Sciaena, *lineata*, fasciis longitudinalibus 5 albis fusciisque alternis. Mus. Ad. Fr. I. 66. tab. 31. fig. 4. Br. 6. D.  $\frac{1}{3} \frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{20}$ . C. 16.

Corpus oblongum, compressum. Fasciae lineares parallelæ, totidemque fuscae alternae longitudinales. Squamae ciliates. Caput modice declive. Opercula squamosa, ferrata. P. C. integra. P. D. et A. non dilatatae.

49. PERCA, *palpebrosa*, pinnis dorsalibus unitis; palpebris macula fusca linea laterali curva; cauda integra. L. S. N.

484. D.  $\frac{1}{3} \frac{2}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{17}$ . C. 17.

Parvus piscis. Macula palpebræ superioris fusca.

50. PERCA, *chinenis*. Osbeck itin. pag. 335. D.  $\frac{1}{3} \frac{2}{3}$ . P. 18. V. 6. A.  $\frac{2}{15}$ . C. 17.

Facies Percæ flaviatilis sed minor illa. Maxillæ inæquales, dentatæ, infera brevior supera. Os ovale. Linea lateralis curva, P. D. longitudinalis, sinuosa. P. C. ovalis. Color corporis, pinnarum et palati gilvus.

51. PERCA, *atraria*, pinnis dorsalibus unitis; corpore nigro; pinnis albido maculatis. L. S. N. 485. Br. 7. D. 8-33. P. 20. V. 7. A. 26. C. 20.

*Bla-kfisk.* D. Garden.

Corpus nigrum. Linea lateralis recta. Opercula antice denticulata, postice ciliata. P. D. albido lineata. P. C. integra. Habitat in Carolina.

*Species ad huc dubiae.*

52. PERCA, *chrysoptera*, pinnis dorsalibus unitis; pinnis inferioribus flavis, fusco maculatis; cauda integra. L. S. N. 485.

## ADDITAMENTUM.

Habitat in Carolina, Auctore *D. Garden.* P. V. A. & C. flavæ, maculis fuscis, sparsis. Linea lateralis recta. Opercula obsoletissime dentata.

*Varietas aut alia Species.*

**PERCA, gibbosa,** marina cinerea. *The Margathe Fish.* *Catesby.* II. tab. 2, fig. 1.

Dorsum valde arcuatum. Iris ex albo-flava. Os intus rubrum. Maxilla superior parum longior. Dentes exigui, acuti, uniseriati in maxillis. Squamæ satis magnæ, subnigræ, ad ventrem dilutiores. Linea lateralis nigra, dorso paralela. P. D. semilongitudinalis bipartita. P. P. longæ, acuminatæ. P. C. bifurca.

53. **PERCA, venenosa**, pinnis dorsalibus unitis; pectoralibus apice flavis; caudal lunata; corpore punctis sanguineis. *L. S. N.* 486.

*Perca marina venenosa, punctata. The Rock-Fish.* *Catesby* II. tab. 5.

Corpus ovato-oblongum, sesquipedale, quandoque magius. Squamæ lœves, tenues, in dorso fuscæ, in ventre pallidæ, ocellis rubris, iride nigra, passim notatæ. Oculi fulvi. P. D. composita, inæquabilis. P. P. in extremitate flavæ. P. C. lata et parum excavata. Habitat in Bahama.

54. **PERCA, guttata**, pinnis dorsalibus unitis; cauda integra; corpore punctis sanguineis adsperso. *L. S. N.* 485.

*The Hind: Catesby* II. tab. 14. *Pennant arct. zool. suppl.* 129.

Corpus ovato-oblongum, alepidotum, cute crassâ versicolora vestitum et undique maculis guttatis rubris dense conspersum. Iris ex flavo rubescit. Os amplum. Dentes exigui, acutissimi, præter binos maiores in maxilla supera prominentes. Caput rubellum. Dorsum ex rubro saturate fuscum; latera viderescentia. Venter albus. P. D. composita, inæquabilis. P. P. inferae, longæ, rotundatae, guttatae, capiti concolores. P. A. composita, duobus aculeis brevibus, crassis ante armata. Cauda lata parum rotundata, nigro marginata. Habitat circa insulas Bahamenfes.

## ADDITIONAL.

*Rooden Jacob Evertzen Valentini Ind. vet. & nov. III.*  
p. 392. fig. 146.

*Pira-Pixanga, Belgis Gatvisch. Marcgr. brasili. p. 152.*  
*Raji syn. pist. 139.*

Dentes minuti, acutissimi. Oculi magni. Pupilla colore turcoidis, iride nigra, aureo & sanguineo mixta. Opercula pone triangula, monocantha. P. D. longitudinalis, ante spinis 11 & pone radiis muticis longioribus composita. P. P. subrotundæ, carnosæ. P. V. angustæ, spina unica firmatæ. P. A. mediocre una spina prædita. P. C. rotundata. Squamæ parvæ, glabré. Color totius piscis gilvus, maculis guttatis, sanguineis, copiosis varius. Pinnæ omnes similiter guttatæ margine extremitate obscurè rufescunt.

Holocentrus, *punctatus*, aculeis dorsalibus undecim.  
*Bloch. N. A. F. IV. 58. tab. 38.*

*Varietas.*

$\alpha.$  PERCA, *manca*, pinnis dorsalibus unitis; pictoralibus carens, corpore plumbeo, guttis amplis subrubris undique consperso; cauda rotundata. *W.*

Percis pinnis 4, in dorsalí posterioribus radiis altioribus, postbranchialibus carens; duabus ventralibus, quæ proximæ sunt branchiis; una post anum, spinis duabus membrana conjunctis, 11 in anteriore dorsi parte. Ad tactum glabra; ore ultro oculos inciso; iride flavicante. Lamina branchiostega angulosa in triangulum desinente. Maculis amplis rotundatis super toto corpore, omnibusque pinnis, plumbi coloris; ex lateritio vel sanguineo emortuo variegata. *Kleinii Miss. V. 43.* tab. 8. fig. 3.

$\beta.$  PERCA, *Stellio*, pinnis dorsalibus unitis; maculis fuscis ocellatis circulo, albo punctato pentagono undique picta, cauda rotundata, maculosa. *W.*

Perca tota maculis fuscis & punctis albis varia; pinna dorsi aculeorum undecim. *Sebae thes. III. tab. 27. fig. 7.* Vide descriptionem in *Mantissa I.*

55. PERCA, *punctata*, pinnis dorsalibus unitis, cauda integræ; corpore cæruleo punctato. *L. S. N. 485.*

## ADDITAMENTUM.

*Perca marina punctulata. The Negro-fish. Catesby*  
II. tab. 7.

Color fuscus, maculis exiguis cæruleis confertim undique conspersus. Iris aurea ad rubrum vergens. Dentes acuti, unisériati. P. D. et A. compositæ, semilongitudinales. P. C. rotundata.

*Bodianus, guttatus, dentibus 4 conicis; aculeis tribus ad operculum. Der Jacob Evertzen. Bloch. N. A. F. IV. 36. tab. 224. Br. 5. D.  $\frac{2}{5}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.*

*Varietas.*

*α. PERCA, maculosa, maxilla inferiore longiore; pinna dorsi aculeorum novem. Sebae thes. III. tab. 27. fig. 6. D.  $\frac{2}{5}$ . P. 18. V. 6. A.  $\frac{3}{3}$ . C. 17. Vide Mantissam I.*

*The dotted Perch. Pennant. art. zool. suppl. 127.*

Cauda integra. P. D. subdistinctæ. Corpus lineis nigris punctatis notatum. Caput argenteum.

*β. Cugupu-Guacu, Lusitanis Meros, Belgis Jacob Evertzen. Marcgrav. bras. 169.*

Corpus oblongum grande sex pedum longitudine, microlepidotum. Caput et os magnum, edentulum. Pupilla nigricans. Iris flava. Opercula in triangulum desinunt. Pinnae 5 habet. P. D. una semilongitudinalis, composita P. P. infinitæ. P. C. quadrata. Color cinereus cum umbra mixtus, versus dorsum saturatior. Venter albicat. Pinnae omnes dilute bruneæ. Per totum caput, dorsum pinnae pectorales maculae parvae nigræ, exiguae sive puncta frequentissima, dispersa. Venter et reliquæ pinnae punctis his carent.

*γ. PERCA, melanura, pinnis dorsalibus unitis; cauda bifida, nigra, margine albo; corpore lineis luteis L. S. N. 486.*

*Perca marina cauda nigra. The Blacktail, Catesby II, tab. 7. fig. 2.*

Corpus ad dorsum nigrescit, sed ventrem versus lucidius, simplices squamarum flavarum habet series longitudinales. Os atque dentes ori & dentibus Percæ communis similes. Iris saturata cinerea. P. D. composita post medium finuosa, semi-longi-

## ADDITIONAL.

*longitudinalis.* P. A. ante spina una firmatur. P. C. nigra valde bifurca, margine late albo inclusa.

57. PERCA, *stigma*, pinnis dorsalibus ramentacea; operculis inustis L. S. N. 487. D.  $\frac{1}{2} \frac{8}{7}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{1}{15}$ . C. 17. Habitat in India.

58. PERCA, *septatrix*, pinnis dorsalibus unitis; cauda bifurca, postice rubra; abdomine luteo, griseo lineato. L. S. N. 486.

Perca marina *septatrix*. *The Rudder-Fish.* Catesby. II. tab. 8. fig. 2.

Corpus parvum, ovato-oblongum, parte superiore fuscum, flavo maculatum; inferiore lineis flavis & albis alternis longitudinalibus ornatum. Oculi et opercula ex albo, rubro & flavo varia. P. D. & A. semi longitudinales, compositæ. P. C. fissa, extremitate rubet. Habitat in mare Atlantico ubi naves sectatur, & gubernaculis adhæret.

59. PERCA, *rufa*, pinnis dorsalibus, distinctis, secunda altissima, lanceolata; cauda forficata. W.

Perca marina *rubra*. *The Squirrel.* Catesby II. tab. 3. fig. 2.

Corpus pedale, oblongum, pone lineare, squamofum. Caput mediocre, a vertice declive, superne squamosum. Opercula pone monocantha. Oculi magni, iride flava. Os parvum. Dentes exigui ut in Perca fluviatili. P. D. anterior semilongitudinalis, spinosa; posterior molli, altissima, angusta, acuminata: P. P. inferæ, acutæ ascendentes. P. V. thoracicæ, acutæ, duplo longiores pectoralibus: P. A. parva, obtusa, duobus aculeis ante armata. P. C. angusta; forficata. Color omnino ruber, sub ventre & in operculis posterioribus pallidior.

60. PERCA, *Tysonis*, pinnis dorsalibus subunitis; cauda rotundata, corpore ovato; fasciis 6 transversis nigris. *Philos. Transact.* Vol. 61. p. 247.

61. PERCA, *apoda*. *Forsteri.* Catal. of. anim. 21.

Perca marina, pinnis branchialibus carens. *The Schoolmaster.* Catesby II. tab. 4. fig. 2.

Corpus oblongum, pedale, macrolepidotum, superne ex fusco-fulvium, inferne pallescens. Oculi magni, ovati, iride

## ADDITAMENTUM.

de flava. Squamæ magnæ ad oram fulvæ. Finnæ obscure flavæ. P. D. composita post aculeos sinuosa P. P. carent. P. A. tribus aculeis & pluribus muticis composita. P. C. bifurca. Habitat in Bahama.

*The apodal Perch Pennant. arct. zool. suppl. 132.*

62. PERCA? *Jagonis*, atra, pinna dorsali semi longitudinali; cauda bifurca. *W.*

*The Black-Fish. Borlase Cornwall. 271. tab. 26. fig. 8.*  
*Pennant. br. zool. III. 260.*

Corpus glabrum, microlepidotum, 15 uncias longum, &  $\frac{3}{4}$  unc. latum. Caput & rostrum ut in trutta. Oculi magni, lucidi. Dentes minimi. P. D. unica semilongitudinalis. P. C. bifurca. P. V. thoracicæ. Linea lateralis leviter curvato recta, dorso propior.

Perca, *nigra*, squamis minutissimis vestita. *Gmelini L. S. N. 1321.*

63. PERCA, *unicolor*, pinnis dorsalibus unitis; corpore subfuscō; macula super caudam aterrima & aliaque fusca ante nares notato. *W.*

Perca unicolor, maxilla inferiore longiore; macula nigra ad basin caudæ. *Sebæ thes. III. tab. 27. fig. 10.* D.  $\frac{10}{25}$ . P. 13. V. 6. A.  $\frac{3}{14}$ . C. . . . Vide *Mantissam I.*

64. PERCA, *bifasciata*, pinnis dorsalibus unitis membrana branchiali triradiata, cauda integra. *W.*

Percis pinnæ dorsalis radiis undecim spinosis, quatuordecim mollieribus; fasciis duabus latis, albicantibus. *Kœlreuter in Nov. Comment. Petrop. Tom. X. 340.* Br. 3. D.  $\frac{11}{25}$ . P. 10. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 14. C. 18.

Dorsum monopterygium. Opercula squamosa, pone duabus spinarum inter se divergentium seriebus armata. Cauda indivisa. Longitudo  $3\frac{1}{2}$  unciarum.

65. PERCA, *tigrina*, albescens, fasciis imperfectis et guttis nigricantibus varia; pinnis dorsalibus unitis; cum cauda truncata guttatis. *W.*

## ADDITAMENTUM.

*Perca* maxilla inferiore longiore; tota maculis & lineis transversis varia *Sebæ thes.* III. tab. 27. fig. 15. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 13. V. .... A.  $\frac{3}{10}$ . C. .... Vide *Mantissam I.*

Prochilus capite producto; pinnis ani, dorsi caudæque maculatis; branchialibus oblongis, albis; reliquo toto corpore ad lyncis instar maculatus & fasciatus. *Kleinii Miss.* V. 60. tab. 12. fig. 4.

*Perca* dorso monopterygio; capite mutico squamoso; operculis monocanthis, squamosis; cauda truncata. *Gronov. zooph.* p. 91. Habitat in Indiis.

*Holocentrus tigrinus*, pinna caudæ lunata. *Der getigerte Sogo.* *Bloch. N. A. F.* IV. p. 77. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 15.

66. PERCA, *tentiginosa*, pinnis dorsalibus distinctis; sordide albens, supra lineam lateralem e nigricantibus maculis nebulosus; capite guttato.

*Perca* maxillis æqualibus capite maculofo; cauda æquali *Sebæ thes.* III. tab. 27. fig. 12. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ , 12. P. 14. V. 6. A.  $\frac{3}{10}$ . C. 16. Vide *Mantissam I.*

67. PERCA, *tessellata*, teres, albescens; fasciis fuscis, dimidiatis, alternatim ad lineam lateralem oppositis, cauda æquali, guttata. *W.*

*Perca* oblonga, teres lineis utrinque 8 transversis, fuscis. *Sebæ thes.* III. tab. 27. fig. 16. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{6}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{1}{10}$ . C. 17. Vide *Mantissam I.*

68. PERCA, *septemfasciata*, pinnis dorsalibus subunitis; anteriore spinis 12 instructa; cauda parum bifurca. *W.*

*Perca* maxilla inferiore longiore; albescens cum lineis transversis obscuriobus. *Sebæ thes.* III. tab. 27. fig. 14. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 16. V. 6. A.  $\frac{3}{10}$ . C. .... Vide *Mantissam I.*

69. PERCA, *Dorso*, gilvus fasciis duabus subnigris; macrocephalus, pinnis dorsalibus unitis pone longe protensis cauda bifurca. *W.*

*Perca* maxillis æqualibus; lineis utrinque duabus transversis, nigricantibus. *Sebæ thes.* III. tab. 27. fig. 11. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{7}$ . P. .... V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. .... Vide *Mantissam I.*

## ADDITIONAL.

70. PERCA, *trifasciata*, pinnis dorsalibus unitis, fasciis 3 albicantibus, cauda integra. *W.*

Percis fasciis tribus albicantibus; osse malæ utrinque in duas spinas, unam longam, alteram brevem producto. *Kœlreuteri* in *Nov. Comm. Petrop.* X. 346. D.  $\frac{2}{27}$ . P.  $\frac{1}{2}$ . V.  $\frac{6}{27}$ . A.  $\frac{2}{27}$ .

Dorsum monopterygium. Cauda indivisa; longitudine  $4\frac{1}{2}$  unciam.

71. PERCA, *Callyodon*, maxilla inferiore, longiore lineis longitudinalibus varia; pinna dorsi aculeorum undecim. *Sebae thes.* III. tab. 27. fig. 8. D.  $\frac{1}{2}$ . P. .... V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{6}$ . C.... Vide *Mantissem* I.

*Callyodon* capite subacuto, caudæ ambitu rotundato. *Gronov. zooph.* n. 244. *Mus. ichth.* II. n. 156. tab. 7. fig. 4.

72. PERCA, *reticulata*, albescens fasciis vittisque fulcis; macula atra super extremam caudam, atque circulo nigro punctato circa orbitam insignita. *W.*

Perca maxilla inferiore longiore transversim lineata macula nigerrima ad caudam. *Sebae thes.* III. tab. 27. fig. 9. D.  $\frac{1}{2}$ . P. .... V. 6. A.  $\frac{3}{2}$ . C....

73. PERCA, *aculeata*. *Osbeckii* in *Nov. Act. N. C.* tom. IV. 103. D. 8, 16. P. 13. V. 6. A. 16. C. 12.

Pinnae pectorales longissimae. *Rutilus magnus*. Aculei circa rostrum & oculos.

74. PERCA, *ringens*, *Osbeckii* in *Nov. Act. N. C.* tom. IV. 103. Br. 7 vel 8. D. 10, 36. V. 15. P. 7. A. 36. C. 27.

Caput ferme quadratum. Dentibus conspicuis, alternis longioribus.

75. PERCA, *dubia*, *Osbeckii* in *Nov. Act. N. C.* tom. IV. 103. Br. 5. D. 23. P. 14. V. 6. A. 13. C. 26.

Caput tuberculatum, parvis dentibus. Dentes maxillares primores parvi variorum ordinum acuti; posteriores margaritiformes duorum ordinum. Oculi magni. P. C. bifurca. Color albus. Facies Percae fluviatilis. (Prope Sparum Spinius forsitan ponenda.)

## XXXI. TRACHINUS.

*Membrana Branchiofuga....*

*Aculeus unicus vel plures ad superiorem angulum operculorum branchiarum. Tubercula subaspera in capite.*

*Oculi sibi vicini in supraem capitis parte. Pinnæ in dorso duæ: anterior admodum brevis. Appendices Pylori 8. 10. & 12. (\*)* Appendi- pag. 42.

Yy 2

I. TRA-

## ADDITAMENTUM.

(\*) *Character generis Trachini.*

**LINNÆI:** Caput minus, laeve, compressum. Membrana branchialis rad. 6. Operculorum lamina inferiore ferrata. Anus prope pectus. S. N. 435.

**GOUANI:** Corpus cathetoplateum sublanceolatum; microlepidotum. Caput parvum, compressum, squamosum, ante oculos aculeatum, nucha utrinque ferrata. Maxillæ extactiles; superior brevior, aculeo ad limbum armatae. Dentes conferti acuti, subarcuati, similes. Oculi magni, marginales. Opercula squamosa, superne spinosa, pone membranacea. Membrana branch. sex radiata. Linea lateralis supraea, dorso paralela. Anus prope pectus. P. V. jugulares. P. D. binæ.

**GRONOVII:** Corpus cathetoplateum, oblongum, teres. Linea later. recta, dorso paralela, & propior. Anus capiti proximus. Dorsum ad lateræ pinnæ osseum, acutum. Caput cathetoplateum, breve. Os terminale. Opercula valida, cuspide aucta, & postice in angulum imitcum abeuntia. Oculi ori approximati, summi. Dentes parvi acuti. Membrana branch. ossiculis sex. P. D. binæ, priore parva, et aculeata; altera linearis, longitudinalis. P. V. sub juncturis branchiarum sitæ, quarum ossicula priora aculeata. P. A. linearis, ab ano ad caudam petens zooph. 80.

**BLOCHI:** Corpus, elongatum, compressum; Squamis minutis, deciduis: pinnis 8. Dorsum rectum. Linea lateralis recta, Anus prope pectus.

1. TRACHINUS *maxilla inferiore longiore, cirris destituta.**Syn. 70.*

*Draco* ♂ *Araneus marinus* *Auctiorum.* *Trascina Salviani.*  
*Viver Gallis.* *Weever Anglis.* *Färsing* ♂ *Fiärsing* *Suecic*  
 & *Danis.* *Pesce Ragno Ital.*

Corpus ad latera compressum. Linea lateralis recta.  
 Iris aurea. Aculeus utrinque validus, superne ad opercula branchiarum. Cauda vix bifurca.

Pinna dorsi 1<sup>a</sup>. aculeorum 5 venenatorum. 2<sup>a</sup>. ossiculorum 31. Pectorales 16, quorum 3 ramosa. Ani 32. Appendices pylori 8. (a)

## 2. TRA-

## ADDITAMENTUM.

(a) *Trachinus, Draco L. S. N. 435.* P. D & A. multum ferratae.

*Trachinus Draco maxilla inferiore longiore, radiis quinque in pinna dorsali prima.* *Das Petermännchen.* *Bloch. N. F. D. II. 131. tab. 61. Br. 6. D.  $\frac{5}{2}$ , 24. P. 16. V. 6. A. 25. C. 15.*

Caput mediocre. Riclus amplus, ascendens. Dentes acuti. Lingua acuta. Maxilla inferior longior. Oculi supremi, rostro extremo vicini sulco separati: Pupilla nigra. Iris flava, nigro punctata. Opercula spina magna armata. Corpus elongatum, compressum squamis parvis, deciduis vestitum. Dorsum rectum fulvum. Latera sub linea laterali recta, uti abdomen, argentea, lineis subfuscis obliquis ornata. Pinna dorsalis prima nigra distincta, spinis 5 horrida. P. D. secunda & analis fere longitudinales aequales. P. C. truncata & transversim lineata. Anus prope pectus. Longitudo fere pedalium.

*The common Weever.* *Pennant br. zool. III. 169. tab. 28.*

P. D. prima, nigra 5 spinis armata in sulco reponitur. P. P. lata & angulata. P. C. leviter excavata. Latera duobus aut tribus lineis longitudinalibus sordide flavis, et multis transversalibus ornata. Abdomen argenteum.

*La Vive ou Dragon de mer.* *Ascanii icon.* tab. 7. Br. 6. D.  $\frac{5}{2}$ ; 31. P. 16. V. 6. C. 16.

2. TRACHINUS *cirris multis in maxilla inferiore.* Art.

Syn. 71.

*Uranoscopus* & *Callionymus Auditorum.*

Corpus subteres: facies plana. Iris aurea.

Maxilla inferior sursum producta. Os validum, sub lingua in tres spinas divisum.

Caput et opercula branchiarum tuberculis et aculeis munita.

Yy 3

Pinna

## ADDITAMENTUM.

Varietates.

*α.* *The greater Weewer.* Pennant br. zool. III. p. 171.  
tab. 29. et Itin. Scot. D.  $\frac{4}{5}$ . P. 13. V. 6. A... C...

Corpus totum 11 uncias longum et  $1\frac{3}{4}$  unc. latum. Caput planum minutis tuberculis plenum. Malæ & opercula microlepidota. Spina acuta in operculis. Maxillæ denticulis scabré, infera longior. P. D. prima nigra, secunda fere longitudinalis uti analis. P. C. magna triangularis, pone æqualis. Squamæ obliquis lineis, a dorso ad abdomen vergentibus, seperatis dispositæ.

*β.* Trachinus *Draco*, capitis lateribus compressis; vertice scabro, depresso; ano capiti vicino. Massiliensis Araujo aliis *Viver.* Brünnich ichth. 19. Br. 6. D.  $\frac{6}{5}$ , 30. P. 16. V. 6. A. 32. C. 12.

Corpus elongatum, angustum, subcompressum. Caput minus lave; vertice depresso, scabro, lateribus compressis. Operculum spina, caudam spectante, armatum. Ante oculos spinæ 2. Maxilla superior utrinque spina parva, supra inferiorem mandibulam extensa, instruitur. P. D. antica spinosa, maxima ex parte nigra, cohæret ope membranulæ cum postica mutica. Iris rubina. Corpus albidum, dorsum et latera dimidia annulis oblongis, ovatisque magnis, fuscis depicta, punctis quoque innumeris concoloribus irrorata. Longitudo pedis & ultra, antecedente quoque latior.

Araneus sive Draconis marini altera species. Willugby 289  
tab. S. 10, fig. 2.

Pinna dorsi 1<sup>a</sup>. aculeorum 3. 2<sup>a</sup>. 14. Pectorales 16.  
Ventrales 5. Ani 13.  
Appendices pylori 12. Intestinum semel reflexum. (b)

### *XXXII. TRIGLA.*

*Membrana branchiofuga ossicula ... utrinque continet.*  
*Caput à summo vertice ad os admodum declive,*  
*grande, quadratum quasi, plerumque aculeatum.*  
*Corpus a capite sensim in caudam angustissimam*  
*tenuatur.*

*Appendices* duæ vel tres articulatæ in multis specie-  
bus hujus generis, pinnis pectoralibus subnexæ.

*Oculi* ad summum capitum siti; cuticula tecti. *Pinnæ*  
in dorso duæ, anterior aculeata. *Pinnæ* pectora-  
les in quibusdam amplissimæ sunt. Multi horum  
piscium stridorem aliquem edunt, et quidam illo-  
rum ope pinnarum pectoralium supra superficiem  
aqueæ volant.

*Appendices* Pylori. 4. 5. 6. 9. 10. 18. 20. &c. (\*).

*Rostro*

#### *ADDITAMENTUM.*

(b) *Trachinus.* maxilla inferiore longiore cirris destitu-  
ta. Belgis *Pietermann.* *Joh. Fr. Grenovii* in *actis Upsal.* 1742.  
p. 95. ubi copiosa descriptio hujus piscis exstat. Br. 6. D.  $\frac{5}{6}$ ,  
30. P. 16. P. 6. A. 30. C. 12.

2. *Uranoscopus, scaber.* *L. S. N.* 434. Vide in sequen-  
tibus Nova genera Linnæi.

*Species adhuc dubia.*

3. *TRACHINUS? trigloides.* *Osbeckii* in *Nov. Act. N. C.*  
tom. IV. 102. Br. 6. D. 4, 14. P. . V.... A.... C. 12.

Corpus albo-cinereum. Venter albus. Caput verru-  
cum, uti squali majoris cutis. Oculi parvi, summi, vicini.  
P. D. prima, minima nigra, P. C. cuneiformis. Appendices ad  
P. P. uno aculeo utrinque constant.

(\*) *Character generis Triglae.*

**LINNÆI:** Caput loricatum, lineis scabris. Membrana  
branch. radiis 7. Digihi liberi ad pinas pectorales. *S. N.* 496.

*FOR-*

*Rostro obtuso seu continuo ac indiviso.*

1. **TRIGLA capite glabro, cirris geminis in maxilla inferiore.**  
*Art. Syn. 71.*

*Mullus & mullus barbatus Auctorum.* *Trigla Græcorum.*  
Squamæ amplæ, facile deciduæ. Denticuli in maxil-  
lis, palato & faucibus. Color corporis flavicans.  
Pinna dorsi 1<sup>a</sup>. aculeorum 7: 1<sup>m</sup>, altissimum. 2<sup>a</sup>. 9 ra-  
mosorum. Pectorales 16. Ventrals eadem a summo  
rostro distantia, officulorum 6 ramosorum. Ani 7.  
Cauda bifurca, officulorum 17. Appendices pylori  
26. Locus Italia. (a)

2. **TRIGLA capite glabro, lineis utrinque quatuor, luteis,  
longitudinalibus, parallelis.** *Art. syn. 72.*

*Mullus major, noster & Salviani.* *Will. pag. 285.* *Ray  
pag. 91.*  
*Surmullet Cornubiensibus.*

Pinnæ omnes & cauda ex colore flavo & miniato  
pictæ. Iris miniata. Longitudo 12 ad 14 unciam rum.  
Pinna dorsi 2<sup>da</sup>. officulorum 8. Appendices pylori 18.  
Locus: Mare mediterraneum & Oceanus ad Cornu-  
biam.

#### ADDITAMENTUM.

**FORSTERI:** Corpus conicum. Caput loricatum, ra-  
diatum. Digihi liberi ad pinnas pectorales. *Enchiridion  
h. n. 85.*

**PENNANTI:** Rostrum declive. Caput loricatum. Mem-  
brana branch. radiis 6. Appendices tenues ad basin pinnarum  
pectoralium. *Br. zool. III. 276.*

**BLOCHII:** Appendices articulati ad pinnas.

#### Observatio.

Membranam branchioflegam septem radiatam in omni-  
bus speciebus constantem esse invenimus. *Brünnich ichthyol.*  
p. 74.

(a) 1. *Mullus, barbatus, cirris geminis; corpore rubro.*  
*L. S. N. 495.* Vide nova genera Linnæi.

biam. Cirros duos habet ut (1) *Salvianus* fol. 235.  
*& 236. (b)*

3. *TRIGLA capite glabro, tota rubens, cirris carens.* Art.  
*Syn. 72.*

*Mullus imberbis, sive Rex Mullorum.* Will. 286.

*Re di Triglia Melitensis.*

Ventricosus est. Iris aurea. Squamæ amplæ, rubentes. Denticuli in maxillis & palato. Lingua glabra. Os amplissimum.

Pinna dorsi 1<sup>a</sup>. aculeorum 6: 2<sup>m</sup> altissimum. 2<sup>a</sup>. officularum 10: 1<sup>m</sup>. aculeatum. Pectorales 12. Ventrals 6: quorum 1<sup>m</sup>. aculeatum. Ani 10, quorum 2 prima aculeata. Cauda parum bifurca, officularum 20 circiter. Appendices pylori 4 tantum. Vesica aerea simplex. Locus: Valettæ in insula Melita frequens. (c)

*Capitibus aculeatis.*

4. *TRIGLA capite parum aculeato, pinnula singulari ad pinas pectorales.* Art. syn. 73.

*Milvus Bellonii, Salviani, Aldr: Will. Ray. p. 89.*

*Hirundo Rondel & Gesneri. Rondine Romæ. Falcone in Sicilia & Melita.*

Officula utrinque sex in Membrana branchiostega, sed 4 tantum externe videntur. Crusta capitis in duas prælongas spinas, dorso incumbentes, definit. Squamæ duræ & asperæ, in medio eminentes. Opercula branchiarum in spinam longam & acutam definunt.

Pinna dorsi 1<sup>a</sup>. officularum 5. 2 8. Ani 6. Pectorales 27 ad 28 longissimorum, membrana maculosa. Ventrals in medio ventre longæ, officularum

---

*ADDITIONALMEN.*

(b) 2. *Mullus, surmuletus, cirris geminis; lineis luteis longitudinalibus.* L. S. N. 496.

(c) 3. *Mullus, imberbis.* L. S. N. Vide nova genera.

rum 5. spina brevis in medio dorso. Cauda bifurca, squamæ duæ majores ad basin.

Pinna singularis officulorum 6, juxta pinnas pectorales, quibus humili membrana adnectitur. N. ossa pinnarum omnium indivisa.

Volat supra aquas ad 4 cubitos. Locus quicunque ad mare mediterraneum, &c. (d)

## 5. TRI-

## ADDITAMENTUM.

(d) 4. *Trigla, volitans*, digitis vicenis, membrana palmatis. L. S. N. 498.

*Trigla* pinna singulari; pinnis pectoralibus, corporis longitudinem subæquantibus, subnexa. *Gronov. zooph.* n. 285. *Mus. ichth.* n. 102. Br. 6. D. 6, 8. P. 6, 19. V. 5. A. 6. C. 18.

Corpus parum compressum, teres, pone autem fere quadratum gracilescit. Caput plagioplateum, quadratum, ad oculos subconvexum, loricatum, cælatum, pone duabus magnis spinis bifurcum. Os mediocre. Labium superius bifidum. Maxilla superior multo longior inferiore. Dentes obtusi, inæquales, conferti. Orbitæ ingentes, laterales. Aperituræ branchiarum laterales, inferne clausæ. Anus in medio ventre. Pinnæ 8 officulis simplicibus apice eminentibus instructæ. P. D. prima 6 officuloruī, quorum duo priora superne libera, ad basin membrana humili conjuncta et a sequentibus 4 unitis separata sunt. P. D. posterior 8 radiata. Ante hanc spina brevissima ad basin latissima. P. P. infimæ, alis membrana humili nexæ. Ala prope utramque pinnam pectoralem longa ultra dimidiā corporis extensa, fere triquetra, plicatilis, officulis 19 crescentibus et decrescentibus itemque membrana tenui maculata constructa. P. C. bifurca. Ad basin caudæ utrinque duae squamulae apicibus aculeatis, semiunciam longæ, et sesquilineam latae existunt. Squamae duræ in dorso et lateribus elypticae; in his magis in illo minus tuberculatae et asperæ. Ex his angulosæ lineæ, longitudinem corporis percurrentes formantur. Squamae in ventre planæ. Lon-

5. TRIGLA capite aculeato, appendicibus utrinque tribus ad pinnas pectorales. Art. Syn. 73  
*Hirundo*, Aldrov. *Fonst. Will. Ray.* p. 88.  
*The Tub-fish. Cornubienibus.*

Squamæ exiguae, glabré. Orbitæ oculorum & margo maxillæ superioris aculeata. Color ex rubro. albicante & virescente varius.

*pag. 45.* Lamina ossea capitis retrorsum bicornis est, utroque cornu in spinam acutam producto.

Squama supra pinnas pectorales cum aculeo valido.  
 Linea lateralis non bifurca ad caudam.

Pinna dorfi 1<sup>a</sup>. officularum 9. 2<sup>da</sup>. 18 indivisorum.  
 Pectorales 10. admodum ramosorum. Ventrals 6, 1<sup>m</sup>. aculeatum. Ani prælonga officularum 19. Cauda pa-rum bifurca officularum 10.

Aculei 25 ad fulcum medio Dorso insculptum.  
 Vesica aerea in 3 veluti lobos divisa.

Locus:

#### ADDITIONALMEN-TUM.

gitudo pedalis. Color in dorso et lateribus subfuscus; in ventre plano albus. Inhabitat mare mediterraneum et atlanticum.

Milvus. *Willugby* 283. Ubi accurata descriptio, et imago optima e Salviano mutuata invenitur.

#### Varietas.

TRIGLA, *tentabunda*, digitis longissimis, membrana unitis; tentaculis duobus oocularibus & una gulari. *W.*

Cataphractus osseis squamis hispide loricatus; ventre fer-rato. Octo aculeis validis in unicam pinnam dorsalem dispo-situm. Præter pinnas laterales aliis duabus longis amplisque πλευρώδης, alarum species gerens & ὄμοιπλευρα simul volans. Cauda retro bifurca, et amplum finum describente. Appen-dices 3 habet membranaceas, quarum binæ pone oculos tertia a gula dependet. *Kleini Mif. IV.* 44. tab. 14. fig. 1.

*Locus:* mare mediterraneum & Oceanus. (e)

*Rostro parum bifurco.*

Zzz 6. TRIG-

### ADDITAMENTUM.

(e) 5. *Trigla, Hirundo*, digitis ternis; linea laterali aculeata. L. S. N. 497. Suecic *Knorrhane*. Fauna Svecica. p. 120. D.  $\frac{7}{7}$ , 19. P. 9. V. 6. A. 18. C. 10.

Caput quadratum, cinereum, punctis scabris varie striatum. Labium superius emarginatum, superne glabrum, utrinque aculeis tribus armatum; anticus horum longior. Orbita superne deliquescentes. Iris cæsia. Cirri intra pinnas pectorales & ventrales 3 truncati, æquales, articulati, inferioribus brevioribus. Cum a corpore removentur, incurvantur. Abdomen argenteum. Dorsum cinereum. Latera infra lineam longitudinalem, maculis parvis, albicantibus et obsolete cæruleoscentibus adspersum; supra lineam vero punctis s. maculis, albis, virescentibus. Linea lateralis punctis osseis prominentibus exasperata albida. Membrana branch. 7 radiis. P. P. nigrae.

*Trigla, Hirundo*, pinnis pectoralibus latis. Die Seeschwalbe, Bloch N. F. D. II. 126. tab. 60. Br. 7. D.  $\frac{8}{8}$ , 15. P. 10. V. 6. A. 14. C. 16.

Caput magnum ante et pone spinis brevibus terminatum. Pupilla nigra. Iris argentea ad rubrum vergens. Truncus microlepidotus, in dorso & lateribus fuscus, violaceo mixtus, in abdomine argenteus. Linea lateralis & suturæ asperæ ad dorsum angustæ. P. P. longitudine & latitudine æquali, violaceæ ad pinnum dorsalem secundam extensæ, radiis uti in P. V. quadrifidis. P. C. subfusca & parum excavata, radiis multifidis. Reliquæ P. albidæ radios simplices, molles continent præter P. D. primam spinosam. Habitat in mari germanico & baltico.

### Varietas.

*The sappirine Gurnard.* Pennant br. zool. III. 380.

Pupilla viridis. Spinæ duæ parvæ ad angulum oculorum internum. P. P. prælongæ & latæ, pallide virides saturate cæruleo marginatæ & maculatæ. P. D. inter duas series spinarum, ferr-

6. TRIGLA *rostro parum bifido, linea laterali ad caudam bifurca.* Art. Syn. 73.

*Lucerna Venetorum, ♂ Milvus Rondeletii, Cuculus Salviani fol. 190. 191.*

Superiori admodum similis, nam squamæ glabræ: aculei 25 ad fulcum dorsi: appendices articulatæ 3, &c. sed Linea lateralis, cædam versus, in duos ramos divisa. Latera aliquantum rubra.

Pinna dorsi 1<sup>a</sup>. aculeorum 10. 2<sup>da</sup> 17. Pectorales 10.

Ventrales 6. Ani 15. (f)

*Rostro bifurco ♂ saepe in aculeos duos, latos protenso.*

7. TRIGLA *tota rubens; rostro parum bicorni; operculis branchiarum striatis.* Art. Syn. 74.

*Cuculus Aldr. Rondel. Gesner. Will. Ray p. 89.*

*Cuculus Lyræ species. Schonev. p. 32. Lyra. Charltoni pag. 139.*

*Capo forte. P. Jovii. The Red Gurnard Cornubiensibus. or Rotchet Anglis. Sehehanen Hilliglandis. Hunchem Belgis & Gallis.*

Oper-

#### ADDITIONALMEN TUM.

serratarum locatae. Dorsum subviride Latera rubello tincta. Abdomen album. Linea lateralis aspera. Habitat circa Anglia.

(f) 6. Trigla, *Lucerna*, digitis ternis; rostro subbifido; linea laterali ad caudam bifida. *L. S. N.* 497.

Trigla dorso ad pinna carinato, scabro; linea laterali lœvi, in cauda truncata bifida; pinnis pectoralibus amplis nigris. Belgis Zeehaan vel Knorrhaan. *Gronov. zooph.* n. 284. *Mus. ichth.* n. 100. D.  $\frac{2}{3}$ , 16. P. 10, 3. V. 6. A. 15. C. 15.

Linea lateralis recta, dorso proxima, in P. C. bifida. Sulcus in dorso marginibus osseis dentatis. P. P. magnæ nigræ. Digi 3 articulati, soluti. P. V. magnæ, cæbrae, thoracicae. P. C. magna, rubra, æqualis. Habitat in mari septentrionali.

Opercula branchiarum velut striata vel cælata, tribus utrinque aculeis, duo simul ex parte inferiore, & unus utrinque major superius.

Rostrum in duos aculeos breves definit: Schoneveldius.

Grunnit suis more, vel canit ut cuculus.

Littoralis est & pelagicus. (g)

Zz 3

8. TRIG-

#### ADDITAMENTUM.

(g) 7. *Trigla, Cuculus*, digitis ternis; linea laterali mutico. L. S. N. 497. Mus. Ad. Fr. II. 93. Br. 7. D.  $\frac{8}{3}$ , 17. P. 11, 3. V.  $\frac{1}{2}$ . A. 15. C. 14.

Caput postice spina terminatum, uti thorax ad latera. Aculei 2 ante et post oculos a latere superiore. Labium superius antice bilobum, obtusum, rotundatum, margine denticulatum. Linea lateralis non scabra. Lacuna pro pinna dorsi utrinque denticulata. P. D. prior, margine nigricante. P. P. nigrae. P. C. vix bifida. Habitat in mari mediterraneo. Dicitur *Rubio*.

*Trigla, Cuculus*, corpore rubro; macula nigra in pinna dorsali prima. *Der rothe Seehahn.* Bloch N. F. D. II. 124. tab. 59. Br. 7. D. 10, 18. P. 10. V. 6. A. 12. C. 15.

Corpus lanceolatum, ovato-compressum. Caput & rictus modica. In extremitate maxillæ superioris emarginatæ spinæ per breves utrinque 4. Iris argentea. Pupilla nigra. Truncus microlepidotus ad dorsum & latera rubro & albo punctatus, in abdomen argenteus. Linea lateralis recta, suprema, elevata, squamis latis, argenteis, nigro marginatis constat. P. P. & pinna caudæ bifurca, rubellæ. P. V. & ani albæ. P. D. prior alba ad basin aurantia & superne in medio marginis nigro maculata, posterior inferne alba & superne aurantia. Habitat in mari germanico.

*Trigla, Cuculus*, digitis ternis; linea laterali & radio dorsali primo laevi; pinnis pectoralibus nigris. Massiliensisibus *Golline* vel *Galinette*. Brünnich ichth. 77. Br. 7. D.  $\frac{8}{3}$ , 17. P. 11, 3. V.  $\frac{1}{2}$ . A. 11. C. 11.

Rostrum

pag. 46. 8. TRIGLA varia; rostro diacantho; aculeis geminis ad utrumque oculum. Art. syn. 74.  
*Gornatus seu Gurnardus Griseus.* Will. Ray. p. 88.

The

## ADDITAMENTUM.

Rostrum subbilobum. Iris alba. Corpus & pinnæ rubræ; sed P. P. præsertim subtus e fusco-virides, in margine exteriore cœruleæ. P. D. anticae radius primus antice lævis. P. C. lunata. Linea later. lævis, simplex. Longitudo pedis & ultra.

*The red Gurnard.* Penn. br. zool. III. 278. tab. 57. n. 138.

Similis est generatim Triglæ Hirundini. Sed in quibusdam differt. Opercula radiata. Spinæ sunt longiores & tenues. Rostrum utrinque diacanthum. Pinnae & corpus rubicundiora. Squamæ majores. Caput minus & angustius. P. P. purpureo marginatæ, breviores, nec pinnam analem attingunt. Linea later. admodum ferrata, sed summitas dorsi minus ferrata, quam in Hirundine. Cauda rubra maxime in extremitate. Macula nigra in pinna dorsali priore.

## Varietates.

α. *Trigla, Hirundo.* Mus. Ad. Fr. II. 93. Br. 6. D.  $\frac{7}{7}$ , 19. P. 10, 3. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 19. C. 11.

Caput occipite & operculis branchiarum desinit in spinam. Maxilla superior antice denticulata. Denticuli supra oculos. Ad basin thoracis pone branchias spina. Linea lateralis scabra. P. D. prior macula nigra in medio notata. P. C. bifurca. Habitat in India.

β. *Trigla, Hirundo,* digitis ternis; linea laterali spinosa; radio dorsali primo lævi; pinnis pectoralibus rubris. Mafiliensibus *Bolegar* vel *Belugar*. Briunich. ichth. 77. Br. 7. D.  $\frac{9}{9}$ , 18. P. 10, 3. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 19. C. 11.

Corpus, subteres; pone attenuatum. Caput osseum, scabrum, supra, uti dimidium superius trunci, rubrum, abdomen album. Labium superius duobus lobis, antice tridentatis divisum. Maxilla inferior subtus utrinque areolis tripunctatis perforata. Orbitæ margo antice 2 spinosus. Iris alba. P. D. prioris prima spina lævis & membrana ad spinam 4 & 5 apice

*The greij Gurnard Cornubiensibus. Willoughbejus putat hunc antea non descriptum esse, Charletonus tamen O. Z. p. m. 139. meminit piscis *Cuculi*, quem greij Gurnard appellat.*

Linea lateralis aspera & eminens. Lamina capitinis retrorsum bicornis. Squama ossea supra pinnas pectorales in aculeum validum, retrorsum definit.

Aculei rostri spinulis 4 ad 5. muniti. Denticuli ad fulcum dorsi fere ut in N°. 5. Spinæ geminæ in operculis branchiarum. Iris argentea. OS amplum.

Pinnæ pectorales minores, sed ossicula pinnarum dorsi & ani plura numero, quam in N°. 5 & 7. Vesica aërea bifida.

Locus Oceanus ad Cornubiam &c. (h)

## 9. TRIG-

### ADDITAMENTUM.

apice nigra. P. P et V. cum digitis subæquales. Linea lateralis aculeata sed levius & bifida in P. C. lunata excurrit. P. C & D. rubrae. P. P. pallide rubicundæ. P. A & V. albæ.

Varietates  $\alpha$  &  $\beta$  magis convenient cum Tr. Cuculo quam cum Tr. Hirundine, quainvis lineam lateralem scabram habent.

(h) 8. *Trigla, Gurnardus*, digitis ternis; dorso maculis nigris rubrisque. *L. S. N.* 497. D. 9, 18. P. 10. V. 6. A. 10. C. 15.

*Trigla Gurnardus*, lateribus nigris albisque punctatis; linea laterali lata aculeataque. *Der graue Seehahn. Bloch.* II. 121. tab. 58. Br. 7. D. 7, 19. P. 10. V. 6. A. 17. C. 9.

Corpus elongatum. Caput majus quam in aliis. Rostrum osseum emarginatum tribus aut 4 aculeis utrinque armatum. Rictus magnus. Dentes minuti, acuti in maxillis. Striae radiatae, argenteæ in genis rubicundulis. Operculum uti clavicula aculeo terminatur. Oculi magni. Iris argentea. Pupilla nigra. Inter oculos & nares sulcus. Squamæ in trunko parvæ, albidae, nigro marginatae. Linea lateralis e magnis, crassis, aculeatis, albis in medio nigris squamis constat. Dorsum nigrum

9. TRIGLA *rostro longo diacanthe, naribus tubulosis.* Art.  
*Syn. 74.*  
*Lyra Rondel. Gesuer. Aldr. Will. Ray p. 89.*  
*The Piper Cornubiensibus. Organie Genuæ.*

Acu-

## ADDITIONALIA.

gro alboque punctatum. Abdomen subruberum. P. P et C. subnigræ. P. V. albæ. P. D et A. cinereæ, rubello mixtæ. P. D. prior albido maculata. Habitat in mari germanico & baltico.

Trigla *Gurnardus*, digitis ternis; linea laterali pinnata; pinnis pectoralibus subtus nigris Massiliensisbus *Gurneau Brünnich, ichth. 74.* Br. 7. D.  $\frac{2}{3}$ , 18. P. 10, 3. V. 6. A. 17. C. 12.

Corpus subteres, attenuatum, rubrum. Caput osseum, striis radiatis, scabris. Frons excavata, antice declivis. Rostrum prominens, breve, supra convexum, infra planiusculum ante bilobatum, lobis prominentibus sex spinosis. Os magnum. Dentibus minutissimis. Oculi magni. Iris lutea, intus alba. Spinæ decumbentes in orbita. Operculum spina postice prolongatum. Clavicula scabra pone unispinosa. Nucha bispinosa. Fossula in dorso, inclusa utrinque margine spinoso. Radius primus in P. D. anteriore ferratus. P. P. acuminatæ, digitis vix longiores. Linea lateralis, laevis, pinnata, recta, in pinna caudæ bifurca. Anus medius. Squamæ in trunco parvæ, ciliatæ. Dorsum nigro maculatum, P. omnes, exceptis pectoralibus, rubræ. Longitudo pedis.

*The grey Gurnard. Pennant. br. zool. III. 276. tab. 54.*  
*D.  $\frac{8}{3}$ , 19. P. 10, 3. V.  $\frac{5}{3}$ . A. 19. C. . .*

Rostrum modice longum, declive, ante bifurcum & utrinque 3 brevibus spinis armatum. Oculi magni, supra quos duæ breves spinæ existunt. Synciput & opercula argentea, quorum ultima eleganter radiata sunt. Dentes minimi in maxillis, palato & basi linguæ. Spina longa, robusta in extremitate operculi, alioque supra pinnam pectoralem jacet. Sulcus dorsalis marginibus scabris sed non ferratis septus. P. P. transparentes pinnam analem non attingunt. P. C. bifurca. Linea lateralís

Aculeus magnus supra pinnus pectorales. Aculeus incurvus, brevis ad orbitas oculorum superius. Lamina capitis ossea ad occiput bicornis. Aculei 26 utrinque ad fulcum dorsi. Appendices articulatae tres utrinque. Puncta 70 in utroque latere.

Pinna Dorsi 1<sup>a</sup> aculeorum 10. 2<sup>da</sup>. ossiculorum 18. Pectorales 12. Ventrals 6, 1<sup>ma</sup> aculeatum. Oculi magni cutē tecti.

Vesica aërea simplex. Linea lateralis vix aspera.

Locus: mare Mediterraneum & Oceanus Britannicus.

Longitudo 15 digitorum, & ultra. (i)

10. TRIG-

#### ADDITAMENTUM.

lateralis eminens, admodum ferrata, argentea. Dorsum, cauda et spatium parvum infra lineam lateralem obscure cinerea maculis albis flavisque conspersa. Abdomen argenteum. Squamus minutis vestitur. Longitudo bipedalis.

(i) 9. *Trigla, Lyra*, digitis ternis; naribus tubulosis.

*L. S. N.* 496.

Maxilla superior antice longius biloba, lobis protensis, spinis 9. Spina ante oculos recurva; pone oculos alia brevior. Spina lateralis thoracis digitorum fere longitudine. P. P. vix digitis longiores.

*The Piper. Raji syn. pisces.* 89. *Pennant br. zool.* III.

279. tab. 55. D.  $\frac{2}{3}$ , 18. P. 12. V. 6. A.  $\frac{1}{2}$ . C. ....

Corpus fusiforme, microlepidotum, scabrum. Caput grande. Rostrum ante in duo lamina lata triacantha divisum. Ad angulum internum oculi robusta spina. Laminae ossae capitis utrinque spina alia terminantur. Opercula eleganter striata, valida spina armata. Supra pinnas pectorales spina latior jacet. Nares minutissimæ. Oculi magni. Maxilla infera brevior supera. Dentes in ambabus minutæ. P. P. longæ, acutæ. P. C. parva, bifurca. Dorsum arcuatim descendens dentibus recurvis, validis, ferratis ad utrumque latus pinnarum armatum. Linea lateralis glabra, recta in exortu leviter incurva. Squamæ parvæ, duræ & scabræ. Longitudo fere bipedalis.

*Artedi Genera.*

Aaa

10. TRIGLA *cirris plurimis; corpore octagono. Art. Spec. 75.*  
*Lyra altera seu Cornuta Auditorum. Lyra Salviani fol.*  
*192. 193.*

Rostrum in duas spinas longas protensum. Sex ordines squamarum ossicularum & rhomboidearum habent: corpus octagonum efficiunt, sunt N°. 188. Appendices articulatae 2.

Color ruber dilutus. Iris aurea. Orbitae oculorum dupli ordine aculeorum ferratae. Nares non conspicuae. Pinna Dorsi ossicularum 26 non aculeatorum. Pectorales 12. Ventrals 6. Ani 19. Apophyses pylori 9, ad 10. Locus: Romæ, Genuæ, Venetiis, Montpelii, &c. (k)

pag. 47.

## XXXIII.

## ADDITAMENTUM.

(k) 10. Trigla, *cataphracta*, digitis geminis; rostro furcato, elongato; corpore loricato. L. S. N. 496. Mus. Ad. Fr. II. 92. Br. 7. D. 27. P. 11, 2. V. 6. A. 20. C. 10.

Rostrum profunde bifurcatum, segmentis distantibus, parallelis & supra aculeis 3 munitum. Maxilla inferior cirris 6, quorum laterales longiores, laceræ. Maxillæ edentulæ. Corpus undique armatum loricis ossibus, angulisque octogonum. P. V. latere abdomini adnexæ. P. C. parum bifurca. Habitat in mari mediterraneo ubi *Amata* nominatur.

Trigla *cataphracta*, digitis geminis; rostro furcato, elongato; corpore loricato, angulato. Massiliensibus *Malarmat*, Brünnich. ichth. 72. Br. 7. D. 25. P. 11, 2. V. 6. A. 18. C. 17.

Corpus octagonum, loricatum squamis ossibus, scabris, quarum unaquaque spina compressa decumbente cristata est. Vertex canaliculatus. Frons declivis, planiuscula, scabra, ante trunculata inter prominentiam rostratam, bifurcam, horizontaliter planam, scabram, ex lateribus capitis, ultra frontem elongatis, formataam. In fronte biræ extant spinæ validæ, pone quas alia duplicata minor, remotior. Supercilia spinosa. Carina laterum capitis in spinam pone exit. Operculum exiguum, osseum, medio longitudinaliter carinatum, positice in spinam

## ADDITAMENTUM.

spinam terminans, superne foramen oblongum, intectum relinquit. Huic operculo inferne & capitis lateribus adhaeret spina brevis mobilis. Oculi magni, iride alba. Os magnum, edentulum. Labium inferius brevius, cui utrinque adhaeret cirrus longus cuin pluribus brevioribus, apice laceris. Scuta dorsalia usque ad caudam 25. Ultra hæc utrinque tria lateralia in cauda bifurcata. Scuta abdominis 3, quorum anterius maximum, planum, antice bilobum. Post anum medium scuta minora decrecentia 21. Linea lateralis nulla, nisi duplensem facias ex binis laterum angulis cristato-spinosis. Pinnæ dorsi radius primus setaceus longitudine totius pinnæ. P. P. & digitæ, illis æquales, membrana baseos juncti. P. V. breviores similiiter digitis annexæ. Color pallidi ruber, qui in P. D & A. saturatior est. Longitudo pedalis.

Lyra Salviani. *Willugby.* tab. S. 3.

*Roode Duyvelsvisch Gronovii Mus. ichth. p. 42. n. 98.*

11. *TRIGLA, evolans*, digitis ternis; mucronibus tribus ferratis, pinnis dorsalibus interpositis. *L. S. N. 498.* Br. 8. D. 8. 11. P. 13. V. 6. A. 11. C. 13.

Caput radiato-cælatum. Rostrum emarginatum. P. P. nigrae longitudine dimidii corporis, sed latiores. Inter P. D. anteriorem & posteriorem, quasi rudamenta trium spinarum ferrata. Spina 1 & 2 in priore & 1 in posteriore pinna dorsalی antico latere scabrae sunt. Cauda bifida. Habitat in Carolina.

*Trigla volitans minor Brown. jam. tab. 47. fig. 3.*

*The flying Gurnard. Pennant art. zool. suppl. 135.*

Rostrum quadratum & latum. Spinæ 2 tenues super utrumque oculum; 2 in sumitate capitis, & 2 aliæ extra branchias. P. D. prior 10 spinis instructa & macula magna nigra insignita. Squamæ parvæ, nigrae, asperimæ in linea laterali. Color usque ad lineam lateralem spadiceus nigro maculatus. Abdomen album. P. P. belle nigrae, latissimæ longitudine duas partes corporis æquant.

12. *TRIGLA, asiatica*, digitis quaternis. *L. S. N. 497.* Br. 7. D.  $\frac{1}{2}$ , 16. P. 18. V. 6. A. 17. C. 18.

## ADDITAMENTUM.

**Corpus** læve, teriusculum, argenteum. **Rostrum** promi-  
nens; læve. **Os intus** scabrum. **Opercula anteriora** ferrata.  
**P. P.** falcatae.

**13. TRIGLA, minuta,** digitis ternis; dorso bicarinato.  
**L. Mantissa plant. altera.** D.  $\frac{8}{8}$ , 24. P. 3, 8. V. 6. A. 14. C. 10.

**Caput** durum, ante emarginatum & denticulatum, mu-  
cronibus 2 pone oculos, 2 validioribus superne ad posteriora  
capitis armatum. **Opercula** retrorsum spina horrent. **P. P.** &  
**P. V.** admodum acuminatæ. **P. C.** rotundata. **Longitudo** di-  
giti. **Habitat** in India.

**14. TRIGLA, carolina,** digitis ternis; pinna dorsalis  
parte priore aculeata. **L. Mantissa altera.** D.  $\frac{10}{8}$ , 13. P. 15.  
V. 6. A. 12. C. 10.

**Caput** asteriis pictum. **Corpus** digito longius, microlepidotum.  
**Linea lateralis** simplex, fere lævis. **Radius primus** pinnæ  
dorsalis anterius longitudinaliter aculeatus. **P. C.** emarginata.

**15. TRIGLA, Lastoviza,** corpore squamis verticillato;  
linea laterali aculeata; pinnis pectoralibus subtus nigris. **Briün.**  
**ichth.** 99. Br. 7. D.  $\frac{10}{8}$ , 16. P. 10, 3. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 16. C. 12.

**Corpus** totum squamis verticillatim tectum. **Linea later.**  
elevata, aculeata. **Color corporis** ruber maculis fasciisque ni-  
gris. **Venter** albescens. **Caput** radiato-cælatum, spinis exi-  
guis supra oculos armatum, caeterum laeve. **Rostrum** vix  
bilobum, potius retusum non spinosum. **Maxillæ** dentatae,  
inferior paulo brevior. **P. D.** pallide rubro nebulosae. **P. P.**  
longæ, ultra anum extensæ, quasi truncatae, supra fusco  
subfasciatae, subtus nigrae, seriebus punctorum & margine  
caeruleæ. **P. V** et **A.** apice in nonnullis nigrae in aliis albae  
totæ. **Longitudo** spithameæ. **Habitat** in mari adriatico.

**Trigla, adriatica,** *Gmelin L. S. N.* 1346.

?Cerillion corpore granulato & tribus totidemque in cau-  
da fasciis obliquis variegato. **Piscis ὄμοπτερος.** *Kleinii Miss.*  
**IV.** 45. tab. 4. fig. 2.

**16. TRIGLA, rubicunda,** digitis geminis; rostro obtuso;  
spiraculis lateralibus, solitariis. *Hornstedii in Act. Stoffh.*  
*nov.* IX. 45. tab. 3. Br. 7. D.  $\frac{16}{8}$ . P. 10, 2. V. 6. A. 13. C. 12.

Corpus

## ADDITIONAL.

Corpus compressum, a capite sensim in caudam angustum, nudum. Dorsum rubrum, utrinque tuberculis 4 longitudinalibus, inerme. Abdomen albidum. Caput compressum, aculeatum, cirrosum, supra lacunosum, rubrum. Rictus amplius. Maxillæ rotundatae, denticulis subtilissimis, superiore breviore. Lingua verrucosa. Nares 6 par medium tubulosum. Oculorum arcus approximati, erecti, rotundati, extus concavi, intus convexi. Branchiæ 4, radio osse adnatae. Spiraculum tubulosum parvum pone aperturam branchiostegam. Linea lateralis nulla. Anus fere medius. P. D & P. A. longitudinales. P. P. digitis triplo fere longiores. Digi ad P. P. bini, liberi, incurvi, P. V. longitudine dimidia pectoralium. P. C. rotundata. Longitudo 4 unciarum. Latitudo maxima 2½ unc. Habitat in Amboina.

*Species adhuc dubiae.*

17. *TRIGLA, lineata*, corpore striato, rubro; operculis stelliferis; pinnis maculatis; cauda subbifurca. *W.*

*Cuculus lineatus.* *The streaked Gurnard.* *Raji syn.*  
*pisc.* 165. *tab.* 2. *fig.* 11. *Pennant br. zool.* III. 281. *tab.* 57.  
*n.* 141.

Caput magnum, stellis cælatum. Oculi magni. Opercula in extremitate spinosa. Os parvum, edentulum. Rostrum secundum figuram non bifurcum esse videtur. P. P. magnæ, maculatæ.

18. *TRIGLA, obscura*, secundo radio dorsi setaceo. *Mus. Ad. Fr.* II. 94. *D.*  $\frac{1}{10}$ , 20. *P.* 10, 3. *V.* 6. *A.* 18. *C.* 13.

Capitis labium superius retusum, dentatum. Denticuli aliquot ante oculos, non vero post. Linea lateralis, squamis planis, reniformibus. Lacuna pinnæ dorsi acuta, retrofusa ferrata. Pinnae dorsalis prioris radius secundus reliquis duplo longior. Digitæ 3 flexiles, soluti. P. C. bifurca. Habitat in mari mediterraneo.

19. *TRIGLA, Chabrontera Hispanis.* *Osbeckii in Nov.*  
*Act. N. C.* tom. IV. 101. *Br.* 7. *D.* 26. *P.* 2. *V.* 6. *A.* 20. *C.* ...

*XXXIII. SCORPÆNA.*

*Membrana branchiosteiga* 7 ossicula utrinque continet. *Caput magnum*, admodum aculeatum. *Pinna Dorfi unica*, in medio humilior. *Corpus caudam versus gracilescit*. *Oculi* sibi vicini, cute communi obducti. *Denticuli* in maxillis, palato et faucibus. Appendices pylori 8 & 9. (\*)

**I. SCOR-****ADDITAMENTUM.**

*Corpus durum*, rubrum, subteres, quadrifuscatum, utrinque articulatum, pedale, proportionaliter attenuatum ad caudam usque, quæ longissima. *Hami* 4. ordinum paralelorum utrinque; unus horum in unoquoque articulo vel squama durissima. *Caput depresso*. *Rostrum plagioplateum*, bipartitum, vel duobus latis planis prominulis, vel laminis maxillæ superioris, quæ ob hanc rem longior. *Oculi magni*. *Inter rostrum et oculos* 3 aculei minores, in triangulo siti, præter alios hamos et aculeos capitis. *Hami* 3 supra et 3 infra caudam. *Laminæ ventrales* duæ a pectore ad anum. *P. V.* admodum vicinæ. *Cauda bifurca*. *Omnis pinnæ* præter caudam, longissimæ rubræ, e sulcis exeuntes. *Triglæ cataphractæ affinis*.

20. *TRIGLA, alata*, digitis undenis membrana palmatis. *Gmelini L. S. N.* 1346. *D.*  $\frac{7}{7}$ .... *P.*.... *V.* 6. *A.* 14. *C.* 14.

*Caput angulatum*. *Mandibula inferior* et opercularum margo posterior mucronibus duobus acutis, protensis horrida. *Habitat circa Japoniam*. *Longitudo* 4 pollicum.

*Trigla, alata*. *Houttuyni Act. Harlem.* XX. 336. *D.*  $\frac{7}{7}$ , 0, *P.* 11. *V.* 6. *A.* 14. *C.* 14.

*Similis Tr. Cuculo capensi*. *Differit tamen P. pectorali longiore*. *P. D. prima* ut et secunda jacet in fossula ossea, quam squamarum acutarum duæ series secundum dorsum effingunt.

(\*) *Character generis Scorpænae.*

**LINNÆI:** *Caput magnum*, aculeatum. *Oculi vicini*. *Dentes maxillis*, palato faucibusque. *Membrana branchialis radiis* 7.

I. SCORPÆNA *pinnulis ad oculos & nares.* Art. Syn. 75.

*Scorpius minor vel Scorpæna.* Rondel. Will. 331.

Dorsum arcuatum. Iris aurea. Figura Percæ similis.

Color varius. Cavitas intér oculos.

Venter & ejus pinnæ rubent. Pinnulæ capitis quatuor, duæ ad oculos & duæ ad nares. Denticuli in maxillis, palato & faucibus.

Pinna dorsi ossiculorum 21, quorum 12 aculeata. Pectorales 16. Ventrals 6, quorum 1<sup>m</sup>. aculeatum. Ani 8, quorum 3 aculeata.

Cauda in extremo subrotunda. Vesica urinaria magna. Vesica aërea non visa Will. Squamæ parvæ, serpentinis similes.

### Locus

#### ADDITIONALMEN TUM.

FORSTERI: Corpus lanceolatum. Caput magnum cirrosum. Opercula aculeata. Oculi vicini. Membr. branch. radiis 7.

GÖTTANI: Corpus ovato-lanceolatum, squamosum, scabrum. Caput magnum, subcathetoplateum, obtusum, scabrum, alepidotum. Rictus obliquus. Labia crassa. Maxillæ æquales, extractiles. Dentes parvi, conferti, inæquales. Oculi grandes, supremi, approximati. Opercula alepidota, scabra, aculeata. Membrana branch. semipatens 7 radiata. Aculei in toto capite, pinnæ ad oculos et nares, cirri in maxillis. Linea lateralis arcuato-recta. Anus submedius. P. D. longitudinalis, interrupta, aculeis declinatis, radiis vero assurgentibus. P. P. infimæ, amplæ. P. V. thoracicæ, approximatæ, aculeatae, acutæ. P. A. brevis, magna, composita. P. C. distincta, magna. Aculei supra pinnas pectorales. *Histor. pisces* 143.

PALLASII: Deformitas capitis, tuberculis foveolisque confragosi. *Sicil. VII.*

BLOCHII: Dorsum monopterygium. Caput cirrosum. N. A. F. III. 3.

Locus: mare mediterraneum & Oceanus. (a)

2. SCORPÆNA *tota rubens*, *cirris plurimis ad Os*. Art.

*Syn. 76.*

*Scorpius Major. Rond. Gesner. Willough.*

Triplo vel quadruplo major est quam prior.

Iris

#### ADDITAMENTUM.

(a) 1. Scorpæna, *Porcus*, cirris ad oculos naresque. L. S. N. 452. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 18. V. 7. A.  $\frac{3}{8}$ . C. 15.

Zeus, *Scorpæna*, cirris supra oculos & nares. *Mus. Ad. Fr. I.* 68. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 18. V.  $\frac{5}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}$ . C. 12.

Corpus facie & habitu Zei Fabri. Linea lateralis parum curvata. Caput aculeatum vertice retuso. Lacuna profunda quadrata verticis; fossula ducens inter oculos ad os. Cirrus solitarius supra singulum oculum, saepe ramo unico auctus. Duo cirri minimi supra nares. Opercula dentata. P. C. integra.

Scorpæna, *Porcus*, corpore varie nebuloso, punctatoque cirris ad oculos & nares. Massiliensibus *Rasquasso*. Brünnich. *ichth. 32.* Br. 7. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 18. V.  $\frac{5}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}$ . C. 14.

Color totius corporis e fusco, nigro, albido, rubroque varie nebulosus et punctatus. Magnitudo spithamæ & infra.

Scorpæna pinnalis ad oculos & nares. *Hasselquist. itin. n. 70.* Br. 7. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{5}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}$ . C. 13.

Corpus ovato-lanceolatum, læve, microlepidotum, catethoplateum. Caput decline, compressum. Maxilla supera longior. Denticuli in fauce et maxillis, aliquot lineis dispositi. Lingua glabra, obtusissima. Rictus magnus. Oculi magni, summi, vicini, prope verticem. Pupilla nigricans. Iris aureo-rufescens. Aculei per universum caput plurimi. Tubercula 4 inæqualia super oculos et inter illos fo-vea. Tuberculum triangulare super maxillam inferiorem. Pin-nulæ 2 membranaceæ ad oculos aliæque minores juxta nares. Opercula superiora aculeata; inferiora triangularia angulis 2 aculeatis. P. D. in medio humilior. P. P. inferæ, rotundatae. P. V. sub pectoralibus. Cauda apice linearis. Linea lateralis ad exortum inflexa, dein recta. Habitat ad Smirnam.

Scor-

Iris miniatis maculis picta. Pinnæ in extremo subrotundæ. Pinnæ pectorales officulorum 19. Anus in hac specie, ut & priori, longe a pinna ani distat. Appendices 9 ad pylorum. Vesica aërea non comparuit. (b)

pag. 48.

## XXXIV.

## ADDITAMENTUM.

Scorpæna, *Porcus*, squamis parvis; maxilla inferiore imberbi. *Der Kleinschuppichte Drachenkopf.* Bloch N. A. F. III. 5. tab. 181. Br. 7. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}$ . C. 18.

Color fundamentalis spadiceus. Latera superne nigro maculato & inferne alba. Abdomen & pinnæ subrubra, præter pinnae pectorales cinereas & dorsalem ad dimidium fuscum. Omnes præter ventrales, fusco maculatae. Radii P. P. flavi, nigro maculati. Squamæ asperæ. Ceteræ partes sunt ad modum Hasselquisti descriptæ.

*Cottus squamosus.* *Sebæ thes.* III. tab. 28. fig. 3. Vide *Mantissam I.*

(h) 2. Scorpæna, *Scrofa*, cirris duobus ad labium inferius. *L. S. N.* 453.

Scorpæna, *Scrofa*, corpore rubro; maculis obscurioribus; capite cirrofo. Marsiliensibus *Scorpæna*. *Brünnich. ichth.* 32. Br. 7. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}$ . C. 13.

Corpus totum rubrum maculis obscurioribus nebulosum. Iris rubra. Pinnæ omnes rubræ. P. D. & A. & C. insuper maculis fuscis adspersæ. Operculi anterioris margo bispinosus, lobis membranaceis laceris super oculos utrinque cirrus unicus & aliis ante singula narium foramina. Maxilla inferior subitus utrinque lobis 3 lacera. Magnitudo fere bipedalis.

Scorpæna, *Scrofa*, squamis magnis; cirris ad lineam lateralem. *Der grosschuppichte Drachenkopf.* Bloch N. A. F. III. 10. tab. 182. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}$ . C. 12.

Caput grande. Rictus amplius. Maxillæ æquales, plurimis seriebus dentium, recurvorum munitæ. Lingua, palatum & fauces pariter denticulata. Cirri in maxilla infera, & malis insunt. Oculi magni summi ad verticem approximati. Pupilla

*Artedi Genera.*

Bbb

nigra

## ADDITIONALIA.

**nigra** iride flavo-rubescente circumdatur. Supra oculos tres cirri & in iride quatuor radiatæ, striæ spadiceæ conspicuntur. In margine prominente orbitæ superne tres aculei & cirrus crassus existunt. Opercula duabus spinis longis in medio armata. Supra & infra illa complures minores spinæ conspicuntur. Linea lateralis dorso paralela, cirris obseissa. Anus remotus. Color fundamentalis subrufus, fusco maculatus. Dorsum fuscum. Pinnæ subcæruleæ radiis flavis, fusco maculatis suffultæ. Habitat in mari mediterraneo & atlantico.

3. *SCORPÆNA, horrida*, tuberculis callosis adspersa. L. S. N. 453.

Perca alepidota; dorso monopterygio; capite cavernoso, tuberculato; ossiculis dorsi anticis, membrana dilatata lobatis. *Gronov. zooph. n. 292. tab. II. 12. 13. fig. 1.* Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{3}{8}$ . P. 15. V. 6. A.  $\frac{3}{9}$ . C. 14.

Caput dimidium corporis constituens, tuberculis et cavitatibus diversimode inæquabile; corpore parum latius, superne rectum, subtus a juncturis branchiarum ascendens versus maxillam inferiorem, quæ erigitur. Supra oculos instructum validis, contiguis, triquetris, obtusis, recto-elevatis osseis tuberculis: post quæ caput transversim est excavatum & depresso. Sub oculis, qui in tuberculorum basi siti sunt, utrinque adeat fovea, ampla & profundissima. Sub illa tubus opticus descendere conspicitur. Latera capitum & opercula variis tuberibus, magnis, inæquabilis. Os terminale superum, magnum. Maxillæ dentatæ, superior brevior, parum extensilis. Inferior ore clauso, perpendicularis. Lingua glabra, crassa, libera. Dentes maxillarum minimi, conferti, in faucibus minutissimi. Palatum lœve. Nares singulæ ante oculos in basi tuberculi. In lateribus maxillæ superioribus cirrulus. Oculi minutissimi, summi, pupilla rotundata, palpebra inferiori laxa. Apertura branch. lateralis et gularis. Opercula tuberibus inaequalia, intermixta. Truncus cathetoplateus, subconicus, alepidotus capite altior & compressior, undique tuberibus molibus, callosis adspersus, dorso carinato, recto. Linea later. obsoleta, recta, dorso paulo propior. P. D. longitudinalis, composita. Cutis,

## ADDITAMENTUM.

tis, ossicula omnia obtegens, laxissima. tuberculis callosis adspersa, ad spinarum apices utrinque dilata iu cristam lobatam abit. P. P. infimae subarcuatae. P. V. thoracicae, membrana abdomini adiunctæ. P. A. longitudinalis novem radiata, cuius ossicula 3 anteriora rigida ad apices usque cute obducta sunt. P. C. parva, brevis, subrotunda. Cutis laxa, laevis, alepidota in capite, dorso lateribus, abdomen, pinna dorsi & pinnarum pectoralium pagina anteriore pustulis crassis, callosis obspersa. Color ex albo & subfuscō variegatus. Habitat in mari bengalensi.

*Scorpæna, horrida*, alepidota. *Der Zauberfisch.* Bloch N. A. F. III. 15. tab. 183. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 12.

Caput grande, tuberibus, scrobiculis & spinis horridum; in summitate ejus magna, lunata, tovea conspicitur. Rictus perpendicularis, amplus. Maxilla infera parabolica instar ferreæ soleæ equinae, inferne ad articulationem duobus acuminibus terminatur. Illa, ore clauso, sicuti operculum pyxidis supernæ maxillæ, perpendiculariter applicatur. Maxilla supera arcuata, tribus ossibus componitur. Membrana branchialis latet. Lingua lata libera & glabra, uti palatum. Fauces denticulatae. Nares ovales ante oculos & haud procul labio superiore 2 teretes cirri, nares anteriores forsitan continentes. Oculi minimi iride flava & pupilla nigra. Sub illis profundus scrobiculus subest. Caput, truncus, pinna dorsalis & P. P. ramentis obsita squamis earent. Linea lateralis versus anum declinata in medio P. C. definit. Omnes pinnae radios crassos & cutem spissam habent. Color totius corporis spadiceus; albo-marinoratus. Habitat in mari indicō.

4. *SCORPÆNA, volitans*, pinnis pectoralibus, trunco longioribus. *Der fliegende Drachenkopf.* Bloch N. A. F. III. 18. tab. 184. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 14. V. 6. A.  $\frac{3}{2}$ . C. 12.

Caput decline, cathetoplateum, ante latum, resiuum, diverse aculeatum, multis cirris denticulatis praeditum, quorum longissimi, singuli supra oculos & latissimi prope angulos oris locati sunt. Rictus amplus, leviter adscendens. Maxillæ Bbb 2 aequales,

## ADDITAMENTUM.

æquales; multis seriebus denticulorum acutorum plenæ. Lingua libera acuta. Labia emissicia, superius emarginatum. Oculi medii. Pupilla nigra. Iris alba, cæruleo & nigro radiatim picta. Opercula microlepidota, pone angulata. Truncus ovato lanceolatus, compressus, squamulis imbricatis vestitus. Linea lateralis supera, dorso arcuato paralela, lineolis eminentibus punctisque albis raris composita. P. D. longitudinalis, inæqualis post spinas sinuosa. Spinæ 12. ejus prælongæ exceptis 2 anticis & posticis gradatim brevioribus, fulco & flavo maculatæ, maxima ex parte solutæ, membrana fusca humili ad basin combinantur. Radii 12 ultimi uti radii pinnæ caudalis & analis bifidi, nigro & flavo maculati. P. P. longissimæ apicibus radiorum prominentibus, trunco aequales similiter ac P. V. violaceæ, albis punctis conspersæ. Caput spadiceum, venis transversis, aurantiis, deorsum divergentibus variegatum. Truncus fasciis latis remotis spadiceis, interque illas lineis transversis aurantiis atque albis alternis ornatus est. Habitat in fluviis Amboinae.

*Gasterosteus, volitans*, spinis dorsalibus 13, cirris senis; pinnis pectoralibus corpore longioribus. *L. S. N. 491.*

Cauda supra & infra aculeis 3 minimis munita.

*Perca amboinensis volans*. Belgis *Tovenaaers-Vish. Malaii Ikan Swangi*. Fr. *Ruysch thes. anim* pag. 3. tab. 2. fig. 3.

*Cottus squamosus rostro bifido*. *Sebæ thes. III*, tab. 28. fig. 1. Vide *Mantissam I.*

*Perca dorso monopterygio*; operculis diacanthis, squamosis, ciliis maxilla superiore cirrosis; cauda rotundata, utrinque aculeata. *Gronou. zooph. n. 294. Mus. ichth. n. 191. Br. 7. D.  $\frac{1}{2} \frac{3}{5}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C.  $\frac{6}{5}$ .*

Corpus oblongum, subconicum, parum cathetoplateum. Caputa dorso declive ante angustius, inaequabile, inter oculos cavernosum. Maxillæ aequales, superior emarginata. Dentes in areas dispositi, in maxillis & in anteriore palato minimi. Cirri 2 crassi, breves utrinque ad maxillam superiorē unus præ-

## ADDITAMENTUM.

praelongus super quinque orbitam, & 2 minores in operculi utriusque medio. Oculi summi, medii, orbitis elevatis, osseis, angulosis inclusi. Operculorum lamina media ferrata. Opercula microlepidota pone in apicem & aculeum supra pinnam pectoralem extensem, exaeuntia. Linea lateralis curvato recta, in exortu dorso proprior, et paralela. P. D. longitudinalis, spinis praelongis 13 crescentibus & decrescentibus & radiis 12, vix ad finem fissis, muticis composita. P. P. amplissimæ corpore toto longiores, infimæ. P. V. thoracicae, longae, compositæ. P. A. mox post anum sitæ. P. C. maxima, subrotunda, supra & infra tribus aculeis minutissimis munita. Color speciosus & varius. Longitudo semipedalis.

5. *SCORPÆNA, antennata*, fascia oculari. *Der Fühlhorntræger.* Bloch. N. A. F. III. 21, tab. 185. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 17. V. 6. A.  $\frac{3}{10}$ . C. 12.

Habitu & colore corporis priori fere similis est sed differt capitis præsertim & pinnarum pectoralium forma. Caput circosum magnum, parum declive, rostro non resimo, duabus seriebus spinularum in genis uti nucha exasperatum. Maxillæ æquales multifariam denticulatæ. Labium superius emarginatum protractile. Opercula squamosa pone acuta. Membrana branchialis latens. Oculi magni, fascia fusca insigniti. Palatum glabrum. Lingua acuta, soluta. Super utramque orbitam cirrus fuscus, annulis tumidis articulatum nodosus, erigitur. Alii tres teretes minores super labium superius & duo tales inter oculos hærent. Præterea tres lobi cutacei conchati & radiati utrinque transverse affixi sunt unus post angulum oris & duo infra os malæ. Pinnæ pectoralis radii longissimi, candidi, setacei, decrescentes, ultra dimidium anterius soluti, ad basin pinnæ membrana communi violacea, nigro maculata & marginata connectuntur. Reliquæ pinnæ formatæ & coloratae sunt ut in *Scorpæna volante*. Color: Caput flavum, pone usque oculos spadiceo maculatum. Mentum album. Truncus tæniis transversis & inter illas lineis flavis albisque cinctus.

## ADDITAMENTUM.

6. *SCORPÆNA*, *didactyla*. *Der zweifingrige Drachenkopf*, *Pallas Spic.* VII. tab. 4. fig. 1-3. Br. 7. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . P. 10. V. 6. A. 12. C. 12.

Caput deforme, durum, parum depresso, multis excavationibus inæquabile, præsertim inter os & oculos superne duplice scrobiculo excisum; ad utrumque latus & ad basin operculorum rugis, & angulis confragosum; inferne arcuatim ascendens; in parte anteriore truncatum & quasi emaciatum. Rictus ascendens, superus. Maxillæ inæquales, sicuti pars anterior pælati & fauces, denticulatæ; infera longior supera. Lingua longa, verrucis & maculis nigris conspersa. Nares tubulosæ, ori vicinæ. Oculi magni, approximati, supremi, in processu duplice, erecto, infundibuliformi protuberant. Quilibet processus ante & retrosutura acuta descendente præditus est. Anterior in curva, cum sua vicina priorsum conjuncta, versus os excurrit; posterior brevis ad operculum definit. Cirri foliacei, dentati, maiores in capite inprimis circa maxillam inferam, & limbum operculorum hærent. Talesque minores sparsi in trunco, spinis dorsalibus & pinna pectorali adsunt. Truncus subconicus, parum compressus, alepidotus, verruculis in serie dispositis prope pinnam dorsalem & analem, item in linea laterali vix conspicua donatus. Anus medius. P. D. longitudinalis, fere æqualis, cujus spinæ 16 dimidio superiore solitæ, & utrinque cirrosæ, ad basin membrana communis colligantur. P. P. magnæ, oblongæ, latere externo raro circratae. Ante has duo digiti, arcuati, ad basin cirroſi & membrana humili conjuncti. P. V. thoracicae, abdomini adnatae. P. A. longitudinalis margine ferrato. P. C. rotundata, Colpis austerus, subbruneus maculis gilvis aspersus. P. P. subnigrae, taenia transversa semipellucida illustratae. P. C. semipellucida taenia obscura versus basin obumbratur. Longitudo pedalis. Habitat in mari indico.

*Species adhuc dubiae.*

7. *SCORPÆNA*, *americana*, pinnis pectoralibus suborbiculatis. *Gmelini L. S. N.* 1220.

8. *SCOR-*

**XXXIV. COTTUS.**

*Membrana Branchiofuga* ossicula sex distincta utrinque continet.

*Caput* reliquo corpore latius, plagioplateum & aculeatum.

*Pinnæ* in dorso duæ; anterior aculeis flexilibus prædita. *Pinnæ Ventrales* exiguae, ossiculis quatuor tantum mollibus præditæ. *Cutis alepidota.* (\*)

*Capite diacanthe.*

I. COT-

**ADDITAMENTUM.**

8. *SCORPÆNA, capensis*, capite utrinque supra oculos quadridentato; cauda subaequali. *Gmelini L. S. N. 1219.*

Perca dorso monopterygio; capite utrinque supra oculos quadridentato; operculis diacanthis, squamosis; cauda subaequali *Gronov. zooph. n. 293.* Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{4}{6}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 12.

9. *SCORPÆNA, spinosa*, linea laterali spinosa. *Gmelini L. S. N. 1220.*

Scorpaena capite spinoso; pinna dorsali super oculis incipiente et per totum dorsum excurrente; linea laterali spinosa; compresso corpore. *Index musæ Linkiani I. p. 41.*

An *Blennius torvus* Gronovii?

10. *SCORPÆNA, (Gronovii,)* capite cavernoso; cirris geminis in maxilla inferiore. *Gronov. Mus. ichth. n. 103.* D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{2}$ . P. 15. V. . . . A.  $\frac{9}{6}$ . C. 13.

P. P. magnæ, latissimæ, obliquæ, cum ventralibus parum membrana annexæ. P. C. aequalis.

(\*) *Character generis Cotti.*

**LINNÆI:** Caput corpore latius, spinosum. Membrana branchialis radiis 6. *S. N. 451.*

**FORSTERI:** Corpus subcuneiforme. Caput corpore latius, planum, spinolum, aculeatum, cirtatum, tuberculatum. Membrana branch. radiis 6. *Enchiridion pag. 85.*

**BRÜNNICHII:** Pinnae ventrales in thorace. Caput asperum nudum. Dorsum ante pinnas muticum. Corpus ovatum,

I. COTTUS *alepidotus glaber*, capite diacantho. Art. Spec. 82. Syn. 76.

*Cottus* ♂ *Gobio fluviatilis capitatus Auditorum*. Bull head or Milliers Thumb Anglis. Sten-simpa ♂c. Suecis.

Longitudo 3. 4 ad 5 unciarum. Oculi in superna parte Capitis.

Aculeus aduncus utrinque ad laminas capitis. Pinna Dorsi 1<sup>a</sup>. ossicularum 7. 2<sup>da</sup> 16 ad 17. Pectorales 14.

Ventrales 4. Ani 13 ad 14. Cauda 8. Vertebræ 31. (a)

*Capite polyacantho.*

2. COT-

#### ADDITIONALMEN TUM.

tum, leviter compressum. Caput magnum. Rictus horizontalis. *Fundamenta zool.* I 38.

GOÜANI: Corpus tereti-oblongum, subcathetoplateum, saepius alepidotum, scabrum. Caput corpore latius, ovatum, alepidotum, scabrum. Frons plana, nucha sulcata. Rictus magnus, horizontalis. Labia simplicia. Rostrum verrucosum, Maxillæ extractiles, inæquales, denticulatae. Denticuli æquales, paucissimi. Palatum denticulatum. Oculi supremi, approximati. Orbitarum margo superus prominens. Opercula alepidota, scabra vel dentata. Membrana branch. semipatens, ventricosa, sexradiata. Aculei ad oculos, nucham, gulam. Cirri in quibusdam ad os, aut tubera in capite. Linea lateralis porulosa, suprema, dorso paralela, quandoque tuberculata plena. P. D. binæ, subcoalitæ; prior minor, aculeata; posterior longitudinalis, altior. P. P. infimæ, magnæ, lanceolatae, ossiculo ejus primo ferrato. P. V. thoracieæ sublineares; compositæ. P. A. longitudinalis, declinata, composita. P. C. longa, cuneiformis.

BLOCHII: Caput corpore latius. *N. F. D.* II, 10.

(a) I. *Cottus*, *Gobio*, laevis; capite spinis duabus. *L. S. N.* 452.

*The River-Bulthead*. *Pennant. br. zool.* III. 816, tab. 39. n. 97. D. 6, 17. P. 13. V. 4. A. 13. C. 12.

*Cottus*

2. *COTTUS scaber*; *tuberibus quatuor, corniformibus, in medio capite.* Art. Specie 84. Syn. 77.

*Hornsimpa Suecias.*

Caput admodum polyacanthum, &c. maxilla superior paullo longior.

Tubercula plurima, aspera utrinque ad lineam lateralem.

Pinna Dorsi 1<sup>a</sup>. officulorum 9. 10. 8 vel 7. 2<sup>a</sup>. 14. Pectorales 17. Ventrals 4. Ani 14. Cauda 12 longiorum. Vertebræ 40. (b)

### 3. COT-

#### ADDITAMENTUM.

*Cottus. Gobio.* Grœnlandis. *Itekivdlek.* *Frabricii fngrenl.* 159. Br. 6. D. 10, 17. P. 19. V. 3. A. 18. C. 12.

*Cottus, Gobio,* spinis curvatis duabus ad utrumque operculum. *Der Kaulkopf.* *Bloch. N. F. D.* II. 12. tab. 39. fig. 1. 2. Br. 4. D. 7, 17. P. 14. V. 4. A. 12. C. 12.

*Cottus, Gobio,* Austriacis, *Koppe.* *Meidinger Ic. pisc.* Dec. II. tab. 17.

(b) 2. *Cottus, quadricornis,* verrucis 4 osseis. *L. S. N.* 451. *Mus. Ad. Fr.* I. 70. tab. 32. fig. 4.

*Cottus, quadricornis,* tuberculis quatuor. *Der Seebal.* *Bloch. N. F. D.* III. 170. tab. 108. Br. 6. D. 9, 14. P. 16. V. 4. A. 14. C. 10.

Caput magnum, plagioplateum, tuberculis osseis verrucosis duobus super orbitas et totidem prope nucham prædictum. Maxillæ aquales, denticulis multifariam armatæ. Lingua glabra Palatum ante denticulis sebrium. Nares simplices tubulosæ ante oculos. Multi scrobiculi in lateribus maxillæ superæ et in medio duæ spinulæ conspicuntur. Os malæ tribus & operculum duabus spinis terminantur. Pupilla nigra, Iris flavidula. Truncus subconicus, parum compressus, alepidotus, verrucosus. Linea lateralis dorso propior & parallela, punctis longis composita. Pinnae magnae radiis albis, apice eminentibus, verrucosis. Color: Dorsum fuscum uti malae. Latera gilva. Abdomen cinereum. Membrana branchialis &

- pag. 49. 3. COTTUS alepidotus; capite polyacantho; maxilla superiore paullo longiore. Art. Spec. 86. Syn. 77.  
*Scorpio marinus vel Scorpius nostras.* Schoneveld. p. 67.  
*Scorpæna Bellonii* p. 201. Editionis Gallic. Will. p. 138.  
 Ray. p. 145.  
*Rötsimpa, skrabba, skiälryta &c.* Suec. Ulk & Ulka ad Fretum Danicum. Potshoef Belgis. Father-Lasher pueris Cornubiensibus.  
 Caput admodum aculeatum, sed cornua nulla in medio. Pinna dorsalis 1<sup>a</sup>. officularum II. 2<sup>da</sup> 16. Pectorales 17. Ventrals 4. Ani 12. Cauda 12 longiorum. Maxilla superior paullo longior. Longitudo 7 unciarum & ultra.  
 Vertebræ. . . . (c)

## 4. COT-

## ADDITAMENTUM

P. V. rubrae. P. P. nigrae, candido marginatæ. Reliquæ pinnae obscuræ, cinereæ, versus extremitatem nigrae. Habitat in mari balthico.

(c) 3. *Cottus, Scorpius*, capite spinis pluribus; maxilla superiore paulo longiore L. S. N. 452. D. 9. 16. P. 16. V. 3. A. 12. C. 12.

*Cottus, Scorpius*, maxilla superiore longiore; radiis pinnarum pectoralium indivisis. *Der Seescorpion.* Bloch. N. F. D. II. 18. tab. 40. Br. 6. D. 10, 16. P. 12. V. 3. A. 12. C. 18.

*Cottus, Scorpius*, capite spinis pluribus validis. Grönlandis. Kaniok. Fabricii fn. groenl. 156. Br. 6. D. 10, 17. P. 17. V. 3. A. 14. C. 17.

Foemina mare major, ventre candido, qui in mare flavus albo maculatus est. Variant caeterum colore. Dorsum plerumque habent, fusco-viride nebulosum rarius rubescentem, & rarissime rubrum. Color ventris minus variabilis.

*Donderpadde Belgis.* Grönov. Mus. ichth. n. 104. D. 10, 14. P. 16. V. 4. A. 10. C. 12.

*Father-Lasher.* Pennant br. zool. III. 218. tab. 40. n. 99. D. 8, 11. P. 16. V. 3. A. 8. C. 12.

Sympa

4. *COTTUS plurimis cirris; corpore octagono.* Art. Spec.

87. Syn. 77.

*Cataphractus.* Schonev. p. 30. Will. p. 211, Ray. 77.

à Pogge Anglis Septentrion.

Caput aculeatum.

Cirri multi ad os.

Truncus corporis ad caput octagonus, ad caudam hexagonus. Tubercula plurima in corpore. (d)

Ccc 2

5. COT-

#### ADDITIONALMEN TUM.

*Sympa* Norwegis. *Tönning* in *Aet. Nidros.* II, 312, tab. 13 & 14. Ibi descriptio bona.

*Varietas aut nova species*

*Cottus, Scorpioides*, capite aculeis brevioribus; oculis approximatis; pinnis pectoralibus maximis. Grænlandis: *Pakudlek.* Fabricii *fn. groenl.* 158. D. 10, 15. P. 15. V. 3. A. 12. C. 15.

Praecedenti similis. Differt tamen sequentibus. Caput minus magisque plagioplateum, antice angustius, aculeis brevioribus, minus spiniformibus etiam paucioribus; desunt enim 2 in anteriore corporis parte et unus utrinque sub oculis. Oculi fere verticales admodum approximati. P. P. maxime, non quia radii plures sed longiores & membrana amplior. Color obscurior, fusco nebulosus; ventre sordide flavo; linea alba a pinnis ventralibus ad unum ducta. Ante P. V. autem et trans laterum imia maculis albis. Capite infra, pinnis dorsalibus, anali caudalique fuscis, albo maculatis; pectoralibus vero, ventralibusque albis flavicantibusque. Foemina differt a mare tota, infra fusco-flava; ventralibus flavicantibus, maculis fuscis magnis et in omnibus mare obscurior. Habitat in ostiis fluminum Grænlandiæ.

(d) 4. *Cottus, cataphractus*, loricatus; rostro verrucis 2 bifidis; capite subtus cirroso. L. S. N. 451. Mus. Ad. Fr. I. 70. Br. 6. D. 5, 7. P. 16. V. 2. A. 7. C. 11.

Corpus loricatum, heptagonum. Cauda hexagona. Dorsum carinis duabus acutis, distantibus. Abdomen quasi futuris

5. COTTUS *pinna secunda dorsi alba* Art. Syn. 77.

*Dracunculus Rondeletii* & aliorum Authorum huc quoque perfipere videtur.

Magnitudo 4. 5. ad 6 digitorum. Corpus teres. Color varius.

Maxilla superiore paullo longiore. Aperturæ branchiarum exiguæ.

Pinna dorsi 1<sup>a</sup>. ossiculorum 4. 2<sup>da</sup>. admodum alta, 10. Pectorales 12. Ventrals 6. Ani 9. Cauda longa ossiculorum 12. Sulcus per totum dorsum medium. Aculeus aduncus, tricuspidis ad angulum branchiarum. Squamæ nullæ. Locus: Genuæ & Romæ. (e)

XXXV.

## ADDITIONALMEN.TUM.

futuris distinctum. Caput apice rostri bifurcum, corniculis bifidis; subtus capillis innumeris hirsutum. Cirri 2 sub apice rostri et duo ad angulos oris utrinque. P. D. subspinosa. P. P. margine quasi dentato. P. C. rotundata. Habitat in mari balthico.

*The armed Bull-Head Pennant.* br. zool. III. 217. tab. 39. n. 98. D. 6, 7. P. 15. V. . . . A. . . . C. . . .

*Cottus, cataphractus*, corpore octagono. *Der Steinpfecher.* Bloch. N. F. D. III. 15. Br. 6. D. 5, 7. P. 15. V. 3. A. 6. C. 10.

(e) 5. *Callionymus, Dracunculus*, dorsalis prioris radiis corpore brevioribus L. S. N. 434. Vide *Nova genera Linnæi.*

6. *COTTUS, monopterygius*. *Der ostindische Groppe.* Bloch. N. A. F. II. 156. tab. 178. fig. 1, 2. Br. 6. D. 5. P. 9. V. 2. A. 5. C. 6.

Corpus angustum, elongatum, pyramidatum, octagonum, depresso, in cauda attenuata hexagonum, loricatum. Syngnathus Acui fere simile. Caput inerme, nudum, oblongum, ferme tetragonum, inter supercilia elata excavatum. Rostrum, angustatum, resumum, ante rotundatum, spinisque 2 prominentibus recurvis praeditum. Maxilla supera longior. Oculi ovales, magni ad verticem. Iris argentea. Pupilla nigra. Opercula monophylla, retro acuminata. Apertura branchia-

## ADDITAMENTUM.

chialis amplissima. Membrana branchialis patens. Truncus superne excavatus & fulco exaratus item inferne post anum, qui pectori subest. Vestitus scutis octagonis compositus est. Unum quodque scutum lamellis 8 angulatis, radiatis, corneis constat. P. P. longæ latæque. P. V. angustissimæ. P. D. brevis pone æquilibrium, pinnæ anali simili opposita. P. C. rotundata. Color: Dorsum fuscum; latera cinerea fusco punctata et aliquot fasciis fusiis ornata: Abdomen albo maculatum. Pinnæ omnes cinereæ, querum P. P et C. fuscis maculis distinctæ sunt. Habitat in India orientali.

7. *COTTUS, japonicus.* *Der japanische gepanzerte Gruppe.* Pallas. Spic. VII. Br. 6. D.  $\frac{6}{6}$ , 7. P. 12. V. 2 A. 8. C. 12.

Caput fere pyramidatum, pone latum, depresso, ante angustum, obtusum, superne excavatum linea eminenti longitudinali, media divisum. Rostrum obtusum, scutulo biangulari super os prominet. Lamina ossea trispinosa angulo utroque oris incumbit, cuius Spina prior cirro aucta est. Os parvum. Maxillæ mobiles, intus ad modicam latitudinem scabrae. Lingua vix conspicua. Nares binae, valvula disseptae; Extremitati rostri vicinae. Ante illas spinula brevis, recurva exstat. Orbitæ, rostro vicinae, processu triangulari, oblique erecto, ossis syncipitis subtunt. Iris ex aureo & argenteo nitet. Pupilla ampla. Opercula semilunata, inferne fissa, diphylla. Lamina antica subtus quadridentata; postica acumine versus dorsum terminata. Lamina malæ pone acumine obtuso prominet. Præterea verruca ossea ad utrumque latus juncturæ maxillæ inferæ & plana eminentia super occipit utrinque conspiciuntur. Membranæ branchiales infra gulam connatæ. Truncus pyramidalis, polygonus, cataphractus, squamis osseis, acumine obtuso conico ex medio exasperatis, variis, ordinatim dispositis. Anus linearis, capiti propior. Radii pinnum simplices & asperi, & adhuc asperior cutis nuda subter caput & abdomen atque post pinnas pectorales. P. D. prior scapularis; posterior lumbaris. P. P. magnæ, rotundatæ, radiis simplicibus suffultæ. P. V. biradiatæ, paulo remotius, quam P. P. a capite jacent. P. A. ab ano remota, pinnæ dorsali secundæ

## ADDITAMENTUM.

cundæ opposita. P. C. ovalis. Color piscis eburneū versus dorsum fuscescit. Pinnae omnes fusco fasciatae. Macula magna fusca in occipite, usque oculos & super opercula deformiter extensa. Duae tæniae latae obscuræ truncum cingunt. Longitudo pedalis.

8. *Cottus, scaber*, capite striis, corporisque squamis ferratis; linea laterali elevata. *L. S. N. 451. Mus. Ad. Fr. II. 66. Br. 7. D. 9, 11. P. 20. V.  $\frac{1}{2}$ . A. 11. C. 12.*

Genus inter Cottos & Scorpænas medium. Caput valde hians, depressiusculum; postice spinosum, exasperatum lineis longitudinalibus, ferratis, variis. Corpus squamis ferratis tegum. Linea later. fere recta, elevata. P. A. opposita dorsali alteri. P. C. integra.

*Cottus, scaber*, linea laterali aculeata. *Die Stachellinie. Bloch N. A. F. II. 159. tab. 180. Br. 6. D. 8, 12. P. 13. V. 6. A. 12 C. 16.*

Caput oblongum, depresso, quatuor spinis recurvis armatum. Maxilla infera longior supera, utraque denticulis scabra. Oculi ovales prope verticem. Iris argentea. Pupilla nigra. Rictus ut & apertura branchialis ampla. Membrana branch. latens. Truncus compressus, fasciis 6 rubellis cinctus. Linea lateralis aculeis recurvis eminentibus constructa. Squamæ parvæ, duræ, ciliatae, fixæ. Dorsum subæruleum. Latera & abdomen argentea. Anus medius. P. P. breves, latæ, flavæ radiis discoloriis, fissi. P. V. longæ subæruleæ, tribus fasciis flavis notatae. P. D. prior rufa, spinosa. Ceteræ pinnæ ærulecentes radios discolorios, fissos habent. Striae in capite non visibles.

9. *COTTUS, grunniens*, gula ramentis villosa; corpore nudo. *L. S. N. 451. Mus. Ad. Fr. II. 65. D.  $\frac{2}{2}$ , 21. P. 22. V. 3. A. 16. C. 12.*

Caput depresso. Aculei magni bifidi ad postica capitis & alii simplices utrinque. Ramenta ad maxillam inferiorem. Corpus molle, uti Ranæ. P. C. rotundata. Habitat in mari mediterraneo. Dicitur *Sapo*.

## ADDITAMENTUM.

*Cottus, grunniens*, glaber; maxilla inferiore multum cirrata. *Der Brummer.* *Bloch. N. A. F.* II. 157. Br. 6. D.  $\frac{2}{3}$ , 20. P. 22. V. 4. A. 16. C. 11.

Caput magnum, depresso, latius & humilius initio trunci. Rictus ascendens, amplius. Palatum glabrum. Maxilla infera longior supera, cirris plena. Labia crassa, duabus seriebus dentium acutorum, remotorum, incurvorum armata. Alia adhuc series in maxilla utraque. Nares binæ, tubulosæ, marginales & duo orificia auditus proxime ad oculos. Oculi parvi. Iris rubra. Pupilla nigra. Tres cirri in superciliis. Operculum monophyllum pone acutum 4 spinis præditum. Membrana branchialis patens. Truncus fere fusiformis, parum compressus, dorso obtuse carinato, subrecto, cute glabra porulosa vestitus. Anus submedius. Dorsum & caput spadicea. Latera alba, fusco marmorata. P. P & V. rufulæ, fusco maculatæ; ceteræ obscuræ cinereæ fusco maculatæ. Habitat in Indiis.

*Cottus alepidotus varius*, maxilla inferiore longiore multum cirrata. *Sebæ thes.* III. tab. 28. fig. 4. Vide *Mantissam I.*

10. *Cottus, bubalis*, capite spinoso, scabroque, bicorni. *Euphraseni in Nov. Act. Stockh.* VII. 64. *Edit. germ.* tab. 3. Br. 6. D. 8, 13. P. 15. V. 4. A. 8. C. 10.

Corpus Cotti Scorpionis sed minus, compressiusculum, a capite ad caudam sensim attenuatum, nudum supra fuscum, subtus album. Caput corpore latius, depresso, scabrum, multi spinosum. Spinæ duæ minores frontales, ad nares linea elevata distinctæ: duæ nuchales magnitudine præcedentium versus basin pinnæ dorsalis sitæ, ad oculos linea elevata, scabra decurrentes; laterales utrinque sex: In margine operculi anterioris 4, quarum inferior acuta, deflexa, 2 & 3ia intermediae, minores; quarta superior maxima subulata, cornu instar, longitudine opercularum: In margine operculi posterioris 2, quarum anterior acuta, antrorsum deflexa, secunda posterior minor retrorsum deflexa, ab apice operculi posterioris ad basin linea elevata, scabra. Maxillæ æquales, superior duplicita. Dentes setacei in maxillis palatoque. Oculi verticales

## ADDITIONALMEN TUM.

les approximati, rotundati, sub superciliis obovatis. Lingua brevissima, lata, edentula. Dorsum convexum, subdipterygium, fuscum, maculis pallidis. Latera convexa albo fuscoque variegata. Abdomen convexiusculum, album, punctis rario-ribus lacteis adspersum. P. D. 2 membrana concurrentes. P. P. rotundatæ, albo nigroque variegatæ. P. V. subpectoribus, lineares, nigro-maculatæ. P. A. albida, nigro maculata. P. C. rotundata, albo nigroque variegata. Habitat in Oceano occidentali circa Bahiam.

*Species adhuc dubiae.*

11. *COTTUS, Insidiator.* Arabibus Rogad. *Forskål* l. c. p. 25. Br. 8. D.  $\frac{1}{2}$ ,  $\frac{7}{8}$ , 13. P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 14. C. 15.

Corpus adeo depresso; attenuatum versus caudam, superne griseum, punctis maculisque fuscis, subtus album. P. C. alba, macula media flava, bifida, maculisque duabus inaequalibus atris, linearibus obliquis. Vertex lineis elatis, acutis scaber. Ad capitis latera utrinque spina duplex. P. V. post pectorales sitæ, basi sua ad basin pectoralium intus extenduntur, Longitudo 1½ ulnæ.

12. *COTTUS, glaber.* *Schoepfii* in *Schriften G. N. Fr.* VIII. 146. Br. 5. D. 25. P. 18. V. 3. A. 21. C. 12.

Caput latius truncato. Frons glabra, inermis. Duæ tantum spinulæ in operculis. Oculi approximati. Maxilla infera patum longior supera. Dentes minuti setacei. Nares prope labium superius. Cirri per breves ad maxillam inferam. Caput & dorsum subrubra fusco nigroque maculata. P. P. & V. albæ crassæ. P. C. rotundata.

13. *COTTUS, indus.* *Mus. Ad. Fr.* II. 66. Br. 6. D.  $\frac{2}{2}$ , 26. P. 18. V. 3. A. 22. C. 12.

Opercula spinis 2 sive 3. Rameuta aliquot supra oculos. Corpus molle Ranæ, lubricum; pingue, lividum, lituris variis nigris. Pinnae omnes pinguedine intus obduclae, pictæ. P. D. prior vix conspicua. P. A. ferrata. P. C. rotundata. Antecedentis forsitan varietas.

14. *COTTUS, Acadian,* pinnis dorsalibus tribus. *Pennant arct. zool. suppl.* 118.

## XXXV. ZEUS.

*Membrana branchiofuga* non constat ossiculis parallelis, ut in aliis pisibus, sed varia ossicula jam longitudinaliter, jam oblique vel in transversim sita, continet. *Squamæ subasperæ*. *Corpus* admodum latum, tenue & cathetoplateum, ut & caput. *Pinna dorsi longa*, quasi duplex, seu in antica parte, ad basin usque, incisa. (\*)

## I. ZEUS

## ADDITAMENTUM.

Caput & opercula multispinosa & scabra. P. D. prima quatuor spinis suffulta, quarum prior longissima, reliquæ gradatim breviores. Radii spinosi secundæ & tertiaræ pinnæ dorsalis crescentes & decrecentes. P. C. rotundata. Color sordide flavus, purpureo pustulatus. Captus in Nova Scotia.

15. *COTTUS, massiliensis*, capite polyacantho; pinnis dorsalibus coadunatis. *Gallis Rascasse*. *Forskål l. c. pag. 24.* Br. 6. D.  $\frac{2}{2}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{9}$ . C. 12.

Locus inter oculos cavus. Pinna dorsalis unica in medio humilior composita. Spinæ 11 anteriores crescentes & decrecentes, membrana connectente longiores. Duodecima sive ultima dimidio longior penultima. Sequentium radiorum mollium 7 longiores plus duplo membrana pinnæ, bifidi; reliqui minores toti connexi. P. ventralium radius acutus & remotus.

16. *COTTUS, australis*, albidus capite aculeato; corpore fasciis transversis lividis. *Whites Journal of a Voyage to new South-Wales*, p. 266- tab. 52. fig. 1. D.  $\frac{1}{2} \frac{4}{4}$ .

Longitudo ejus 4 uncias non superat. P. C. lunata.

## (\*) Character generis Zei.

LINNÆI: Caput compressum declive; Labium superius membrana transversa fornicatum. Lingua subulata. Membrana branch. radiis 7 perpendicularibus infimo transverso. Corpus compressum. S. N. 454.

FORSTERI: Idem, sed linguam ramentaceam & corpus ovatum addidit. *Euchir. 85.*

i. ZEUS ventre aculeato cauda in extremo circinata. Art.

*Syn. 78.*

*Faber sive Gallus marinus. Rondel. Gesner. Citula seu St. Petri Piscis. P. Jovii. Dorce Anglis.*

Macula rotunda, nigra, in medio utriusque lateris.

Linea lateralis admodum curva, ad dorsum flexa.

Pinna dorsi 1<sup>a</sup>. aculeorum 10, quibus singulis singuli radii molles adjuncti sunt, ut in labro. 2<sup>a</sup>. 24. Pectorales 14. Ventrals 7. 1<sup>m</sup>. aculeatum. Ani 26, quorum 4 prima aculeata, longa.

Ordines aculeorum ad basin pinnarum dorsi & ani, ut & in toto ventre. (a).

2. ZEUS

#### ADDITAMENTUM.

GOÜANI: Corpus ovatum, cathetoplateum, squamulosum, scabrum. Caput declive, cathetoplateum, alepidotum. Rictus obliquus subarcuatus, Labia simplicia. Maxillæ extractiles, inæquales, dentatæ. Dentes inæquales, parvi, conferti, retroflexi, subimobiles. Lingua subulata, glabra, vaginata. Oculi supremi, grandes, velamento annulari. Opercula alepidota. Membrana branchialis operculata, 7 radiata, radiis 6 perpendicularibus, septimo transverso, aut 3 perpendicularibus & 4 infimis transversis. Dorsum asurgens. Venter prominens; latera admodum cathetoplatea. Linea lateralis curvato - recta. Anus medius. P. D. binæ subcoalitæ; prior scapularis aculeata, ramentacea, posterior lumbaris, simplex. P. P. infimæ, rotundatae. P. V. thoracicae, longæ, acuminate, compositæ. P. A. interrupta, e regione pinnæ dorsalis securatae. P. C. distincta, simplex. Aculei in quibusdam ad exortum pinnarum; ramentum pone & infra aculeos dorsales analesque.

BLOCHI: Corpus tenue, latum cathetoplateum; radiis longis filamentosis in prima pinnæ dorsali. N. F. D. II. 23.

(a) 1. Zeus, *Faber*, cauda rotundata; lateribus mediis ocello fusco; pinnis analibus duabus. L. S. N. 454. D. 10, 23. P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{4}{7}$ . C. 13.

Zeus,

2. *ZEUS cauda bifurca.* Art. Syn. 78.

*Gallus marinus seu Faber Indicus.* In append. l. 4. *Ict.*  
*Will.*

*Apucatuaia Brasiliensibus.* *Peixe Galo Lusitanis,* *Marcgr.*  
Corpus latum ut Passer. Os edentulum. Iris argentea.  
Pinna Dorsi una, & Ani una ad caudam usque de-  
scendentes.

Ddd 2

Filum

## ADDITAMENTUM.

*Zeus, spinosus,* ventre aculeato; cauda in extremo cir-  
cinata. *Mus. Ad. Fr.* I. 67. tab. 31. fig. 2. Br. 7. D. 10, 13.  
P. 13. V. 5. A. 21. C. 15.

Corpus valde compressum, ovatum, nudum. Sutura  
dorsalis & ventralis spinas - simplici aut dupli serie existantibus.  
Ocellus obsoletus fuscus in medio latere. Linea lateralis de-  
scendens, valde curva. Caput magnum, laxe compressum,  
ante oculos retusum, longitudine corporis, facie suilla. P. D.  
anterior spinis validis ramento longo adnatis. P. C. integra.

*Zeus, Faber,* cauda rotundata; lateribus mediis ocello  
fuscō; pinnis analibus duabus. *Masiliensibus St. Pierre* sive  
*Troueje.* *Brünnich. ichth.* 33. Br. 7. D.  $\frac{1}{2} 8$ , 23. P. 13. V.  $\frac{1}{2}$ .  
A. 4, 21. C. 13.

*Zeus, Faber,* pinna ani gemina. *Der Sonnenfisch.*  
*Bloch N. F. D.* II. 24. tab. 41. Br. 7. D. 10, 21. P. 12. V.  $\frac{1}{2}$ .  
A. 5, 21. C. 13.

Caput magnum, obtecte microlepidotum. Rictus ma-  
gnus, ascendens. Maxilla in fera longior, aculeis duobus sub-  
mento, & uno in extremitate armata. Maxilla supera emissio-  
nia, mystace deorsum latefciente praedita. Dentes parvi intro-  
curvati in maxillis. Oculi summi ad verticem, approximati.  
Iris aurea, pupilla nigra. Opercula diphylla pone angulata.  
Corpus ovatum, compressum, supra dorsum, infra abdomen  
& caudam dupli serie spinarum recurvarum simplicium & bi-  
furcarum itemque spina longa erecta, aliaque deorsum versa  
post basin pinnæ pectoralis, sub cute abscondita, armatum.  
Linea lateralis curvato recta, eminens. P. D. prima præalta  
nigri-

Filum quasi, in longum extensum, e regione pinnarum Pectoralium, & aliud ante pinnam dorsi. (b)  
3. *ZEUS totus rübens*, cauda aequali, rostro sursum reflexo,  
*Art. Syn. 78.*

*Aper. Rondel. Gesner. Aldrov. Will. 296. Riondo Romæ.  
Strivale Genuæ.*

Longitudo 3 ad 4 digitorum. Iris alba.  
Dentes nulli. Squamæ subasperæ.

Pinna

#### ADDITAMENTUM.

nigricans ramentis longissimis setiformibus. P. P. breves rotundatae, cinereæ, ad extremum flavæ. P. V. longæ angustæ. P. A. prima spinosa nigricans, secunda mutica, cinerea, dorsali secundæ concolori opposita. Ambæ radiis simplicibus suffultæ. P. C. rotundatae radiis flavis bifidis. Color genarum & laterum corporis e viridi aureus, macula rotunda fusca in medio laterum ornatus; dorsique fuscus.

(b) 2. *Zeus*, *Gallus*, radio dorsali decimo analique secundo corpore longioribus. *L. S. N. 454.*

*Zeus*, *Gallus*, radio dorsali decimo, analique secundo longissimis. *Der Meerhahn. Bloch N. A. F. III. 38. tab. 192.  
Br. 7. D.  $\frac{2}{3}$ , 24. P. 16. V. 6. A.  $\frac{1}{3}$ . C. 24.*

Corpus admodum compressum, alepidotum, argenteum ad viride vergens. Caput magnum, valde declive. Rictus amplius. Maxillæ denticulis exasperatæ. Labium superius mystacibus latis obtectum. Oculi magni. Pupilla nigra. Iris fusco-argentea. Operculum oblongum, monophyllum. Membrana branchialis operculata. Linea lateralis curvato-recta. Oinnes pinnæ belle argenteæ. P. D. composita ante aculeata humiliæ, dein falcata, mollis, radiis 4 setosis, ramentaceis, prælongis, decrescentibus & reliquis bifidis suffulta. P. A. dorsali similis, unum aculeum & 3 longos setosos præter reliquos fissos habet. P. P. acuminatæ, mediæ. P. C. forsicata; ambæ radiis multifidis instructæ.

*Albacantuaja Brasiliensibus. Peixe Gallo Lusitanis. Sebae thes. III. tab. 26. fig. 34. Vide Mantissam I.*

Pinna dorsi 1<sup>a</sup>. aculeorum 9, quorum 3<sup>m</sup>. altissimum. pag. 51.  
 2<sup>a</sup>. ossiculorum 23. Pectorales 14. Ventrals 6, 1<sup>m</sup>.  
 aculeatum. Ani 26, quorum 3<sup>a</sup>. prima brevia & aculeata. Intestina saepius torta. Appendices pylori  
 2 ad 3.

Locus: Italia. (c)

Ddd 3

XXXIV.

ADDITAMENTUM.

(c) 3. *Zeus, Aper*, cauda æquali; corpore rubente. L. S. N. 455.

*Aper. Genuæ Strivale, Romæ, Riondo. Willngby p. 296.* D.  $\frac{9}{2}$ . 23. P. 14. V.  $\frac{1}{8}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C....

Pisciculus 4 digitorum longitudine, figura corporis Zeo Fabro persimilis. Colore rubente, squamis ciliatis sive pilosis asper. Rostrum acutum, sursum nonnihil reflexum. Os emarginatum. Oculi grandes. Iris alba. Dentes nulli. P. D. duæ contiguae; prior spinis 9 crescentibus & decrementibus, quarum tertia maxima, posterior mutica, cuius radii medii longissimi. P. P. satis longæ. P. V. compositæ non horizontales sed supra planum ventris nonnihil erectæ. P. C. integra. Habitat in mari mediterraneo.

4. *ZEUS, Vomer*, cauda bifurca; spina ante pinnam analem dorsalemque recumbente. L. S. N. 454. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 18. V. 5. A.  $\frac{1}{2}$ . C. 23.

Color argenteus. P. D. anterior radiis 5 posterioribus, distinctis brevissimis, spinosis, spinæ duæ pone anum. Linea later. valde curva. Abdomen valde rotundato- prominens.

*Zeus, Vomer*, cauda bifurca. *Mus. Ad. Fr. I. 67. tab. 31. fig. 9.* Br. 6. D. 8,  $\frac{1}{2}$ . P. 18. V. 4. A.  $\frac{1}{2}$ . C. 20.

Corpus admodum coimpressum, alepidotum argenteum. Humeri valde gibbi. Linea lateralis valde sursum incurvata in medio. Caput maxime declive. A summis humeris linea recta ad os. Maxilla inferior transversa ad os. P. D. anterioris radius 1 brevis, 2 longissimus, 3 & 4 connexi praecedentibus; 5, 6, 7, 8 brevissimi non connexi. Posterior radiis 22, quorum primus, brevis, spinosus, 2 longissimus, mollis, 3,

## ADDITIONALMENNTUM.

4, 5 minores, reliqui adhuc minores, æquales. P. P. lanceolatae. P. V. longiores pectoralibus, apice nigricantes. P. A. radius 19, quorum 1 spinosus, brevis; 2, 3, 4 longiores lanceolati; reliqui æquales. P. C. valde bifurca. Spina in medio abdominis prominet inter pinnas ventrales, pone anum bidentata. Spina prima in P. A. antrorsum prominet, basi dente aucta.

*Zeus, Vomer*, radio dorsali, analique secundo longissimo.

*Der Pflugschaar. Bloch N. A. F. III. 43. tab. 193, fig. 2.*  
*Br. 7. D. 7. P. 18. V. 6. A. 1/2. C. 19.*

Corpus admodum compressum ovato-rhomboideum, alepidotum. Caput admodum declive altius duplo, quam longum. Rictus modicus ascendens. Maxilla infera longior. Dentes minuti, acuti. Oculi magni, supremi, a rostro remoti. Iris argentea, circulo rubro cincta. Pupilla nigra. Opercula monophylla, oblonga. Apertura branch. ampla, obliqua, leviter arcuata, operculata. Membrana branch. testa. Linea lateralis curvato-recta. Anus prope thoracem. Duo spinæ, breves, recurvi, distincti in dorso ante initium pinnæ dorsalem & totidem similes inter anum & pinnam analem. Caput & truncus sunt coloris argentei ad cæruleum videntis. Pinnæ omnes longæ, belle cæruleæ. P. D. bifariam falcata, longitudinalis; primus radius spinosus, 2, 3, 4, 5 longissimi, setosi, decrescentes, 6, 7, 8, 9 breves, spinosi, 10 prælongus, setosus; reliqui breviores molles & fissi. P. A. posteriori parti pinnæ dorsalis similis, radius ejus primus spinosus, 2 longissimus, setosus; reliqui breves fissi, gradatim decrescunt. P. P. mediæ, longæ, acuminatæ. P. V. sub thorace, angustæ, trunko longiores. Habitat in mari ad Brasiliam. Longitudo semipedalis.

5. *Zeus, Stræmii*, cauda bifurca, colore argenteo, purpureoque splendens. *Stræm. Sændmær. I. 323. tab. I. fig. 20.*  
*D. 12. 48. P. 24. V. 15. A. 36. C. 26.*

Caput magnum laminibus utrinque duabus cartilagineis instructum quarum margines superne magis distant, quam inferne. Oculi magni, cærulei, iride rubra. Rostrum diversis officulis compositum in fine exit ad modum rostri suilli. Os eden-

## ADDITAMENTUM.

edentulum. In medio dorsi pinna acuta falciformis radiis 12 novem uncias prostat. Dehinc pinna alia semilongitudinalis 1½ uncias alta, radios circiter 48 continet. P. P. submediæ, pinnæ dorsali primæ similes, sed paulo maiores, radiorum 24. P. V. approximatæ, falcatæ, e regione pinnæ dorsalis primæ sitæ illique æquales, radiis 15 suffultaæ. Hos sequitur intervallo 4 digitorum interjecto, P. A. longitudinalis pinnæ dorsali secundæ similis & opposita, rad. 36. Caudæ extremitas, brevis angusta, paralelogrammae similis, pinnam bifurcam gerit. Linea lateralis curvato-recta. Corpus totum squamis magnis, deciduis vestitum, superne colore indico, in lateribus subcaeeruleo, multis maculis, rotundis argenteis nitet. Os, cauda, linea lateralis omnesque pinnae purpurea, aureoque splendore oculos pascunt. Longitudo hujus pisces 3 pedum & latitudo 19 unciarum. Vide tab. I. fig. 3.

*Zeus, Luna,* cauda sublunari; corpore rubente, albo guttato. *Gmelini L. S. N. 1225.*

*Opah or. Kingfish.* *Pennant br. zool. III. 223. tab. 42.* n. 101. *Rigland in Phil. Transact. N°. 495.*

*Poisson Lune.* *Du Hamel III. 74. tab. 15.*

*Zeus guttatus Brünnichii,* vide *Nov. Att. Acad. Sc. Hafn.* T. III. 398. tab. A. Br. 6. D. 14. 48. P. 21. V. 18. A. 36. C. 19.

Color ex griseo argenteus ad dorsum fuscescens metallici nitoris. Corpus undique adspersum maculis ovatis, niveo-argenteis, halone nigricante cinctis. Pinnae omnes colore cinnabaris, cui substrata auri flavedo, nitent.

6. *Zeus, ciliaris,* radiis quibusdam in pinna dorsali analique corpore longioribus. *Der langhaarige Spiegelfisch.* *Bloch.* N. A. F. III. 36. tab. 191. Br. 7. D. 30. P. 17. V. 5. A. 19. C. 21.

Corpus valde compressum, rhomboideum, longitudine & latitudine aequali, alepidotum, dorso & abdomine admodum arcuato. Caput parvum admodum declive. Rictus medioris, ascendens. Maxillæ denticulis acutis armatae; infera longior. Labium superius a osseculis longis latisque compositum.

## ADDITIONALMEN TUM.

situm. Oculi magni, rotundi, supremi. Iris argentea. Pupilla nigra. Opercula diphylla, pone obsolete angulata. Aertura branchialis ampla. Membrana branch. semipatens. Linea lateralis curvato-recta. Anus medius. Color argenteus, qui versus dorsum in subcaeruleum & ad opercula in flavidum migrat. Pinnae omnes spadiceae. P. V. praelongae, thoracicae, radiis simplicibus instructae. P. P. angustae, submediae, obtusae. P. D. fere longitudinalis, in medio acute angulata retro excavata. Radii ejus primores undecim brevissimi, simplices sunt, sequentes 6 piliformes, decrescentes, multo longiores toto corpore; reliqui breves fissi; sensim decrescunt. P. A. longitudinalis similis pinnae dorsali, sed unus tantum radius brevis longissimus piliformibus praecedit. P. C. forficata. Habitat in oceano orientali.

7. *ZEUS, Insidiator*, ore angusto. *Der listige Spiegel-fisch. Bloch. N. A. F. III. 41. tab. 192. fig. 2, 3. Br. 7. D.  $\frac{7}{4}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{20}$ . C. 18.*

Corpus ovato-oblongum ante pinnam caudae angustum, valde compressum, alepidotum. Caput parvum, ante retusum. Rictus, ore clauso, perpendicularis; orificio oris parvum, terminale. Rostrum brevissimum. Maxilla infera perpendiculariter superne extus applicata. Maxilla supera sub rostro recondita & lateribusque maxillæ inferæ combinata, longe emissicia, dum os aperitur in modum tubuli protrahitur. Ambæ maxillæ denticulatæ. Iris argentea, ad aureum vergens. Opercula diphylla. Linea lateralis curvato-recta, post medium interrupta. Anus capiti propior. Latera argentea nigra punctata. Dorsum spadiceum maculis nigris rotundis binatis et oblongis transversis utrinque insignitum in medio exaratum est sulco longitudinali, aculeis recurvis marginato. P. D. fere longitudinalis, inæqualis; Pars ejus anterior altior, angulata, 17 spinis decrescentibus sustentata; posterior humilior æqualis radiis mollibus fissis. P. A. longitudinalis pinnae dorsali similis, spinas tres in initio continet. P. P. acuminatæ, mediæ, parvæ. P. V. minutæ, obtusæ, thoracicæ, quarum radius quartus aculeatus est. P. C. forficata. Pinnae omnes flattent.

**XXXVI. CHAETODON.**

*Membrana Branchiofuga officula 4 vel 5 gracilia utrinque continet.*

*Corpus cathetoplateum, latum, tenue & breve.*

*Pinna in Dorso unica, per totum dorsum extensa.*

*Cauda plerumque ampla. Numerus pinnarum septenarius inclusive cum cauda. Os exiguum. Labia, quæ deduci & extendi possunt, dentes ad partem tegunt. Dentes maxillarum oblongi, contigui, flexiles.*

*Squamæ subasperæ. Oculi cute communi capitis non tecti. (\*)*

**I. CHÆ-****ADDITAMENTUM.**

vent. Habitat in aquis dulcibus Guzurattensisibus. Nutritur insectis, quæ captat eodem modo ut Sparus Insidiator.

*Species adhuc dubiae.*

8. *ZEUS*, *quadratus*, cauda æquali; corpore cinereo, transversim nigro fasciato. *Gmelini L. S. N.* 1225.

Faber marinus fere quadratus. *Sloane jam.* II. tab. 251, fig. 4. *Raji pis.* 160.

Os parvum. Denticuli acuti in aliquot seriebus. Oculi ampli. Iris alba. P. D. prior aculeata in sumitate dorsi; radius ejus primas oblongo ramento donatus; posterior illi contingua, amplissima. Huic in ventre respondet alia similis; utraque quandam quasi auriculam habent. Cauda fere quadrata. Linea lateralis incurvæ. Corpus totum squamis cinereis undique tectum, scutis 3 vel 4 nigris insignitum.

9. *ZEUS*, *Kleinii* corpore ovato, argenteo; pinna dorsali analique fere linearibus, absque ramentis. *W.*

Tetragonopterus totus argenteus, lævissimus; pinnis dorsali & ventrali simplicibus, absque filamentis, piscis admodum compressus. *Kleinii M. IV.* 38, tab. 12, fig. 1.

(\*) *Character generis Chætodontis.*

LINNÆI: Dentes setacei, flexiles, confertissimi, numerosissimi. Membrana branchialis radiis 6. Corpus pictum. P. D & A carnola, squamosa, *S. N.* 460.

**I.** CHÆTODON *niger*, maculis flavis lunulatis varius. *Art.*  
*Syn. 79.*

*Paru Brasil. Martgr. Ray p. 102. forte Acarauna altera,  
major. Lister in app. p. 23.*

Longitudo 9 ad 10 digitorum. Latitudo 7. Caput parvum. Os elatum, angustum. Dentes exigui. (a)

**2. CHÆ-**

ADDITIONALMEN TUM.

**FORSTERI:** Corpus ovatum, compressum, pictum. Dentes fetacei, flexiles, confertissimi. P. D et A, carnosa & squamosa. Membr. br. radiis 5 vel 6. *Enchirid. 84.*

**BRÜNNICHII:** Caput squamosum. Corpus pictum. P. V. in thorace. P. D & A. squamosa, carnosa. Radii aliquot spinosi. *Fundamenta zool. 138.*

**GOÜANI:** Corpus ovatum, cathetoplateum, squamosum, carinatum, saepius fasciatum. Caput cathetoplateum, rostratum, declive. Rictus exiguus. Maxillæ labiatæ, extractiles, porrectæ. Dentes acuti, conferti, flexiles, æquales, labiis partim tecti. Oculi supremi, minimi, plani. Opercula suborbiculata, saepius squamosa, triphylla. Membrana branch. operculata lateralis tri-sex radiata. Linea lateralis arcuata, suprema. Anus submedius. Aculei in quibusdam ad os, opercula & prope caudam. P. D. squamosa, longitudinalis, subæqualis, composita, assurgens. P. P. insimæ. P. V. thoracicae, compositæ. P. A. brevis, subæqualis, composita squamosa, pone æquilibrium. P. C. distincta, squamosa. *História pise. 138.*

**BODDÆRTI:** Corpus tenuer, compressum, cathetoplateum. Dorsum subconvexum, tenuer, elevatum. Anus in medio corpore. Linea lateralis arcuata, dorso propior, aliquando vix visibilis. Caput cathetoplateum, saepius squamosum opercula squamosa saepius aculeata. Os in apice capitis. Dentes plerumque flexiles in maxillis conferti, minutissimi. Membrana br. sub operculis latitans, expansilis, officulis 4 vel 6 suffulta. Vide ejus *Epist. de Chatodonte diacantho.* pag. 9.

**BLOCHII:** Dentes fetacei, *N. A. F. III. 46.*

(a) **I.** Chætodon, *Paru*, aculeis 10 dorsalibus; analibus 5. *Der schwarze Klippfisch. Bloch. N. A. F. III. 57. tab. 197.*  
**D.... P. 14. V. 6. A.... C. 15.**

Caput

**2. CHÆTODON cauda bifurcā, aculeo in utroque latere ad caudam.** Art. Syn. 79.

*Acarauna Brasil. Marcgr. Ray p. 102.*

Eee 2

Squa-

### ADDITAMENTUM.

Caput parvum. Maxillæ inæquales dentatæ; infera longior supera. Oculi parvi. Pupilla nigra. Iris aurea. Opercula diphylla; spina valida inferne terminata. Membrana branchialis tecta. Squamæ in capite et pectorale parvæ, in reliquo corpore autem magnæ argenteæ in margine flavescunt. Color corporis niger, qui in lateribus, ob splendorem argenteum squamarum translucentem cinerascit. Præterea macula flava ante pinnam pectoralem conspicitur. P. P & C. breves, rotundatae. P. D & A. longæ falcatae. Habitat in America.

Chætodon operculis aculeatis, ossiculis pinnæ dorsi antiquæ intermediis, cauda rotundata longioribus. *Gronov. zooph.* n. 231. Br. 6. D.  $\frac{1}{3} \frac{1}{4}$ . P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.

Corpus valde cathetoplateum, latum, ovale, macrolepidotum. Caput breve cathetoplateum, a dorso valde declive, squamosum, ossiculo supra angulos oris circinato, in 8 aculeos dissecto, armatum. Oculi magni, prominentes, summi, operculis propiores. Os angustum, parum protensum. Maxillæ æquales, obtusæ. Dentes prælongi, tenuissimi, conferti antrorsum prominentes, labiis carnosis tecti. Opercula squamosa; superior lamina ad angulum inferiorem spina longissima, et sub illa alia brevissima armata. Membrana branchiæ tecta. Linea lateralis curvato-recta, interrupta. Anus medianus. Squamæ asperæ, in lateribus maximæ, ad dorsum & abdomen minores, in capite & pinnis minutissimæ. P. D. longitudinalis, inaequalis, radiis 34 nempe 14 aculeatis & 20 muticis composita, quorum anteriores breves, sensim longiores evadunt ad vigesimum secundum usque omnium longissimum qui in setam ultra cædam prominentem abit. Reliqui cito decrescunt ad ultimum usque. P. P. mediae, mediocres, validæ. P. V. thoracicae, approximatae compositæ. P. A. longitudinalis, dorsali similis, composita; radii ejus intermedii lon-

Squamæ nigricantes. Os parvum. Denticuli exiles.  
Aculeus ad caudam uncialis fere, quem in lateribus  
recondere potest. (b)

3. CHÆTODON quadratus, *spinulis multis ad caput.* Art.  
*Syn. 79.*

pag. 52. *Acarauna quadrata, nautis Vetula dicta.* Will. p. 217.  
Longi-

#### ADDITAMENTUM.

longissimi, non setosi, caudae longitudinem aequant. P. C. magna, lata aequalis. - Color rufescens, super nucham ocello nigro, annulo albido caerulecente cincto & oblonga macula ex albido caerulea in extremitate operculis distinctus. Squamae singulae in lateribus ad extremitatem macula flava ornatae. Extremum corporis ad initium caudæ flavicat. Cauda albidior. Extremitates pinnæ dorsalis anique cœruleæ. Habitat in mari americano.

Rhoomboides in nigricante corpore; squamis flavis quasi lunulatis. Kleinii Miss. IV. 36.

(b) 2. Chætodon, *nigricans*, dentibus emarginatis; aculeo ad caudam bifidam. Der Perser. Bloch. N. A. F. III. 82. tab. 203. Br. 4. D.  $\frac{9}{6}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{7}$ . C. 21.

Corpus ovatum, compressum carnosum. Caput parvum, admodum declive. Oculi magni, summi a rostro remotores. Tepilla nigra. Iris argentea. Opercula angusta, longa, integra. Lingua brevis, crassa. Dentes spathulati, superne crenati. Linea lateralis curvato-recta, dorso parallela. Spina alba longa, retroversa in fossula recondenda, ante pinnum caudæ, sulco longitudinali exarata. Color: Dorsum & truncus nigricant. Latera spadicea versus abdomen albescunt. P. P. acutæ, cinereæ. P. V. nigræ, thoracicæ, a rostro remotores quam P. P. P. D & A. longitudinales, similes, pone rotundatae, ad basin albæ, caeterum subfuscæ. P. C. bifurca, radiis intermediis subaequilibus multifidis externis longissimis.

Chaetodon (maris rubri) aculeis in utroque latere ad caudam duobus. Hasselquist itin.

Longitudo 8 digitorum. Latitudo 3. Os admodum exiguum. Dentes parvuli. Cauda in extremo subrotunda. (c)

4. CHÆTODON *niger*; capite diacanthe, lineis utrinque quatuor transversis, curvis. Art. Spec. 91. Syn 79.  
*Acarauna exigua nigra*, zonis aliquot luteis eleganter depicta. Lister. in app. p. 23. Ray. p. 103. (d)

Eee 3

+ Gua-

## ADDITAMENTUM.

- (c) 3. Chaetodon, *Vetula*, oblongus; maxillis spinosis. W.  
*Acarauna quadrata nautis Vetula dicta*. Willingby. 217.  
tab. O. 3. fig. 2.

Color exsiccati plicis erat in anteriore parte corporis & cauda pallide straminens in reliquo corpore fuscus. Corpus undique squamosum praeter frontem planam & maxillas scabras. Squamae lineis paralelis caelatae. Oculi magni, altius siti. Os elatius, exiguum. Dentes contigi acubus similes. In maxilla superiori 4 spinulae; in inferiore duo grandiora, deorsum oblique spectantia, nonnihil inflexa. Ab horum exortu ad oculos spinulae aliquot breves rectae excurrunt. P. P. inferae. P. V. thoracicae. P. D & A longitudinales, retrorsum sensim crescentes, extremitate acute angulata. P. C. distincta, rotundata.

Plicis tam genere, quam specie ambiguus.

- (d) 4. Chaetodon, *arcuatus*, cauda integra; spinis pinnae dorsalis 8; arcubus 4 albis. L. S. N. 462.

Chaetodon, *arcuatus*, fuscus, arcubus 5 albis Mus. Ad. Fr. I. 61. tab. 33. fig. 5. D.  $\frac{8}{5}$ . P. 20. V.  $\frac{1}{5}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{1}{7}$ . C. 19.

Corpus compressum ovatum, fuscum. Fascia linearis recurvata per rostrum. Fascia per oculos. Fascia per medium corpus. Fascia ad posteriora. Fascia ad basin caudae. Os sursum versum, labio inferiori breviori. Spina in operculis branchiarum. Squamae tegunt opercula, pinnas dorsi ani & caudae. Cauda brevior. P. D & A. poslice obtuseae. P. C. aequalis. Habitat in Indiis.

Chae-

+ *Guarerua Brasil. Martgr. Ray. p. 103.*

Ab hac specie (4) vix differt.

Longi-

**ADDITIONALMEN TUM.**

*Chaetodon, arcuatus, fasciis 5 albis, aculeis 9 dorsalibus.*  
*Der Bogenfisch. Bloch N. A. F. III. 76. tab. 101. fig. 2. Br. 6.*  
*D.  $\frac{2}{3}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 14.*

Caput magnum. Oculi summi, parvi. Iris aurea. Pupilla nigra. Apertura branchialis ampla. Opercula unispinosa. Linea lateralis albo punctata. Anus medius. Color fundamentalis spadiceus versus dorsum nigrescit. Fasciae albæ arcuatæ 5. Prima os, ultima caudæ pinnam cingunt, reliquæ tres truncum transeunt. Habitat circa Brasiliam.

*Acarauna exigua nigra Zonis aliquot luteis. Listeri in Appendix Willugby 23. tab. O 3. fig. 4.*

\* *Ch. sequentes cauda integra secundum numerum radiorum pinnae dorsalis dispositi.*

**CHÆTODON, Asfur, niger, fascia transversa, lunari-cuneata, flava. Forskål 61. Br. 6. D.  $\frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.**

Truncus ovalis. Dentes flexiles, filiformes. Opercula anteriora pone spina valida, retroversa, semipollicari. Fascia in medio corpore transversa, flava, digitæ latitudine, lunari-cuneata, cornibus transversis. P. D. & A. horizontaliter protensa, falcatae. P. C. vix pollicaris, fulva rotundata, linea nigra marginali. Linea lateralis curva, dorso propior. Squamae rhombeae, quincunciales, subtiliter dentatae. Longitudo 5 pollicum. Latitudo  $2\frac{1}{2}$ .

6. *CHÆTODON, fasciatus, corpore fasciato; aculeis abdominalibus 7. Der gestreifte Klippfisch. Bloch N. A. F. III. 53. tab. 195. D.  $\frac{1}{2}\frac{4}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{7}{2}$ . C. 14.*

Caput, os & squamae parva. Maxillæ aequales. Labiae crassæ. Oculi magni summi. Pupilla parva nigra. Iris annulo albo, caeruleo & spadiceo discolor. Os inalæ pone dentatum spina valida terminatum. Opercula monophylla, pone obtuse angulata. Apertura branchialis ampla. Membrana

Longitudo 2 digitorum. Latitudo 1. Linea lutea ad verticem & os. Pinnæ ventrales nigerrimæ. Vide reliquas species nostras descriptas in Spec. 89 & Syn. 79.

## XXXVII.

## ADDITAMENTUM.

**b**rana branch. testa. Corpus ovale, caudæ extremitate spathulata, compressum, microlepidotum. Linea lateralis summa, dorso paralela, curvato-recta. Anus medius. P. P. breves, rotundatae, pellucidæ. P. D. longitudinalis, retrorsum crescens, in fine obtusa, ad basin squamosa, flavescentia pone cæruleo marginata. P. A. dorsali subsimilis, striis cæruleis & flavidis incurvis, longitudinalibus, alternis picta. P. V. thoracicæ, oblique truncatae. P. C. rotundata distincta, flava in extremo fusca. Color fundamentalis trunci albus, fasciis cæruleis spadicea linea utrinque marginatis variegatus. Caput subfuscum stria cærulea in fronte, alioque concoloribus, supra, subtus & pone oculos ornatur.

*Chætodon, Dux. Gmelin L. S. N. 1255.*

7. *Chætodon, aureus*, aculeo ad os malæ. *Der Plau-mierische Goldfisch.* Bloch. N. A. F. III. 49. tab. 193. fig. 1. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{4}$ . P. 12. V. 6. A.  $\frac{2}{15}$ . C. 15.

Corpus compressum, ovale extremitate, angusta, spathulata, squamis duris ciliatis vestitum. Rictus parvus leviter ascendens. Labia crassa. Dentes setosi. Pupilla nigra. Iris rubicundula. Os malæ spina valida pone armatum. Operculum utrumque monophyllum, retro acutum. Apertura branchialis ampla. Membrana branch. testa. Linea lateralis summa dorso paralela. Anus capiti propior. P. D. longitudinalis, arcuata in medio cornuta sive longe falcata. P. A. ab initio falcata, cæterum similis P. dorsali. P. V. thoracicæ, prælongæ, acuminatae. P. P. breves rotundatae, submediae. P. C. latior quam longa, rotundata. Decem tantum aculeos P. D. habere scribit auctor, quod numero supra indicato non respondet. Color corporis aureus, pinnarum flavus, qui versus extremitatem in viridem migrat.

Chaeto-

## ADDITAMENTUM.

*Chætodontem aruanum* Blochii huc referendum in sequentibus invenies.

8. *CHÆTODON, chinensis*, aculeis 18 in pinna ani.  
*Der chinesische Klippfisch.* Bloch N. A. F. IV. 5. tab. 218. fig. 1.  
Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . P. 10. V. 6. A.  $\frac{1}{2}\frac{3}{8}$ . C. 16.

Corpus oblongum ante & pone angustatum. Caput & rictus parva. Iris subcaerulea. Membrana branch. latens. Linea lateralis summa, dorso paralela. Anus gulæ propinquus. P. D. composita, semilongitudinalis, retrorsum crescens, in fine obtusa, violacea. P. A. longitudinalis, retrorsum crescens, violacea. P. P. parvæ, oblongæ, subinferæ, cinereæ. P. V. minores, acutæ, thoracicæ, cinereæ. P. C. rotundata, violacea, fascia ad basin nigra notata. Color trunci albus 10 fasciis spadiceis insignitus, quarum quaedam fissæ sunt. Praeterea ocellus niger iride alba ad extremitatem operculi & duae minores oblongæ post oculum conspicuntur.

9. *CHÆTODON, biaculeatus*, aculeis duobus infra oculum. *Der zweystachlige Klippfisch.* Bloch N. A. F. IV. 11. tab. 219. fig. 2. Br. 4. D.  $\frac{1}{2}\frac{9}{7}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{7}\frac{1}{7}$ , C. 17.

Corpus oblongum, superne caeruleum, inferne album, tribus fasciis rutilis insignitum. Iris subfuscæ. Pupilla nigra. Dentes distincti. Opercula utraque denticulata. Duae spinæ inaequales infra oculos, Linea lateralis summa, dorso fere paralela. Pinnae omnes cinereæ. P. D. serme longitudinalis, composita ante medium sinuosa, in extremitate acuta. P. A. parti posteriori pinnæ dorsalis similis & opposita. P. P. latæ, subinferæ & sicut P. C. rotundatæ. P. V. thoracicæ, acutæ, compositæ. Habitat in India orientali.

*Chætodon fusco-rufescens* aculeis utrinque duobus infra oculos. *Sebae thes.* III. 69. tab. 26. fig. 19. D.  $\frac{1}{2}\frac{9}{8}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{7}\frac{1}{7}$ . C. . . .

10. *CHÆTODON, octofasciatus*; aculeis dorsalibus undecim. *Der achtbandige Klippfisch.* Bloch N. A. F. III. 113. tab. 215. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{8}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{7}\frac{1}{6}$ . C. 12.

Caput parvum. Maxillæ porrectæ, æquales. Iris ex albo flavescit. Fundamentalis color corporis albus in violaceum inclinans

## ADDITAMENTUM.

clinans, fasciis octofuscis insignitus. Pinnæ omnes breves ad basin subfuscæ. P. D. longitudinalis pone rotundata, spadiceo margine terminata. P. A. dorsali similis. P. V. thoracicæ, acutæ. P. P. & C. rotundatæ, cinereo marginatæ. Anus medius. Linea lateralis leviter curvata, lata. Habitat in India orientali.

Rhombotides, cuius pinnam dorsalem radiis conjunctis, inermibus antecedunt i i aculei incurvi, simplices; septem lineis arcuatis lateralibus, prima oculos intercipiente, postremis 4. in pinnas excurrentibus. Kleinii Miss. IV. 36. tab. 9. fig. 3.

Chætodon macrolepidotus, albescens; lineis utrinque 8 transversis, nigris. Sebae thes. III. 67. tab. 25. fig. 12. Vide Mantissam I.

ii. CHÆTODON, *Argus*, spinis dorsalibus undecim; corpore punctis nigris plurimis; cauda integra. L. S. N. 464. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{8}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{4}{18}$ . C. 12.

Chætodon, *Argus*, corpore luteo maculatoque, spinis analibus quatuor. *Der Argus*. Bloch N. A. F. III. 86, tab. 204. fig. 1. Br. 4. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{8}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{4}{18}$ . C. 14.

Caput parvum. Opercula magna, pone angulata. Truncus sine capite & cauda fere quadratus. Maxillæ aequales. Pupilla nigra. Iris aurea. Apertura branchialis ampla. Membrana branch. patens. Linea lateralis dorso parallela. Anus submedius. Latera maculis spadicis guttatis notata, versus dorsum violacea & versus abdomen alba. Pinnae omnes breves, flavae. P. D. longitudinalis post medium sinuosa, pone altior, rotundata & guttata. P. A. parti posteriori pinnae dorsalis similis. P. P. parvae, obtuse, inferae. P. V. thoracicae, acutae. P. C. integra levissime excavata. Habitat in India orientali.

Gevlakter Klippisch. Boddaert epist. III. de Chætodonte Argo, cum Icone colorato. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{8}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{4}{18}$ . C. 14.

Caput parvum, conico-cathetoplateum, a nucha assur gente declive, in lateribus costis varie curvatis inæquabile, superne squamasum. Dentes setacei. Color capitidis ante olivaceus, & pone rufescens; trunci olivaceus superne obscurior,

*Artedi Genera.*

Fff

inferne

## ADDITAMENTUM.

inferne lutescens, maculis atris guttatis numerosis notatus.  
Sub abdomine macula magna plumbea conspicitur.

*Strontvijch.* Piscis stercorarius. *Willugby App.* pag. 2.  
tab. 2. fig. 2.

12. *CHÆTODON, Orbis, orbicularis, radiis novemde-*  
*cim in pienna anali.* *Die Scheibe.* *Bloch N. A. F.* III. 81. tab.  
202. fig. 2. D.  $\frac{9}{28}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{28}$ . C. 16.

Corpus orbiculare, valde compressum, caudæ extremitate spathulata. Caput parvum admodum declive. Nares simplices ante oculos. Iris aurea. Pupilla nigra. Maxillæ æquales. Apertura branchialis ampla. Membrana br. tecta. Linea lateralis summa, lineolata versus dorsum obtuse angulata. Anus medius. P. D. fere longitudinalis, inæqualis, in medio sinuosa; in parte anteriori triangulati aculeata radii 2. 3. 4 setosæ longe prominent; pars posterior mutica altior, arcuata. P. A. parti posteriori pinnæ dorsalis similis. P. V. thoracicæ, angustæ, longæ, acuminatæ. P. P. subinferæ, parvæ, acutæ. P. C. parum rotundata. Color fundamentalis subcaeruleus, versus dorsum obscurior & versus abdōmen ex rutilo albicans. Pinnae e fuscō flavent. Habitat in India orientali.

13. *CHÆTODON, acuminatus, cauda integra; spinis*  
*dorsalibus 3, radio tertio longissimo.* *L. S. N.* 460.

*Chætodon, acuminatus, fasciis tribus fuscis; pinna*  
*dorsali setiformi* *Muf. Ad. Fr.* I. 63. Br. 4. D.  $\frac{3}{28}$ . P. 16.  
V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{28}$ . C. 17.

Corpus albidum. Fascia fusca ventricis inter oculos. Fascia per thoracem transversa. Fascia pone abdomen per pinnas dorsi & ani. Caput compressum, rostro parum prominulo. Membrana branch. radiis fere 4. Linea lateralis ascendens. Squamis tecta sunt opercula branchiarum P. D. & A. & C. Pinna dorsi (longitudinalis) inæqualis, ante fere triangula acuminata pone rotundata, cuius radius quartus longe prominet. P. V. lanceolatæ. P. P. molles, acutæ. P. A. (obtuse angulata) radiis 3 primis spinosis sensim longioribus, posterioribus longitudine caudæ. P. C. truncata.

## ADDITIONAL.

**14.** *CHÆTODON, mesoleucus*, fascia oculari; aculeo unicando operculum, duodecimque ad dorsum. *Der Mulatte.* Bloch N. A. F. III. 117. tab. 216. fig. 2. D.  $\frac{12}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$  A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.

Corpus ovale, valde compressum, microlepidotum, in anteriore parte albidum ad caeruleum vergens, in posteriore nigrum, qui color pinnam dorsalem & analem etiam obscurat, cum reliquae albent. Oculi magni, quos fascia lata nigra transit. Opercula diphyllo rotundata, spina longa, valida & sub illa aliquot minutis armata. Apertura branchialis ampla. Membrana br. semipatens. Anus medius. Linea lateralis summa. P. D. composita, longitudinalis, aequalis pone rotundata, nigra. P. A. dorsalis pinnae diuidio postico similis. P. P. parvae, obtusae. P. V. compositae rotundatae, pectoralibus oppositae. P. C. rotundata, alba. Habitat in Japonia.

*Chaetodon, mesomelas.* Gmelini L. S. N. 1263.

## Varietas aut alia species.

*CHÆTODON, mesoleucus*, (arabicus) parte anteriore albus, posteriore fuscus; fasciis nigris. Arabibus *Hadjan.* Forskål 6 r. Br. 6. D.  $\frac{12}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Truncus ovatus, compressus. Caput conicum, angustum. Labia & dentes ut congenerum. Squamæ ciliatae, magnæ, rhombæ; 14 occupantes seriem lateralem ab imo ad sumnum. Linea lateralis curva, ante P. D. desinens. P. P. lanceolatae, glaucae. P. V. cum illis pari longitudine, albae. P. D. pone oblique truncata. P. A. rotundata; ambae fuscae, basi densissime squamatae. Radii spinosi in dorsali sensim maiores ad quartum. Medius in P. A. major tertio. P. C. nigra truncata; fascia apicis lata, hyalina, ad basin lunula alba, cornibus fulvis. Color corporis albus parte caput versus, fasciisque per oculos nigra; parte posteriore fusca, fasciis nigris 12. Longitudo 3 pollicum.

**15.** *CHÆTODON, striatus*, cauda integra; spinis pinnae dorsalis 12; corpore striato; rostro prominente. L. S. N. 464.

## ADDITAMENTUM.

*Chætodon, striatus*, flavescent; fasciis 5 fuscis. *Mus.*  
*Ad. Fr. I. 62. tab. 33. fig. 7.* *Br. 4. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 15 V.  $\frac{1}{6}$ .*  
*A.  $\frac{3}{2}\frac{1}{2}$ . C. 18.*

Corpus squamis subtilissimis striatum, albo flavescent. Linea later. sursum arcuata versus posteriora. Fascia fusca transversa per oculos. Fascia prope abdomen. Fascia ad finem pinnae dorsalis anique. Fascia in medio caudae. Ocellus fuscus annulo albo, in medio pinnae dorsalis at vero non in omnibus. Caput rostro prominente, dentibus fetaceis, flexilibus; operculis muticis. Cauda brevior. P. D. & A. postice rotundatae. P. C. aequalis.

16. *CHÆTODON, suratensis*, spinis 21 in pinna dorsi, 13 in pinna ani. *Der Surattische Klippfisch.* *Bloch N. A. F. IV. 3. tab. 217.* *Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 16. V. 6. A.  $\frac{1}{2}\frac{3}{4}$ . C. 16.*

Rictus parvus. Labia carnosa. Frons declivis. Nares mediae, simplices, rotundae. Membrana br. aperta. Linea lateralis summa, dorso paralela, pone interrupta, in cauda recta media. Corpus ovatum, ex albo violaceum, argentea punctum, fasciis 6 spadiceis ornatum. Anus capiti propior. P. D. composita sere longitudinalis, in parte aculeata, aequalis, ramamentacea, violacea; in parte postica mutica cinerea & rotundata. P. A. dorsali similis & concolor. P. V. thoracicae parvae, acutae, nigrae. P. P. parvae, rorundatae, flavidocinereae ad basin atrae. P. C. rotundata, pectoralibus concolor absque macula.

17. *Chætodon, striatus*, corpore fasciato; cauda rotundata, aculeis dorsalibus duodecim. *Der bandirte Klippfisch.* *Bloch N. A. F. III. 90. tab. 205. fig. 1.* *D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{1}{2}$ . C. 18.*

Caput parvum, macrolepidotum. Oculi magni. Pupilla nigra. Iris aurea, linea alba inclusa. Membrana branchialis tecta. Operculum diphyllum. Corpus valde cathetoplateum subrotundum, ante acutum, pone breviter spathulatum. Linea lateralis dorso paralela. Anus rostro propior. Color fundamentalis flavus, fasciis spadiceis, et marginibus dilute bruneis squamarum distinctus. P. P. rotundatae, totæ spadiceæ, reli-

## ADDITAMENTUM.

reliquæ pinnæ spadiceo marginatæ; P. C. rotundata, fasciata.  
Habitat in India.

Rhombotides edentulus, exporrecto capite, per zonam nigram, latam & curvatam diviso; squamis quadratis sulphureis. In lateribus duæ picturæ, latæ, incurvæ badii coloris; aculeis 10 rectis pinnam dorsalem in anteriore parte, perforantibus. Cauda in exitu filamentosa. *Kleinii Miss.* IV. 37. tab. 10. fig. 4.

Chætodon macrolepidotus, lineis utrinque tribus nigris, latis, linea quarta in canda. *Artedi spec.* 95. D.  $\frac{1}{3}\frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{1}{2}$ . C. 17.

Idem nomen apud Sebam. III. 66. tab. 25. fig. 9. Vide *Mantissam I.*

Chætodon fasciis latis transversalibus fuscis; maxillis productis, brevibus; pinnis dorsi anique postice rotundatis; Cauda rotundata. *Gronov. zooph.* n. 235.

18. Chætodon, leucurus, cauda integra; spinis dorsalibus 9, prima recumbente; corpore nigro; cauda alba L. S. N. 463. D.  $\frac{9}{10}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{1}{2}$ . C. 20.

Corpus parvum, nigrum. Spina recumbens ante pinnam dorsalem. P. ventrales acuminatæ. P. C. alba.

19. Chætodon, vagabundus, cauda integra; spinis pinnæ dorsalis tredecim, corpore striato; rostro cylindrico. L. S. N. 465. *Mus. Ad. Fr.* II. 71. D.  $\frac{1}{4}\frac{3}{5}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 24. C. 18.

Rostrum subcylindraceo-prominens. Color albidus in quincuncem striatus. Fascia atra ab humeris per oculos ad gulari. Fascia atra ad postica corporis, ubi incipit cauda & basis pinnæ dorsalis. Fascia atra s. lunula recurva in medio pinnæ caudæ & margo ater pinnarum dorsi & ani. Fascia atra inter apicem pinnæ ani. P. D. rotundata. P. P. acutæ. P. A. rotundatae. P. C. integra, longior quam P. D. Habitat in India.

Chætodon, vagabundus, ore cylindrico; fascia oculari; aculeis dorsalibus tredecim. *Der Schwärmer. Bloch. N. A. F.* III. 88. tab. 204. fig. 2. D.  $\frac{1}{3}\frac{3}{5}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{1}{2}$ . C. 14.

## ADDITAMENTUM.

**Caput** microlepidotum, fascia nigra per oculos transiente. **Truncus** obovatus, macrolepidotus. **Linea** lateralis ut in aliis. **Anus** caudæ extremitati propior. **Opercula** diphylla. **Membrana** branch. patens. **Iris** spadicea. **Pupilla** nigra. **Color** fundamentalis flavus, lineis fuscis, in quincunxem ductis, fascia oculari nigra, aliaque in parte posteriori trunci ut & in medio pinnæ caudali distinctus. **Pinnæ** omnes flavæ. **P. D** & **A** & **C.** nigro marginatæ. **Habitat** in India.

*Chætodon* macrolepidotus albescens, linea nigra ad oculos. *Sebæ th.* III. 68. tab. 25. fig. 18. Vide *Mantissam* I.

20. *CHÆTODON*, *capiſtratus*, cauda integra; spinis dorsibus 12; corpore striato; ocello subcaudali. *L. S. N.* 464. *Mus. Ad. Fr.* I. 63. tab. 33. fig. 4. **D.**  $\frac{1}{2}$ . **P.** 14. **V.**  $\frac{1}{6}$ . **A.**  $\frac{3}{4}$ . **C.** 18.

*Chætodon*, *capiſtratus*., ocello ad caudam; spinis dorsibus 13. *Der Soldatenfisch.* *Bloch. N. A. F.* III. 92. tab. 205. fig. 2. **Br.** 5. **D.**  $\frac{1}{3}$ . **P.** 14. **V.**  $\frac{1}{6}$ . **A.**  $\frac{3}{5}$ . **C.** 16.

**Caput** modice magnum. **Oculi** magni. **Iris** flava. **Operculum** diphyllum. **Membrana** branch. tecta. **Apertura** branch. ampla. **Squamæ** magnæ. **Color** fundamentalis albus, lineis fuscis obliquis, divergentibus, in angulum acutum, versus caput directum, concurrentibus, fascia nigra oculari & ocello nigro, albo annulo cincto prope pinnam caudæ distinctus. **Opercula** & **spinæ** dorsi & ani thalassina. **Reliquæ** pinnæ flavidæ. **Habitat** in Jæmaica.

*Chætodon* macrolepidotus, albescens; linea nigra ad oculos & macula rotunda ad caudam. *Sebæ thes.* III. p. 68. tab. 25. fig. 16. Vide *Mantissam* I.

*Tetragonopterus* n. 2. *Kleinii Miff.* IV. 34. tab. 11. fig. 5.

21. *CHÆTODON*, *ocellatus*, fascia oculari, aculeis duodecim; ocello in pinna dorsali. *Das Pfauenauge.* *Bloch.* III. 105. tab. 211. fig. 2. **Br.** 5. **D.**  $\frac{1}{2}$ . **P.** 16. **V.**  $\frac{1}{6}$ . **A.**  $\frac{3}{2}$ . **C.** 18.

**Maxillæ** æquales, aliquantum porrectæ: **Labia** crassa. **Caput** & **pinnæ** squamis minutis; **truncus** vero magnis vestitus. **Opercula** aureis lamellis composita. **Membrana** branchialis aperta. **Dorsum** flavum; **latera** & **abdomen** alba. **Linea**

## ADDITAMENTUM.

nea lateralis interrupta. Pars anterior recta a superiore extremitate operculi ad ocellum tendit; posterior etiam recta in medio extremitatis caudæ conspicua. Pinnæ omnes cinereæ. Habitat in India.

*Chætodon macrolepidotus*, albescens, linea nigra ad oculos & macula rotunda in pinna dorsali. *Sebae th.* III. 67. tab. 25. fig. 11. D.  $\frac{1}{3}\frac{3}{7}$ . P. . . A. . . A.  $\frac{2}{2}\frac{3}{3}$ . C. . . Vide *Mantissam I.*

22. *Chætodon, bimaculatus*, fascia oculari; maculis duabus in pinna dorsali. *Der zweifleckige Klippfisch.* *Bloch. N. A. F.* IV. 9. tab. 219. fig. 1. Br. 6. D.  $\frac{1}{3}\frac{2}{4}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}$ . C. 17.

Maxillæ porrectæ. Iris aurea. Pupilla nigra. Membrana branch. latens. Linea lateralis dorso propior & paralela. P. D. longitudinalis, composita, inferne flavescens, superne cinerea, ocellis duobus nigris, iride alba cinctis, in parte posteriore ornata. P. A. dorsali similis & concolor absque ocellis. P. P & V. rubræ. P. C. rotundata, cinerea. Color corporis leucophæus, fascia nigra, alba linea utrinque inclusa, a nucha per oculos, ad gulam ducta distinctus.

23. *Chætodon, Imperator*, longitudinaliter striata; aculeis dorsalibus quatuordecim. *Der Kaiserfisch.* *Bloch. N. A. F.* III. 51. 194. D.  $\frac{1}{3}\frac{4}{4}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{2}\frac{3}{3}$ . C. 16.

Caput magnum, microlepidotum. Os parvum. Maxillæ æquales, labiis crassis. Dentes setosi, æquales. Oculi magni. Pupilla nigra. Iris aurantia. Circa oculos stria arcuata cærulea conspicitur. Os malæ cæruleo marginatum, & valida spina armatum. Operculum utrumque, diphyllum, stria cærulea pictum. Corpus obverse cordatum, valde compressum, macrolepidotum, ante pinnas pectorales & ventrales microlepidotum. Linea lateralis summa dorso paralela, curvato-recta. Color fundamentalis flavus, tenuis permultis cæruleis, fere paralelis, variegatus. P. D & A. crassæ, rigidæ & pone rotundatae. P. C. rotundata. Pinnæ omnes flavent. Habitat in India.

24. *Chætodon, maculosus*, cinereus, maculis transversis cæruleis; operculis anterioribus unispinosis. *Arabibus. Arusa. Forskål. I. c. 62.* Br. 5. D.  $\frac{1}{3}\frac{2}{4}$ . P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{2}\frac{3}{3}$ . C. 16. Corpus

## ADDITAMENTUM.

Corpus ovato-oblongum. Dorsum curvum. Abdomen rectum. Dentes filiformes, introflexiles, apice simplices, numerosi. Labium superius protractile. Frons inter oculos elata, plana, squamata. Opercula squamata; anteriora pone serrata, infra spina retrospectante, forti, lanceolata. Color cinereo-sericeus; maculae multæ, transversæ, lineares, cæruleæ ad nucham: in operculis posterioribus & gula maculae paucæ cæruleæ: pone medium corpus macula magna, transversa aurea, pone truncata, antice rotundata, superne sinibus cinereis interrupta. P. P. ovatae, obtusa. P. V. lanceolatae, ultra anum pertingentes. P. D. superne recta, surgens retrorsum, pone falcata, sub falce perpendiculariter truncata. P. A. triangulare, infra recta, horizontalis. P. C. integra, parum rotundata. Spinæ dorsi ordine longiores. Spinæ ani ordine duplo longiores praecedentibus. Linea lateralis dorso propinqua, paralela. Squamae versus caput latiores, margine striatae, ferratae. Cauda & P. C. cinerea, guttis flavis.

25. *Chætodon, macrolepidotus*, cauda integra; spinis dorsalibus 11 radio dorsali quarto, filiformi, longissimo. L. S. N. 464.

*Chætodon, macrolepidotus*, bifasciatus, cauda truncata, radio quarto longissimo. *Der grosschuppiche Klippfisch.* Bloch. N. A. F. III. 69. tab. 200. fig. I. D.  $\frac{3}{4}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 18.

Corpus valde cathetoplateum, rotundum ante subconicum pinna caudæ truncata. Caput parvum microlepidotum. Maxillæ æquales, parum productæ. Oculi magni, summi, a rostro remotiores. Pupilla nigra. Iris subcærulea. Operculum monophyllum. Os malæ acute angulatum. Apertura branchialis ampla. Membrana branch. tecta. Linea lateralis arcuata, summa, dorso fere paralela. Squamae in initio trunci parvæ, dein ampliatæ. Color argenteus ad cæruleum vergens, fasciis duabus, latis, spadiceis, in anteriore et posteriore parte trunci, itemque duabus maculis fuscis prope oculos distinctus. Habitat in India.

## ADDITAMENTUM.

Chætodon maxillis productis brevibus; ossiculo quarto pinnæ dorsalis setiformi, longissimo. Gronov. zooph. n. 234. Mus. ichth. n. 194. D.  $\frac{5}{7}$ . P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{7}$ . C. 16.

Corpus breve, admodum cathetoplateum. Caput parvum, inerme, omnino squatum, cathetoplateum. Rostrum breve. Maxillæ æquales. Oculi maximi, summi. Opercula rotundata, inermia. Dorsum acutissime carinatum, arcuatum. Pectus & venter usque anum plana declinant deinceps arcuato ductu venter adscendit versus caudam angustam. Squamae magnæ, confertissimæ. Linea lateralis curva, dorso proxima. P. D. in summo dorso orta, semilongitudinalis ossiculis 37. Tria anteriora brevissima aculeata; quartum longissimum in setam abit, quæ ultra caudam prominet, hoc sequuntur adhuc 7 aculeata multo breviora, reliqua sunt inermia, subramola. P. P. subinferæ. P. V. sub pectoralibus sitæ. P. C. subrotunda, parva.

Chætodon macrolepidotus; lineis utrinque duabus nigris; ossiculo quarto pinnæ dorsalis setiformi, longissimo. Sebæ thes. III. 66. tab. 25. fig. 8. Vide Mantissam I & Artedi Spec. 94. n. 6.

Tafelwisch, Pampus - Visch, Belgis. Renard hist. des Poiss. II. 1. fig. 13. Valentin Ind. III. 448. fig. 324.

26. Chætodon, Teira, fasciis tribus nigris; pinna dorsali analique longissimis. Der Schwarzflosser. Bloch N. A. F. III. 65. tab. 199. fig. 1. Br. 5. D.  $\frac{5}{4}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{7}$ . C. 17.

Corpus valde compressum, ante valde declive, subrotundum, dorso alte arcuato. Caput & rictus parva. Dentes ut in congeneribus. Iris e rubicundulo alba. Pupilla nigra. Operculum monophyllum. Membrana branch. semipatens. Linea lateralis valde arcuata alba, punctata. Anus capiti propior. Squamae parvæ, denticulatæ. P. D. semilongitudinalis, falcata, duplo longior, quam truncus, utrinque nigra, in medio alba. P. A. dorsali subæqualis, ante alba, pone nigra. P. V. angustissimæ, falcatae, prælongæ, nigrae thoracicae pectorales præcedunt. P. P & C. albæ rotundatae. Color albus, tribus fasciis

Artedi Genera.

Ggg nigris

## ADDITIONAL.

nigris distinctus. Prima fascia circa oculos transit. Secunda post operculum ab ano ad dorsum & inde ad marginem exteriorem pinnæ dorsalis excurrit. Tertia partem posteriorem trunci, pinnæ dorsalis & analis occupat. Habitat in India.

*Chætodon, Teira*, compore rhombico, fuscescente; fascia transversa dupli obscuriore; pinnis ventralibus, ani & dorsi falcatis, corpore longioribus. *Forskål* l. c. pag. 60. Br. 5. D.  $\frac{5}{3}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{6}$ . C. 17.

Corpus sine pinnis rhombico-subrotundum, compressum, fuscum, fasciis transversis, obscuris tribus: prima per oculos, secunda regione P. P. tertia per caudæ basin. Truncus ab ore ad P. D. valde præceps. Opercula squamata. Nares utrinque duæ; anterior orbiculata, posterior oblonga, duplo grandior, angusta. Squamæ parvæ, dentatæ. Linea later. sursum curvata, dorso propior. Dentes numerosi, mobiles; exterior ordo dentibus tribus; interiores fere demersi in gingivis; superiores magis evidentes. Iris extus fusca, intus argentea. P. C. truncata. P. P. & caudæ albæ basi nigrae. P. D & A. nigricantes, elongatae, falcatae. Primus radius inermis, longus, reliqui decrescentes. P. D. corpore duplo longior A. brevior. Spina pinnæ dorsalis & ani postrema triplo longior antecedenti. Longitudo piseis ulnæ.

An varietas Chaetodontis pinnati?

27. *CHÆTODON, bicolor.* *Der zweifarbig Klippfisch.*  
*Bloch. N. A. F. III. 94. tab. 206. fig. 1. - D.  $\frac{5}{3}$ . P. 14.*  
*V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{6}$ . C. 16.*

Corpus oblongum, valde compressum, omnino squamosum. Operculum magnum monophyllum denticulatum, unispinosum. Caput magnum superne declive. Dentes setosi. Oculi magni, supremi. Pupilla nigra. Iris argentea. P. D & A. longitudinales, retrorsum crescentes, fine acute angulato, usque marginem squamatae, alboque, marginatae. P. P. hyalinae, obtusae. P. V. parvae, thoraeciae, obtusae. P. G. rotundata. Color: Caput dimidium anterius trunci pinnaeque dorsalis & cauda sunt alba, reliquæ partes rufæ. Habitat in utraque India.

## ADDITAMENTUM.

*Acarauina maculata* *Edwards*. *glean.* tab. 283. *Seligmannsvægel.* VIII. tab. 73. fig. 4.

28. *CHÆTODON*, *ciliaris*, cauda integra; spinis pinnae dorsalis 14. operculis spinosis; squamis ciliatis. *L. S. N.* 465.

*Chaetodon*, *ciliaris*, griseus fasciis 4 fuscis. *Mus. Ad. Fr.* I. 62. tab. 33. fig. 1. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{4}{4}$ . P. 20. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2} \frac{3}{3}$ . C. 18.

Corpus griseum. Fascia perpendicularis, fusca ante oculos. Fascia pone oculos. Fascia in medio pectoris recurvata. Fascia brevis ad marginem opercularum. Fuscus est margo pinnae dorsalis tam antice quam postice. Dentes setacei, paralleli. Labia mobilia. Opercula spina exeunt. Squamae omnes striatae, ciliatae, quibus etiam pinna dorfi, ani, caudae & opercula teguntur. P. D. & ani pone acuminatae, longitudo caudae. P. C. rotundata.

*Chaetodon*, *ciliaris*, operculo aculeato; squamis ciliatis. *Die Haarschuppe.* *Bloch. N. A. F.* III. 111. tab. 214. Br. 6. D.  $\frac{1}{2} \frac{4}{3}$ . P. 20. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2} \frac{3}{2}$ . C. 16.

Corpus compressum, carnosum, ante subacutum pone spathulatum macrolepidotum. Caput mediocre, a dorso declive, microlepidotum. Rictus minimus. Maxillæ aequales. Labia crassa. Pupilla nigra. Iris e rubicundulo alba. Os malae pone denticulatum spina magna inferne exit. Duae insuper spinulae ad marginem inferiorem prostant. Membrana branchialis semipatens. Linea lateralis summa; dorso parallela. Anus medius. Squamae ciliatae extus pilosae, in trunco magnae, in capite & pinnis minutae. Pinnae cinerei coloris spadiceo marginatae. P. D. longitudinalis retrosum crescens, extremitate falcata, longa pinnam caudæ superat. P. A. dorsali similis sed parum brevior. P. P. parvae, obtusae, subinferae. P. V. thoraciae, acuminatae, paulo longiores pectoralibus. P. C. rotundata. Color cinereus, in dorso fuscescit & in abdomen albescit. Annulus niger super nucham conspicitur.

*Chaetodon* macrolepidotus; cauda subrotunda; aculeis utrinque duobus in operculis, postico longissimo. *Gronov.* *Mus. ichth.* n. 192. D.  $\frac{1}{2} \frac{4}{3}$ . P. 26. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2} \frac{3}{5}$ . C. 17.

## ADDITAMENTUM.

Caput parvum, squamosum, a dorso declive. Lacuna inter oculos. Opercula pone obtuse angulata; anterior inferne aculeo parvo alioque longo munita. Linea later. curvata, summa. P. D. longitudinalis, Radii ejus longissimi intermedii ultra caudam extensi. P. A. similis priori sed brevior. P. C. subrotunda. Squamæ scabré magnæ in capite & in basi pinnum, minores, macula lunata flava notatæ. Color fusco-flavescens maculis suberoceis lineisque cæruleo-albicantibus varius. Linea angusta cæruleo-albicans prima ante oculos, alia similis post oculos; tertia minima ad angulum operculorum; quarta arcuata, a dorso ad anum extensa. Præterea macula concolor in extremitate pinnæ dorsi & ani elucet.

Acarauna altera major *Listeri* in *Appendice Willugby.* p. 23. tab. O. 3. fig. 1.

29. *CHÆTODON*, *diacanthus*, oblongus; cauda integra; operculis ferratis, aculeo longo inferne præditis; rostro phitaceo nudo. *Boddært epist. de Chætodonte diacantho*, c. ico-ne *Amstelod.* 1772. p. 19. Br. 6. D.  $\frac{4}{3}$ . V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.

Caput compressum, subrotundum, altius quam longum; microlepidotum, rostro nudo, obtuso ante frontem præcipitem, prominulo. Rictus parvus, transversus. Maxillæ breves, subæquales, retrahendæ; supera ante truncata, duobus finibus excisa, inter quos processus acutus, brevis, declinatus prostat. Palatum rugosum. Dentes setacei, in medio articulati, incurvi, æquales, præter duos anteriores maiores in maxilla supera. Opercula tribus laminis imbricatis instructa; prima & tertia inermes, media vero novem aculeis minutis & spina longa, ensiformi armata.

Apertura branch. lateralis & gularis inter laminam secundam & tertiam. Præterea foraminulum in branchias transiens inter laminam primam & secundam adest. Oculi summi, sub medii. Iris 5 annulis discoloriis variegata. Pupilla minima aterrima. Truncus squamis aculeatis vestitus, compressus, oblongus, pone in modum turbinis in caudam brevem angustam cylindricam contractus. P. D. longitudinalis, composita, supra medium linearis & aculeis 14 distantibus, apice nigris, suffulta,

## ADDITAMENTUM.

fulta, pone multo latior, rotundata, mollis, descendens versus caudam. P. A. dorsali similis, sed angustior. P. P. inferæ, obliquæ truncatæ, parvæ. P. V. thoracicæ, spina valida longa & 5 radiis mollibus, decrescentibus compositæ. P. C. parva, rotundata. Color capitis maxima ex parte spadiceus ad margines laminæ primæ & tertiaræ cœruleo albidus, superne lineis latis, cœruleis duabus, a vertice ad oculos oblique ductis, & una concolore recta in fronte variegatus. Truncus spadiceus, fasciis latis 6 fulvis, superne angustioribus cœruleoque superinductis, utrinque fusca linea marginatis, itemque duabus angustis in extremitate caudæ ornatus. P. D. fusco-flava lineis obliquis fuscis distincta sed in parte postica molli striis & maculis violaceis picta. P. A. fusco-flava lineis arcuatis, parallelis cœruleo-violaceis variegata. Longitudo 5 unciarum. Latitudo perpendicularis 3½ unciar. Habitat circa Amboinam & Insulas Molluccenses.

*Chætodon, Boddærti, Gmelin, L. S. N. 1243.*

30. CHÆTODON, *Tabak* fasciis variis W.

*Chætodon, fasciatus*, flavus; fascia oculari nigra; supra nucham alba; per latera ferrugineo-fusca. Arabibus *Tâbak el kus*. *Forskål* l. c. 59. Br. 6. D.  $\frac{1}{3} \frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.

Caput conico-obtusum. Labium superius protractile. Dentes filiformes, flexiles. Corpus ovale, squamatum. Ramamenta valida post spinas dorsales & ani. Spinæ D & A in fosula recondendæ. Fascia nigra per oculos, supra juncta. Pone illam brevior alba, lata, magis infra. Dorsi initium flavum, reliqua ejus pars intra lineam lateralem nigra. Fasciæ laterales ferrugineo-fuscae utrinque octo, retrorsum surgentes obliquæ. Vitta fulva ambit basin. P. D. dein nigra, postea ferrugineo-flava; margo flavus, terminatus linea ferrugineo-fusca. P. A. ferrugineo-flava. P. C. truncata, flavigens; fascia media fusca, margine postico albo; intra fascia ferruginea & linea flava transversa. P. V. flavae. P. P. glaucae. Longitudo 3 pollicum latitudo 2½ poll.

## ADDITAMENTUM.

31. *CHÆTODON*, *Kleinii*, fascia oculari; aculeis 17 in pinna dorsi. *Der Kleinische Klippfisch.* *Bloch. N. A. F.* IV. 7. tab. 218. fig. 2. Br. 5. D.  $\frac{1}{3}\frac{2}{7}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{3}{5}$ . C. 18.

Corpus fere orbiculare. Rictus angustus. Nates simpli-  
ces. Iris alba. Pupilla nigra. Opercula diphylla. Mem-  
brana branch. patens. Linea lateralis summa, dorso ferme  
paralela. Anus medius. P. D. longitudinalis, arcuata, com-  
posita. P. A. priori similis. P. P & P. V. sibi oppositae, acutae.  
P. C. parva, rotundata. Color fundamentalis albidus, versus  
dorsum spadiceus, in pinnis aureus. Habitat in India orientali.

*Rhomboides dentatus*; capite magis contracto; oculis  
in medio zonae unicae, obliquae; 17 aculeis curvis, in P. D.  
eminibus; squamis latis. *Kleinii M.* IV. 37. tab. 10. fig. 2.

32. *CHÆTODON*, *Auriga*, albidus, oblique; radio pin-  
næ dorsalis quinto in filum producto. *Arabibus Motki.* *Forskål.*  
l. c. 60. Br. 6. D.  $\frac{1}{3}\frac{2}{7}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{3}{4}$ . C. 17.

Corpus 5 poll. long. 3 poll. latum, compressum, fere  
rhomboidale. Os conico-compressum, prominens. Labia ro-  
tundata, æqualia. Dentes plurium serierum. Vertex planus,  
squamatutus albo-rufescens, fasciis transversis, fulvis 4. Ca-  
put fascia laterali nigra per oculos ad gulam. Iris nigra. Dorsi  
initium altum, inde rectum; abdomen pari figura. Color al-  
bido-cæruleus, fasciis obliquis, fuscis, paralelis; primæ 6 dor-  
sales antrorsum descendunt; reliquæ deinde perpendiculariter re-  
trorsum. Pone totum corpus & cauda fulva. Margo posti-  
cus. P. D. niger. P. A. lineis; nigra, alba, denique pallide  
flava marginati. P. C. truncata, fulva, margine albo, luna  
flava retroversa. Filum horizontale e radio inermi quinto or-  
tum, & dimidio longius P. C. Ramenta valida post spinas D &  
A. Linea lateralis curvata. Squamæ rhomboidales.

33. *CHÆTODON*, *pictus*, albidus; lineis obliquis viola-  
ceis; fascia nigra oculorum & caudæ. *Forskål.* l. c. pag. 65.  
Br. 6. D.  $\frac{1}{3}\frac{2}{8}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{3}{4}$ . C. 17.

Corpus compressum, fere rectanguli forma. Rostrum  
prominens. Labia æqualia. Vertex 5 lineis transversis, fulvis.  
Fascia nigra per utrumque oculum, supra juncta. Utroque la-  
tere

## ADDITAMENTUM.

tere lineæ violaceæ, paralelæ sex supremæ sursum adscendentes, reliquæ 12 deorsum. Fascia obliqua nigra per basin caudæ, P. D. nigra ante radios spinosæ; pone rotundata ut & P. A. breviores P. C. quæ truncatæ, in medio lunula aurea, margine fusco. Linea lateralis curva, paralela margini P. D. Squamæ latæ, ferratæ, seriebus obliquis.

34. CHÆTODON, rostratus, cauda integra; spinis pinnæ dorsalis 9; maculaque ocellari; rostro cylindrico. L.S.N. 460. Mus. Ad. Fr. I. p. 61. tab. 33. fig. 2, Br. 5. D.  $\frac{9}{20}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 14.

Corpus ovatum, compressum. Fascia grisea perpendicularis fecat caput per oculos. Fascia similis priori ab initio P. D. descendit ante pinnas pectorales & ventrales. Fascia grisea perpendicularis in medio pisce. Fascia fusca saturatior cingit caudam ante pinnas. Macula fusca orbicularis in medio pinnæ dorsalis, ubi mutica. Rostrum elongatum. Dentes minimi. Opercula squamata. P. D. & A. æquales, valde transversæ & lateribus squamatæ. Pinnae ventralis radius secundus longior reliquis. P. C. æqualis, parva.

Jaculator Philos. transact. Vol. 54. p. 89. tab. 9.

Chaetodon, rostratus; rostro cylindrico; macula ocellata in dorso. Der Schnabelfisch. Bloch N. A. F. III. 78. tab. 202. fig. 1. D.  $\frac{9}{20}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 15.

Der Spritzfisch. Stralsundisches Magazin. I. 64.

Chætodon, chilensis, aureus, cauda integra; spinis dorsibus 11; corpore aureo; fasciis 5 discoloribus distincto. Molinae Versuch einer Naturgeschichte von Chili p. 200.

Corpus ovatum, compressum, microlepidotum, pedale. Caput parvum, rostro in longitudinem productio, denticulisque præditum. Nares binæ prope oculos. Opercula branch. triphylla. Apertura branch., lateralis, arcuata. Linea lateralis arcuata, supræma, inconspicua. Anus fere medius. P. D. magna, longitudinalis, aculeata, flava. P. P. infimæ, minime, acuminatæ. P. V. infimæ, thoracicæ, acuminatæ. P. A. longitudinalis. P. C. flabelliformis. Color aureus quinque fasciis discoloribus variegatus. Fascia nigra a cervice per oculos ducta. Fasciæ duæ

## ADDITAMENTUM.

duæ cinereæ in trunco, quae illum in 4 partes aequales dividunt, aliaeque duæ nigrae & cinereæ, circa caudam argenteam margine flavo terminatam. Praeterea macula ovalis nigra ad caudam conspicitur. Caro sapidissima.

Aper marinus aureus maculatus. *Feuillée Beschreib. der Pflanzen.* I. 100.

*Chætodon macrolepidotus* albo flavescens, rostro longissimo, osseo & macula nigra ad basin pinnae caudæ. *Sebae thes.* III. 68. tab. 25. fig. 17. D.  $\frac{9}{5}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. .... Vide *Mantissam* I.

35. *CHÆTODON*, *Collare*, capite quinque fasciato; spinis dorsalibus duodecim. *Die Halsbinde.* *Bloch N. A. F.* III. 116. tab. 216. fig. 1. Br. 4. D.  $\frac{12}{5}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 20.

Corpus ovatum, valde compressum, ante subacutum, pone rotundatum, macrolepidotum. Maxillæ prominent. Oculi magni, iride caerulea, pupilla nigra, velamento tecta. Caput mediocre, macrolepidotum, altius quam longum, fronte admodum declivi, & rostro brevi resimo. Membrana branchialis tecta. Linea lateralis summa, a superiore parte operculi oblique ad medium pinnae dorsalis ascendit, ibidemque angulum obtusum includit, dein haud procul a dorso decurrentis ad finem pinnae dorsalis interrumpitur. Denique haud procul a cauda denuo exordium capit. P. D. longitudinalis, microlepidota, retrorsum crescens, pone rotundata, sinn angusto & profundo a caudæ extremo separata. P. A. dorsali similis. P. P. obtusæ, inferæ. P. V. pectoralibus fere aequales sub thorace sitæ. P. C. rotundata. Caput quinque fasciis bicoloribus alternis pictum, nempe duabus albis & tribus nigris. Dorsum & latera sunt caerulea; abdomen subflavum. P. P. flavae. Reliquæ pinnae subflavae ad marginem suscepuntur. Praeterea in P. D. fascia citrina & in caudali fascia fusca conspicitur. Habitat ad Japaniam.

*Chætodon macrolepidotus*, nigrescens lineis utrinque duabus albis ad caput. *Sebae thes.* III. tab 25. fig. 10. D.  $\frac{12}{5}$ . P. 16. V. 6. A.  $\frac{3}{4}$ . C. .... Vide *Mantissam* I.

## ADDITAMENTUM.

36. CHÆTODON, *pinnatus*, cauda int̄egra; spinis dorsibus 4; pinna dorsali analique longissima. L. S. N. 461.

Chaetodon, *pinnatus*, griseus; fascia frontali apiceque caudae albis. Mus. Ad. Fr. I. 64. tab. 33. fig. 6. D.  $\frac{4}{3}$ . P. 18. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ . C. 18.

Frons linea perpendiculari alba, ab ore ad pinnam dorsi ducta. Squamosa sunt opercula P. D. & A. & C. Pinna dorsalis, ventrales, ani in medio longissimis, mollissimis radiis fusca constant, qui corpore multo longiores. Corpus griseo fuscum, marginē caudae albo,

Chætodon rostro obtuso, capite inerini; cauda rotundata officulis pinnarum dorsi, ani & ventris anticis, setiformibus longissimis. Gronov. zooph. n. 236. Mus. icht. n. 193. D.  $\frac{4}{3}$ . P. 16. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ . C....

*Ikan Kambing*, Bokkenvisch. Valentin Ind. vet. Et̄ nov. III. p. 366. fig. 62.

37. CHÆTODON, *annularis*, striatus; annulo ad lineam lateralem. Der Ring. Bloch N. A. F. III. 114. tab. 215. sig. 2. D.  $\frac{1}{4} \frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{8}$ . C. 16.

Corpus microlepidotum valde compressum, ovale, ante obtusum, pone cum pennis sursum angulatum cæterum rotundatum. Capit parvum, squamosum, altius quam longum, trunco immisum. Opercula squamosa. Os malae pone denticulatum & inferne spinaretraversa armatum. Iris argentea. Anus medius. Linea lateralis summa, dorso paralela. P. D. fere longitudinalis terrorsum crescens, in fine acute angulata. P. A. longitudinalis sensim crescens, pone rotundata. P. P. medios, obtusæ. P. V. acuminatæ, pectoralibus longiores. P. C. parva, rotundata distincta. Color fundamentalis subspadiceus, vittis incurvis, cæruleis, utrinque sex & annulo concolore distinctus. Vitta prima brevissima, leviter flexuosa lineam lateralem oblique transcendens, haud procul a superiori operculi extremitate oriunda, cum secunda ab oculo et tertia a rostro incipientibus ad extremum pinnæ dorsalis decurrit. Reliqnæ tres in abdome ad caudæ extremum angustum vergunt. Ante exortum vittæ primæ annulus in linea lateralí jacet. Præterea linea cærulea

## ADDITIONAL.

curvata prope marginem posteriorem pinnæ caudæ existit. P. P. & V. & A. albidæ. P. D. autem & A. fuscæ sunt. Habitat in India orientali.

*Cambodische Pampusvisth.* *Valentin Ind.* III. fig. 468. & 347.

38. *CHÆTODON*, *Vespertilio*; pinna dorsali, analique latis; fascia caudali nigra. *Der Breitflosser.* *Bloch. N. A. F.* III. 67. Br. 5. D.  $\frac{5}{4}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{3}$ . C. 17.

Corpus microlepidotum, admodum cathetoplateum, ex rhomboe- orbiculatum, ante obtuse angulatum, ad extremum caudæ spathulatum. Caput alepidotum, parvum, altius quam longum, ante obtusum superne præceps. Rictus parvus, leviter ascendens. Labia crassa. Oculi summi, submedii, magni. Iris argentea ad flavum vergens. Pupilla nigra. Opercula fere rotundata, pone obsolete angulata, argentea. Apertura branchialis arcuata, lateralis & gularis. Membrana branch. tecta. Linea lateralis arcuato-recta. P. D. maxima, semilongitudinalis, triangularis, altior quam lata, pone acute angulata, distincta, ad basin crassa, squamata & subflava. P. A. longitudinalis, dorsali similis. P. P. parvæ, oblongæ, obtusæ, subinfernæ. P. V. prælongæ, acuminatæ, falcatæ, thoracicæ. Color ad dorsum & in pinnis cinereus; in lateribus & abdome albidus, fascia lata nigra ad initium pinnæ caudali ornatus.

*Varietas.*

*Sea Batt. Listeri* vide *Willugby App.* 24. tab. O. 5.

Color subrufus undatim dispositus, luteus ad extimas pinnas branchiales, Iris aurea. Habitat prope insulam St. Helenæ.

39. *CHÆTODON*, *lanceolatus*, cauda integra; corpore fasciis tribus; oculari, pectorali longitudinalique. *L. S. N.* 466.

Corpus oblongum, lanceolatum; fasciæ nigræ, margine griseæ 3; prima transversa per oculos; secunda transverla per thoracem; tertia a pinna dorsali anteriori ad pinnam caudæ. Habitat in India.

*Guapervia*, *Edwards av.* 210. tab. 210.

\*\* *Ch.*

## ADDITAMENTUM.

\*\* *Ch. cauda fissa aut excavata.*

40. CHÆTODON, *glaucus*, linea laterali recta; aculeis dorsalibus quinque. *Der blaue Klippfisch.* Bloch N. A. F. III. 112. tab. 210. D.  $\frac{5}{2}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 17. C. 20.

Corpus squamosum, ovato-oblongum, retrofsum a medio sensim angustatum; valde compressum. Caput ovatum, squammatum, superne declive. Rictus mediocris, parum ascendens. Labia crassa, e pluribus ossiculis composita. Oculi parvi, submedii, rostro propiores. Pupilla ampla, nigra. Iris aurea, angusta. Membrana branchialis patens. Apertura branch. gularis & lateralis, arcuata. Linea lateralis recta submedia, dorso tamen-propior. P. D. semilongitudinalis. Pars ejus anterior 5 aculeis brevibus, distinctis constat; posterior in initio falcata, longissima, acuminata, dein humilis & linearis. P. A. æqualis & similis parti posteriori mollis pinnæ dorsalis. P. P. parvæ, subacutæ, subinferæ. P. V. pectoralibus similes, sed minores. P. C. forficata, longa. Color in dorso & in lateribus usque lineam lateralem cæruleus, fasciis sex nigris angustis dimidiatis distinctus; sub linea autem laterali & in abdome argenteus. P. P. & V. albicant, cæteræ pinnæ infuscæ, ad basin leviter flavent.

Glaucus antiquorum. Gautier journ. de phys. 1756. Dec. p. 468.

Pesquè Pampus. Renard poiff. I. fig. 151?

41. CHÆTODON, *rhomboides*, aculeis analibus duobus, dorsalibus quinque. *Der rautenförmige Klippfisch.* Bloch. N. A. F. III. 100. tab. 209. Br. 4. D.  $\frac{5}{2}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{24}$ . C. 26.

Corpus valde compressum, obsolete rhomboideum, squamatum. Caput fere orbiculatum, trunco immissum, superne arcuatum, fronte præcipiti, microlepidotum. Rictus mediocris, parum ascendens. Dentes minimi. Maxilla supera duobus ossiculis constructa. Oculi magni, rostro propiores, rotundi, pupilla nigra, iride rubra, interne alba. Opercula diphylla, integra. Membrana branchialis patens. Truncus aliquantum longior quam latus. Dorsum carinatum valde arcuatum in

## ADDITIONAL.

medio obsolete angulatum. Abdomen usque anum convexum, cæterum dorso simile. Cauda in extremo angusta, spathulata. Linea lateralis summa, parum arcuata. P. D. composita, aculeis brevissimis 5 fere solitariis ante medium dorsi incipit. Pars posterior mollis, uncinata, primo falcata, dein linearis. P. A. pinnae dorsali similis. P. P. breves, rotundatae, submediæ. P. V. subacutæ, thoracicæ. P. C. longa forficata. Color dorsi viridis ad latera in thalassinum migrans, a medio laterum in tres fascias dimidiata, acute angulatus versus abdomen exit. Intersititia fasciarum albent; abdomen flavet. P. P. & V. violaceæ, ad basin flavæ. P. A. & D. & C. versus marginem virent. Habitat in America.

42. *CHÆTODON, Mauritii*, aculeis undecim dorsalibus; tribusque in pinna ani. *Der Moritzsche Klippfisch. Bloch N. A. F. III. 109. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . P. 14. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ . C. 18.*

Corpus cathetoplateum, oblongum, ante acute angulatum, pone angustius, spathulatum; microlepidotum. Caput parvum, subovatum, superne a nucha declive squamosum. Rictus amplius, parum ascendens. Labium superius duobus ossiculis compositum. Oculi summi, submedii. Iris argentea, ad aureum inclinans. Membrana branchialis tecta. Opercula integra, parum arcuata. Os maxæ obtuse angulatum. Linea lateralis summa, dorso paralela. Anus caudæ propior. P. D. semilongitudinalis, inæquabilis. Pars ejus mollis postica, rotundata, altior priore aculeata linearis. P. A. similis, parti posticæ pinnae dorsalis. P. P. parvæ, oblongæ, submediæ. P. V. acuminatæ, thoracicæ. P. C. parva, bifurca. Color dorsi saturate cæruleus, in lateribus dilutior, fasciis sex nigris angustis distinctus. Abdomen albet. P. V. flavent. P. P. sature cæruleo & ceteræ dilute cæruleo tinctæ sunt. Habitat in Brasilia. In 2 pedum longitudinem crescit.

43. *CHÆTODON, guttatus*, aculeis duobus ventralibus. *Der gefleckte Klippfisch. Bloch. N. A. F. III. 55. tab. 196. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{2}{5}$ . A.  $\frac{7}{6}$ . C. 16.*

Corpus compressum, microlepidotum, ovato-oblongum, ante subacutum, pone spathulatum. Caput ovatum, mediocre

## ADDITAMENTUM.

mediocre. Opercula integra, microlepidota, monophylla. Rictus mediocris, transversalis. Maxillæ æquales. Dentibus acutis supera emissicia duobus officulis composita. Oculi magni, summi, a rostro remotiores. Iris saturate flava. Pupilla nigra. Membrana branchialis testa. Linea lateralis curvato-recta, summa, dorso parallela, ad caudam infraclia. P. D. fere longitudinalis, inæquabilis. Pars ejus posterior brevis, mollis pone truncata, altior est aculeis subaequalibus. P. A. similis pinnae dorsali sed brevior. P. P. paivae, acutae, inferae. P. V. rotundatae, thoracicae, ante & pone aculeo armatae. P. C. mediocris pone excavata. Omnibus pinnis squamae deficiunt. Color dorsi cinereus ad latera albescit, qui maculis guttatis in numeris rufis in quincuncem ordinatis exornatur. P. P. ferrugineae; P. V. cinereae. P. D & A. saturate cinereae. P. C. flava, rufo guttata. Habitat in Iaponia.

44. *Chætodon bifasciatus*, cauda bifida, flava; fasciis duabus capitis nigris. Arabibus *Rabagi*. *Forskål.* descr. an. 64. Br. 5. D.  $\frac{5}{2} \frac{1}{4}$ . P.  $\frac{2}{2} v$ . V.  $\frac{1}{3}$ . A.  $\frac{3}{2} \frac{1}{4}$ . C. 17.

Ovato-oblongus argenteus; fasciis capitis nigris, latis; una per oculos, altera per marginem opercularum. Vertex rugosus. Iris argentea. Labium superius longius. Dentes incisores utriusque maxillae, quini validi conico obtusi. Maxillæ plenae callis haemisphericis, confertis, validis. Nares lineares. Linea lateralis curva, dorso parallela & propior. Opercula anteriora pone ferrata; posteriora pone acumine osseo. P. D & C. flavae P. P. diuidio superiori flavae, inferiori albae. P. V. nigrae. Spinae dorsales & ani in fossa. Earum pars resupina squamis erectis & pone angulo carneo. Cauda protensa linearis, pinna bifida. Spina primæ pinnae analis quintuplo brevior secunda.

45. *Chætodon aruanus*, fasciis tribus, nigris. *Der Schwarzkopf.* *Bloch.* N. A. F. III. 62. tab. 198. fig. 2. D.  $\frac{5}{2} \frac{1}{4}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{3}$ . A.  $\frac{2}{2} \frac{1}{3}$ . C. 16.

Corpus parvum, ovato-oblongum, valde compressum, microlepidotum, ante obtusum, pone spathulatum. Caput magnum, altius quam longum, squamosum. Rictus parvus,

## ADDITAMENTUM.

ascendens. Maxillæ æquales. Dentes parvi, cuneati, acuti. Oculi summi, rostro propiores. Iris alba. Opæcula monophylla pone obsolete acuta. Os malæ arcuatum, denticulatum. Membrana branchialis tecta. Linea lateralis summa, arcuato-recta, ad caudam infraæta. Anus caudæ propior. P. D. longitudinalis fere æqualis, ad dorsum squamosa, pone acute angulata. P. A. pinnæ dorsali similis. P. P. subinferæ, obtusæ. P. V. acuminatæ, thoracieæ, duplo longiores pectoralibus. P. C. mediocris, rotundata. Color fundamentalis argenteus, ad dorsum cinereo obscuratus; tribus fasciis latis arcuatis, nigris distinguitur. Prima a nucha prope frontem albam super oculum usque mentum oblique descendit; secunda ante medium pinnæ dorsalis oriunda, arcuatim super basin pinnæ pectoralis transit ad abdomen simul pinnas ventrales occupat; tertia super caudam usque ad extremitatem pinnæ dorsalis & analis distensa est. Pinnæ caudæ, ut & reliquæ partes pinnarum dorsi, pectoralium & analis, a fasciis liberæ, cinereo tintæ sunt. Habitat in India. Ob formam dentium ad genus Percæ referri potest.

Rhomboides parvus ad ortum caudæ, in medio latere & ad oculos fasciis tribus divaricatus. *Kleinii Mif. IV.* 37. tab. 11. fig. 3.

*Varietas.*

*Chætodon, aruanus*, cauda bifida; spinis pinnæ dorsalis 12, corpore fasciis fuscis. *L. S. N.* 464.

Frons alba est.

*Chætodon, arcuatus*, cauda bifurca; fasciis tribus fuscis. *Mif. Ad. Fr.* I. 63. tab. 33. fig. 8. Br. 3. f. 4. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 16.

Corpus pictum. Frons alba. Fascia transversa fusca a vertice per oculos ad gulari. Fascia per pectus. Fascia per postica pinnarum dorsi & ani. Macula catidæ fusca in quibusdam. Dentes rigidiusculi. Opercula ferrata. Linea lateralis sursum arcuata. Cauda bifurca obtusa.

*Chaetodon, Abu Dafur*, charactere Aruani Linnaei, albus fasciis tribus nigris spinis dorsalibus 12, analibus 2. *Forskål.* l. c. 65.

Chae-

## ADDITIONAL.

*Chaetodon albescens*, macrolepidotus; cauda bifurca & operculis branchiarum parum ferratis *Sebæ thes.* III. tab. 26. n. 23. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{4}$ . P. 18. V. 6. A.  $\frac{2}{4}$ . C. ... Vide *Mantissam I.*

*Tetragonopterus*, demta cauda, fere ovalis; inferiore mandibula barbatus. Piscis squamis parvulis, rosei coloris; sub obliquis ductibus, latis badii coloris; operculis branchiarum caeruleofuscis. *Kleinii M.* IV. 38. n. 6. tab. 11. fig. 9.

46. *CHÆTODON, bengalensis*, fasciatus, aculeis dorsalisbus 13, duobusque in pinna ani. *Der Bengalishe Klippfisch.* *Bloch N. A. F.* III. 110. tab. 213. fig. 2. Br. 4. D.  $\frac{1}{2} \frac{3}{5}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{4}$ . C. 18.

Corpus macrolepidotum, valde compressum, ovatum, ante angulatum, pone spathulatum. Caput magnum, subovatum, altius quam longum a nucha declive ante obtusifuscum. Opercula arcuata, integra squamosa. Membrana branchialis tecta. Oculi summi, rostro propiores, magni. Iris ex albo luteola. Pupilla nigra. Linea lateralis summa, curvato-recta, ad caudam interrupta. Anus caudae extremo prior. P. D. fere longitudinalis pone acute angulata. P. A. pinnae dorsali similis sed dimidio brevior. P. P. magnae, lanceolatae, obtusae, subinferae. P. V. prioribus similes, sed breviores, thoracicae. P. C. biloba. Color albus, fasciis 5 spadicis variegatus. Pinnae spadiceae, ad extremitatem caeruleae.

?*Chaetodon, Hanni*, *Forskål* l. c. 65.

Rostrum obtusum. Dentes rigidi. Molares obtusi plurium serierum. Fasciae 5 alternae latiores. Radii pinnae dorsalis 3, 4, 5 inermes, longiores.

47. *CHÆTODON, Curacao*, spinis dorsalisbus tredecim duabusque in pinna ani. *Der Curacaoische Klippfisch.* *Bloch. N. A. F.* III. 106. tab. 212. fig. 1. D.  $\frac{1}{2} \frac{3}{5}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{4}$ . C. 16.

Corpus macrolepidotum, compressum, ovale, ante acute angulatum pone spathulatum. Caput magnum squamatum. Maxillæ æquales. Labia magna. Oculi magni, summi rostro propiores. Pupilla nigra. Iris aurea, albo annulo terminata. Opercula lata, arcuata, integra, macrolepidota. Linea

## ADDITAMENTUM.

nea lateralis curvato recta, ad caudam interrupta, squamis oblongis, albidis composita. P. D. fere longitudinalis, alta, inæquabilis, pone in parte molli altior & rotundata. P. A. similis parti molli pinnæ dorsalis, eaque major. P. P. oblongæ, obtusæ, subinseræ. P. V. acuminatæ thoracicæ. P. C. bifurca, Color cæsius, marginibus squamarum argenteis splendens, ad dorsum subfuscō obscuratus. A dorso tres maculæ nebulosæ e limbis violaceis quarundam squamarum formatæ, ad medium laterum extensæ. Pinnæ fulvæ sunt. P. D & A. & caudæ ad basin squamosam spadiceo obscurantur. Habitat in America australi.

48. *CHÆTODON, marginatus*, pinnis marginatis acuminatisque. *Der eingefasste Klippfisch.* Bloch N. A. F. III. 98. tab. 207. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 12, V. 8. A. 16. C. 20.

Corpus macrolepidotum, valde compressum, ovale, ante acute angulatum, pone spathulatum. Caput ovatum mediocre, parum productum, squatum, a nucha declive. Opercula integra, lata, valde arcuata, squamosa. Membrana branchialis patens. Oculi magni ovaes, sumini, medii. Pupilla nigra ovalis. Iris argentea. Linea lateralis summa, dorso parallela, curvato recta. Anus caudæ propior. P. D. semilongitudinalis, alepidota, composita. Pars ejus aculeata linearis, dentata, longa; pars mollis brevis triplo altior priore, ovato-lanceolata, acuminata. P. A. mollis, parti molli pinnæ dorsalis similis ipsique opposita. P. P. magnæ, vomeriformes, acuminatæ. P. V. pectoralibus similes, thoracicæ. Color capitis & abdominis albidus, dorfi, laterumque flavus, fasciis 8 subfuscis superinductus. P. D. in parte aculeata uti P. C. flava. Reliquæ cinereæ. Omnes pinnæ fusco marginatæ sunt. Habitat circa insulas Antillas. Caro sapida.

49. *CHÆTODON, saxatilis*, cauda bifida; spinis, pinnæ dorsalis 14; pinnis ventralibus acuminatis; dentibus emarginatis L. S. N. 466.

Habitu toto Percæ a congeneribus recedit.

*Chætodon, saxatilis*, cauda bifurca, fasciis quinque albis Mus. Ad. Fr. I. 64. tab. 27. fig. 30. Br. 4. D.  $\frac{1}{2} \frac{4}{5}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 15. Corpus

## ADDITAMENTUM.

*Corpus griseum*, fasciis 4 sive 5 albidis. *Squamæ in operculis br. et pinnis*. Dentes minimi fere setacei. P. D. radii spinosi cum fibra lata; reliqui molles longiores. Cauda bifurca.

*Sparus fasciis quinque transversis*, subfuscis. *Lin. Amœn.* I. 312. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{3}{6}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{13}$ . C. 15.

Caput obtusum. Dentes labiis tecti. Opercula macrolepidota. *Corpus ovatum*, crassiusculum, macrolepidotum. *Linea lateralis incurva*. P. D. fere longitudinalis, aculeis 13 subæqualibus & 13 mollibus longioribus, ad basin squamosa & pone acuminata. P. A. basi squamosa, pone magis rotunda quam dorsalis. P. C. maxime bifurca.

*Chætodon, saxatilis*, albidus; fasciis transversis quinque nigris. *Arabibus Gate*. *Forskål.* I. c. 62. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{3}{7}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{13}$ . C. 15?

*Corpus ovatum*. Dentes leviter emarginati, filiformes. *Labia, opercula ut congenerum*. Oculi subtus cincti anulo osseo, margine punctato. P. C. bifida. P. D & A. & C. nigrofuscæ, basi squamis erectis septæ. *Linea lateralis curva*; *squamæ integræ*.

*Chætodon, saxatilis*, corpore oblongo, fasciatoque; radiis tredecim in pinna ani. *Der Gabelscheanz.* *Bloch N. A. F.* III. 96 tab. 206, fig. 2. D.  $\frac{1}{2}\frac{3}{6}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{13}$ . C. 19.

*Corpus oblongum*, macrolepidotum, album, fasciis sex nigris ornatum. Dentes setacei. Oculi magni, iride flava, pupilla nigra. Membrana branchialis patens. *Linea lateralis curvato-recta ad caudam interrupta*. *Squamæ magnæ denticulatae*; in pinnis minores: Omnes pinnæ nigrant. P. C. bifurca.

Hæc descriptio iconi adjunctæ non exacte respondet.

*Varietas.*

*Sparus latissimus*, cauda lunulata; fasciis 5 transversis fuscis. *Gronov. zooph.* n. 222. *Mus. ichth.* n. 891. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{3}{6}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{14}$ . C. 18.

*Corpus compressum*, crassum, longitudine latitudinem duplo superante, squamis magnis albido fuscis vestitum, fa-

## ADDITAMENTUM.

Sciisque subfuscis cinctum. Prima occupat caput; secunda initium pinnæ dorsalis; tertia partem ejusdem pinnæ medium; quarta ad ejus finem et quinta basin caudæ cingit. Caput obtusum, squamosum, latitudine dimidii corporis. Maxilla inferior parum prominet. Dentes acuti, æquales una serie, labiis tecti. Oculi magni velamento tecti. Dorsum parum affurgens, acute carinatum. Linea lateralis curva, summa, ad finem pinnæ dorsalis definit. P. D. semilongitudinalis ad basin squamata. Radii molles longiores aculeatis. P. P. subinferæ. P. V. parvæ, pectoralis proximæ; medio inter anum & opercula sitæ. P. A. fere longitudinalis, dorsali opposita ad radicem squamosa. P. C. admodum bifida.

50. *CHÆTODON*, *Chirurgus*, aculeo caudali uno; dorsibus quatuordecim. *Der Wundartz.* Bloch. N. A. F. tab. 108. D.  $\frac{1}{2} \frac{4}{5}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{20}$ . C. 16.

Corpus admodum compressum, microlepidotum, ovale, ante ferme rotundatum, pone spathulatum. Caput squamosum, magnum, subrotundum, a nucha arcuatim declive. Rictus parvus, parum affurgens. Maxilla supera longior. Membrana branchialis patens. Opercula arcuata, integra, squamosa. Oculi magni, summi a rostro remotiores. Iris aurea, annulo interno albo terminata. Linea lateralis summa, dorso paralela. Aculeus lanceolatus priorsum curvatus, ex scrobiculo in latere medio extremitatis caudæ hand procul a pinna caudali eminet. Anus capiti propior. P. D. fere longitudinalis, sub æqualis pone rotundata, alepidota. P. A. longitudinalis, dorsali similis. P. P. inferæ, mediocres, subacutæ. P. V. acutæ, thoracicæ, pectoralibus minores. P. C. lata, brevis, excavata, bicornis. Color capitinis dilute violaceus, macula lata nigra in apice oris & parva concolore in malis notatus. Dorsum & latera flavent. Abdomen subcæruleum. Fasciæ 5 augustæ imperfectæ, violaceæ dimidium corpus posterius transeunt. P. D. flava, violaceo marmorata. P. P & V. & A. violaceæ, quarum ultima fasciæ 3 angustis flavis insignita est. P. C. flava, violaceo terminatur.

## ADDITAMENTUM.

51. CHÆTODON, *Pavo*, oblongus; aculeis quatuordecim dorsalibus. *Der indische Pfau*. Bloch. N. A. F. III. 60. tab. 198. fig. 1. Br. 4. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{7}$ . C. 16.

Corpus valde compressum, squamosum, oblongum, ante obtusum pone spathulatum. Caput magnum, ovale, squamosum; a fronte declive. Rictus parvus, ascendens. Maxillæ labiatæ, denticulis subtilibus armatæ. Nares simplices super labium superius. Oculi magni summi labiis propiores. Pupilla nigra rotunda. Iris ex albido virescens. Opercula integra valde arcuata, squamola, monophylla. Membrana branchialis patens. Linea lateralis summa, dorso paralela, curvato-recta, ad fine in pinnæ dorsalis interrupta. Anus medius. P. D. longitudinalis, retrorsum parum crescentis, in fine acuminata, in parte spinosa dentata. P. A. parti posteriori molli pinnæ dorsalis similis. P. P. subinferæ, ovales, mediocres, pellicidæ. P. V. obtusæ, subthoracicae, parum remotores a rostri extremitate quam pectorales. Ad illarum initium pinnula intermedia adest P. C. prælonga, forficata. Color fundamentalis capitis & abdominis fulvus, punctis majusculis cæsiis conspersus. Lineæ insuper cæsiæ inter oculos & nares in longitudinem ductæ conspicuntur. Caeterum corpus variis coloribus pictum est, qui versione corporis ad lumen varie mutari videntur ut in pavone. Habitat in India orientali.

52. CHÆTODON, *sordidus*, ovatus; fasciis transversis, obsoletis quatuor. Arabibus *Abu defduf*. *Forskål* I, c. 62. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{3}{8}$ . P. 19. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{6}$ . C. 14.

Dentes unius seriei, filiformes, aequales, contigui, apice obtusi. Labia, nares, oculi, eorumque annulus osseus, ut congenerum. Opercula posteriora margine bidentata. Pinnæ cinereo-fuscae. P. I. ovatae, obtusae. P. V. magis nigricantes, apice acuminatae & filo brevi terminatae. P. A & D. pone rotundatae, basi cornosa, squamata. Spinae D. squamis erectis septae. P. C. flavescens, bifida, lobis obtusis. Spina A. secunda duplo major prima. Interstitia radiorum squamata. Dorsum & abdomen pone multum declivia. Cauda brevis, macula superne nigra. Linea lateralis dorso propior, non paralela,

## ADDITAMENTUM.

ralela, in cauda evidens. Squamae latae, margine membranaceae, vix dentatae. Color cinereo fuscus, torpidus, fasciis latis, transversis, pallidis. Raimenta parva post spinas dorsales.

53. *CHÆTODON*, *Faber*, *Broussonet*. *ichthyl.* Fasc. I. tab. 6. Br. 3. D.  $\frac{9}{2}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C.  $\frac{3}{2}$ .

Corpus compressum, obsolete rhomboidesque. Squamæ mediocres, rotundatæ, levissime ciliatæ. Linea lateralis suprema, dorso paralela, curvato recta, lineolata. Anus submedius. Caput breve, superne declive, squamosum. Rictus horizontalis, mediocris. Maxillæ angustatæ rotundatæ, parum diductiles. Gula angusta. Membrana gularis vix plicatilis, porulosa. Labia, cutacea, integra. Dentes conferti, contigui, setacei, flexiles, parum incurvi; exteiores paulo longiores & crassiores. Lingua glabra, brevis. Oculi supremi, medii, mediocres. Iris argenteo-topazina. Pupilla orbicularis, fusca. Opercula ossea, squamosa, bilaminata. Membrana branch. tecta. P. D. composita fere longitudinalis squamosa. Aculeus tertius omnium maximus, retrorsum longissime prominet. Pars pinnæ posterior mollis, subfalcata, in fine rotundata. P. A. parti posteriori pinnæ dorsalis similis. P. P. obovatae, basi extus squamosæ, insinuatae. P. V. acuminatae, basi extus squamosæ, pectoralibus duplo longiores, thoracicæ. P. C. leviter excisa longior, quam lata, basi leviter squamosa. Color: totus, cinereo-argenteus fasciis, nigro-cærulescentibus sex distinctus, quarum prima a nucha, per oculos ad gulam transit. Habitat in oceano utriusque indiæ.

*Chætodon*, *Faber*, fasciatus, aculeo dorsali tertio longiore. *Der Schmidt. Bloch. N. A. F.* III. 107. tab. 212. fig. 2. Br. 3. D.  $\frac{9}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 20.

54. *CHÆTODON*, *triostegus*, cauda subbifida; spinis dorsalibus 9; branchiostega triradiata. *L. S. N.* 463. D.  $\frac{9}{2}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{2}{2}$ . C. 16.

Corpus cinereum fasciis sex nigris, latis; prima oblique per oculos, ultima per caudam. Linea lateralis curva. P. D. anterius nuda, in qua radius 3 major. Cauda integra. *Angelfish. D. Garden.* Hæc descriptio ad *Chaetodonteum Fabrum* pertinet teste *Broussoneto*.

Chæto-

## ADDITAMENTUM.

*Chætodon, triostegus,* spinis dorsalibus 9; fasciis quinque nigris. *Mus. Ad. Fr. II. 70.* Br. 3. D.  $\frac{9}{2}$ . P.  $\frac{1}{2}$ . V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{2}{2}$ . C. 16.

Os labiis mobilibus. Dentes 8 sive 10, pectinati, quinque dentati. Opercula non ferrata. Corpus ovatum, cinereum. Fasciae 6 lineares, nigrae, transverse perpendiculares, quarum 1 per oculos ad gulam, 2. ab humeris ad pinnas petitorales. 3. per medium pectoralis ad anum, 4 & 5. aequali spatio remotae, posteriores. 6. juxta caudam, puncta 2 nigrae. P. D. ab humeris fere ad caudam extensa, rotundata. P. C. integra vix bifida.

*Chætodon, triostegus, Broussonet ichth. fasc.* I. tab. 5. Br. 4. D.  $\frac{9}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C.  $\frac{3}{2}$ .

Corpus compressum, obovatum, microlepidotum, fabrinseculum. Aculeus utrinque ad latera caudæ, medius fossulatus mobilis; antrorsum spectans. Linæa lateralis suprema, parum curvata, recta. Anus capiti propior. Caput compressum, superne subparabolicum, convexum, a nucha deelive, subitus parum curvatum. Rictus mediocris, leviter ascendens. Maxillæ subæquales, angustatæ, parum diductiles. Membrana gularis angusta, plicatilis. Labia integra, membranacea, dentes tegentia. Dentes uniseriati, compressi, contigui, apice subtruncati, levissime crenati; anteriores duo majores. Oculi summi a rostro remotiores. Iris argenteo-fusca. Pupilla nigrocæruleescens. Opercula diphyllo, leviter squamosa, parum arcuata, striata. Membrana branchialis testa. P. D. longitudinalis, basi postice obsolete squamosa, subæqualis, in fine rotundata. P. A. pinnæ dorsali similis, sed brevior. P. P. infinitæ, semiobovatae. P. V. subtrapeziformes, ad finem thoracis positæ. P. C. leviter excisa, basi laxe squamosa. Color: totus dilute e cinereo virescens, cingulis sex fusco-nigricantibus. Primum in capite per oculos a nucha ad gulam, secundum post opercula, tertium e regione initii. P. A. 4. & 5 in parte posteriore trunci rubi in parte molli. P. D. extenduntur. Sextum, quod in junioribus maculis 2 efformatur, in loco æulei cauda-

## ADDITAMENTUM.

Iis. Pinnæ immaculatæ, sordide virent, ventrales autem albent. Habitat in mari pacifico.

*Chætodon albescens*, lineis 5 transversis, nigricantibus, & aculeo lateralí utrinque. *Sebæ thes.* III. 65. tab. 25. n. 4. D.  $\frac{9}{10}$ . P. 16. V. 6. A.  $\frac{2}{25}$ . C. 16. Vide *Mantissam* I.

*Chætodontem triostegum Forsteri*, cuius imaginem *Catesby* II. tab. 31. sub nomine *Angelfisch* habet, inter dubias species ob descriptionem mancain retuli.

55. *CHÆTODON, nigrofuscus*, cauda utrinque spina recumbente. Arabibus *Tægå*. *Forskål* l. c. 64. Br. 4. D.  $\frac{8}{33}$ . five  $\frac{9}{4}$ . P.  $\frac{1}{15}$ . V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{25}$ . f.  $\frac{3}{7}$ . C. 16.

Corpus omnibus partibus nigro-fuscum. Pinnæ caudalis lobi duo breviores ipsa pinna & falcati. Pinnæ margo posticus leviter albüs. Spina lateralis caudæ hastato-subulata, erigenda tota e fossula. P. D. & A. radius spinosus primus sub cute reconditus. *Chætodonti Solial* & nigricanti affinis est. Longitudo 5 poll.

*Chætodon nigrescens*, cauda parum bifurca & utrinque aculeata. *Sebæ thes.* III. 65. tab. 25. n. 3. D.  $\frac{9}{33}$ . P. 15. V. 6. A.  $\frac{3}{7}$ . C. . . . . Vide *Mantissam* I.

56. *CHÆTODON, Gahm*, *Forskål* l. c. 64. Br. 4. D.  $\frac{8}{33}$ . P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{25}$ . C. 16.

Aegre a præcedente distinguitur, nisi colore undique nigro; basi pinnæ caudalis violacea. Figura non oblonga sed ovata. Dentibus non obovatis sed linearis-obtusis, apice serratis. Margo posticus pinnarum pectoralium parum flavescit. Spina dorsi & ani sub cute recondita. Longitudo 3 spithamarum.

An *Chaetodon nigricans Blochii* idem?

57. *CHÆTODON, longirostris*, *Broussonet* *ichth. Fasc.* I. tab. 7. Br. 5. D.  $\frac{1}{3} \frac{1}{5}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{25}$ . C.  $\frac{3}{2} \frac{3}{2}$ .

Corpus compressum, oblongo-rhomboideum, squamosum. Linea lateralis curvato-reccta, summa dorso subparalela, lineolata. Anus pone medium. Caput compressum, squamosum, a nucha declive. Rostrum elongatum cylindricum. Rictus parvus. Maxillæ lineares, superior vix longior. Utriusque

## ADDITAMENTUM.

usque ossa membrana connexa tubum lineareni efformantia, vix mobilia. Labia simplicia, cutacea, dentes tegunt. Dentes ad apicem utriusque maxillae in aream angustam conferti inaequales, pauci, setacei, minuti. Oculi supremi, orbicularis, a rostro remotiores. Iris angusta, argenteo-glaucescens. Pupilla fuscescens. Opercula diphylla, inferne affixa, striata, squamosa pone obsolete angulata. Membrana branch. tecta, basi sterno affixa. P. D fere longitudinalis, basi squamosa, pone subrotundata. P. A. longitudinalis, dorsali subsimilis sed multo brevior & in medio latior. P. P. infimæ, lanceolatæ, prælongæ. P. V. sublanceolatæ, acuminatæ, pectoralibus paulo breviores. P. A. leviter excisa. Color: Corpus citrinum, in regione humerali fuscescens. Abdomen corpori concolor ante glauco striatum. Caput & rostrum superne fuscescentia subtus argenteo-carnea. P. D. citrina marginata postice lineola nigra & alia albescente. Aculeus primus glaucescens. P. P. & C. glaucescentes, pectoralis basi lutescens. P. V. citrinæ, margine exteriore fuscescente. P. A. citrina margine postico lineola nigra & alia albescente & in parte postica versus finem ocello nigro picta. Habitat in oceano pacifico.

58 *Chætodon, unicolorulatus*, macula nigra ad latera; aculeis dorsalibus tredecim. *Der einfleckigte Klippfisch.* Bloch N. A. F. III. 75. tab. 201. fig. 1. Br. 4. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 14. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ . C. 16.

Corpus valde compressum, subrotundum, parum longius quam latum, macrolepidotum. Caput parvum squamosum, trunco ad dimidium inclusum, superne a nucha declive, rostro brevi rectimo, obtuso. Rictus parvus, leviter ascendens. Maxillæ æquales. Oculi symmi, medii, magni. Iris spadicea, anulo albo interno. Pupilla nigra. Opercula diphylla squamosa, integra pone obsolete angulata. Membrana branchialis tecta. Linea lateralis curvato-recta, dorso parallela. Anus medius. P. D. longitudinalis, humili, fere æqualis, pone rotundata. P. A. dorsali similis. P. P. inferæ, acutæ. P. V. obtuse, thoracicæ. P. C. parva, parum excavata. Color albus ad dorsum cinereus, fascia lata, nigra, super oculos du-

cta,

## ADDITAMENTUM.

cia, aliaque fusca angustiore ante pinnam caudæ, striis multis avellaneis, transversis in trunci lateribus, & macula ovali nigra in medio lineæ lateralis variegatus. Pinnæ omnes flavicant, quarum P. D. & A. in parte posteriore margine nigro terminantur. Habitat in India orientali.

59. *CHÆTODON, unicornis*, fronte cornuta; cauda carinis utrinque duabus, elatis. Arabibus *Abu garn*. *Forskål* l. c. 63. Br. 4. D.  $\frac{5}{3}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{4}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.

Corpus ovato-oblongum, compressum, scabrum, cinereo nitens. Dentes rigidi, unius seriei, conico-subulati; medii majores. Labia obtusa; superius fixum. Ante oculos cornu horizontale, rectum, conico-obtusum  $\frac{1}{4}$  poll. altum. Frons recta, declivis. Nares, opercula ut congenerum. Sub naribus fulcus lanceolatus, obliquus. Branchiarum apertura brevis. Ibi incipit P. D. Illa & P. A. ad caudæ basim pergit. P. P. ovato-acuminatae, ejusdem longitudinis cum ventralibus. P. C. medio truncata, utroque angulo lobum falcatum emitente. Cauda surgens, medio angustior, utrinque scuto dupli; priore rotundo, altero rhombeo. In utriusque medio carina quadratiformis, compressa, rigida, pone rotundata, antice truncato-excisa, nigra, margine hyalino. Linea lateralis dorso propria, parallela. Longitudo unius ulnae.

60. *CHÆTODON, orbicularis*, cinereo-fuscus, subrotundus; spinis dorsaliibus nullis. Arabibus *Kanof*. *Forskål* l. c. 59. Br. 6. D.  $\frac{3}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 26. C. 16.

Corpus valde compressum absque pinnis orbiculare; subitus rectum. Dentes numerosi, mobiles; exterior ordo filiformis, apice tridentatus, reliqui setacei. Labia obtusa, aequalia, superius lateribus secedens. Iris flava. Frons declivis perpendiculariter. Opercula integra, squamata. Dorsum compressum, ejusdem declivitatis ac caput, inde parum rotundatur, sub pinna dorsali altissimum, dein descendit ad caudam. Gula appressa. Abdomen crassum, ad P. A. rectum, inde surgit & comprimitur ad caudam. Cauda latior quam longa, recte protensa. Squamæ rotundatae, integræ. Linea lateralis dorso propria,

## ADDITAMENTUM.

propior, non prorsus paralela, in caudâ media. Radii br. 4 manifesti. P. V. ovatæ, obtusæ, flavidæ introrsum, extrorsum fusco-virentes, perlucentes. P. P. ovato-lanceolatæ, fusco-flavidae. Ante P. D. & A. quasi rudimenta radiorum spinosorum sub cute. Margo anterior ntriusque sequitur directionem corporis antejacentis; dein rotundatus, augustior versus caudam. Utraque pinna crassa, carnosa, squamata. P. C. pelliculicidor, crassa, squamata, leviter excisa. Color cinereo-fasciis; venter albidus; pone flavicans. Puncta nigra sparsa per medium corpus versus caudam & dorsum.

61. CHÆTODON, *lineatus*, cauda bifida; spinis dorsalibus 9, spina laterali utrinque caudæ. L. S. N. 463.

Chætodon lineis longitudinalibus varius cauda bifurca utrinque aculeata. Artedi spec. 89. Seba thes. III. tab. 25. fig. 1. Br. 3. five 4. D.  $\frac{9}{6}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16. Vide Mantissam I.

62. CHÆTODON, *argenteus*, cauda bifida; spinis pinnæ dorsalibus 8; pinnis ventralibus ex spinis duabus L. S. N. 461. D.  $\frac{8}{3\frac{1}{2}}$ . P. 26. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Loco pinnarum ventralium par spinarum breviorum habet. Pinnæ dorsalis spinæ primæ parvæ vix conspicuntur.

Chætodon, *argenteus*, pinnis ventralibus ex spinis duabus. Amoen. acad. IV. 249. Br. 6. D.  $\frac{3}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{2}{2}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 17.

Corpus figura Zei Vomeris, latius quam longum, squamis parvis, lăvibus, minime argenteis tectum. Oculi sanguinei. Dentes vix conspicui flexiles. Opercula argentea, lăevia. P. D. squamosa, falcata, rad. 32, quorum 1, 2. 3 spinosi sensimque breviores, 4 simplex mollior longior, reliquis sensim brevioribus ramosis. P. P. ovatae. P. V. nullae, quarum loco spinae 2 breves, rigidæ. P. A. dorsali similis & aequalis. P. C. bifurca. Habitat in mari Indico.

63. CHÆTODON, *Sohal*, cauda utrinque carina ossea, in fossula rubra. Forskål. l. c. 63. Br. 3. D.  $\frac{5}{3}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.

Artemi Genera.

Kkk

Figura

## ADDITIONAL.

**Figura ovata.** Dentes una serie, contigui, crenati. Caput squatum. Opercula integra. Color fuscus lineis longitudinalibus violaceis. Venter albicans. Labia aequalia. Pinnae coriaceae, violaceae; pectorales macula flava. Linea lateralis obsoleta. P. D. longitudinalis. P. A. longitudinalis in medio corpore incipit. P. C. medio truncata, angulis incurvis duplo longioribus, in utroque latere caudae carina longitudinalis ossea, rubra recumbens in fossula rubra. Spina pone & ante carinam. Longitudo 3 spithamarum.

64. **CHÆTODON, *Plumieri*,** dorso bipinnato; capite alepidoto. *Der Plumierische Klippfisch.* Bloch. N. A. F. III. 104. tab. 211. fig. 1. Br. 4. D.  $\frac{5}{3}$ , 34 P. 14. V.  $\frac{1}{3}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 12.

Corpus valde compressum, ovato-rhomboideum, microlepidotum. Caput alepidotum, parvum, subrotundum, superne a nucha declive, super oculos gibbum, ultra medium truncō inclusum. Labia magna. Iris e thalassino alba. Opercula diphylla, integra, pone obsolete angulata. Membrana branch. patens. Linea lateralis summa curvato-recta, dorso vix paralela. Anus submedius, capiti parum propior. P. D. prima aculeata, humilis distincta; secunda maxima, semilongitudinalis falcata, extremo acuminato super pinnam caudæ longe procedit. P. A. dorsali similis, longitudinalis. P. P. parvæ, ovatæ, subinferæ. P. V. acutæ, thoracicæ, pectoralibus longiores duplo. P. C. lata, levis, excavata. Color capitis superne spadiceus, ad latera albicans; trunci ad dorsum subspadiceus, in lateribus leucopheus, in abdomine albus, fasciis sex latis, subparalelis, subviridibus distinctus. Pinnae ad basin thalassinæ ad marginem posteriorem saturate virescunt præter pinnam dorsi primam luteolam. Habitat in India occidentali.

65. **CHÆTODON, *cornutus*,** cauda bifida; spinis pinnae dorsalis septem, radio dorsali tertio longissimo. L. S. N. 461.

Chætodon aculeis duobus brevibus supra oculos; officulo tertio pinnae dorsalis longissimo. *Artedi spec. 92.* Br. 4. D.  $\frac{7}{6}$ , P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{6}$ . C. 16.

*Ideem*

## ADDITAMENTUM.

Idem nomen in *Sebæ thes.* III. 66. tab. 25. n. 6. Vide *Mantissam I.*

*Chætodon, cornutus,* rostro cylindrico; pinna caudæ lunata; radio tertio pinnæ dorsi longissimo. *Der Seereiher.* *Bloch. N. A. F.* III. 72. tab. 200. fig. 2. Br. 4. D.  $\frac{3}{4}$ . P. 18. V. 6. A.  $\frac{3}{2}$ . C. 16.

Corpus subrotundum latius quam longum valde compressum, microlepidotum. Caput mediocre, ultra dimidium trunco inclusum, superne a nucha valde declive. Rostrum cylindricum, productum. Maxillæ æquales. Dentes duplice serie. Oculi summi a rostro remotiores. Pupilla nigra. Iris sublutea. Opercula monophylla, rotundata. Membrana branchialis teæla. Linea lateralis curvato-recta, summa, dorso paralela. Anus medius. P. D. fere longitudinalis ante admodum falcata, acuminata corpore ipso longior, pone linearis. P. A. longitudinalis, dorsali similis sed apice triplo brevior. P. P. mediocres, lanceolatae. P. V. angustæ, acuminatæ. P. C. longior quam lata, pone excavata. Color fundamentalis albidus, ad dorsum cæruleus fasciis nigris distinctus. Fascia una per oculos in nonnullis piscibus bipartita, altera ad caudam per medium pinnæ dorsalis & analis usque ad earum apices extenditur. P. D & A. flavent. P. V & C. nigræ in extremitate flavidò terminantur. Habitat in India.

66. *CHÆTODON, canescens,* cauda bifida; spinis dorsilibus duabus; radio tertio longissimo; ore bidentato. *L. S. N.* 460.

*Chætodon canescens* aculeo utrinque ad os, ossiculo tertio pinnæ dorsalis setiformi longissimo. *Artedi spec.* 95. D.  $\frac{2}{3}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{6}$ . C. 16.

Idem nomen in *Sebæ thes.* III. tab. 25, n. 7. Vide *Mantissam I.*

*Species dubiae.*

67. *CHÆTODON, punctatus,* spinis pinnæ dorsalis 8; pinnis pectoralibus falcatis. *L. S. N.* 461. Br. 4. D.  $\frac{8}{3}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{6}$ . C. 17.

## ADDITAMENTUM.

Corpus albidum s. argenteum punctis fuscis; pone anum dilatatum, figura Cyprini. Oculi magni, rubri. Linea lateralis sursum curva. Radii tres primi pinnae ani distantes.

68. *CHÆTODON, alepidotus*, cauda bifida; spinis dorsalis tribus; pinnis ventralibus nullis. *L. S. N.* 460. *Br.* 6. *D.*  $\frac{3}{5} \frac{1}{2}$ . *P.* 24. *V.* o. *A.*  $\frac{3}{4} \frac{1}{2}$ . *C.* 23.

Corpus rhomborum, absque squamis, dorso caerulecente. Dentes unica serie in maxillis. Linea lateralis dorso parallela, punctata. Linea interstitialis recta a branchiis ad caudam. P. D & A. oppositae, falcatae. Habitat in Carolina. *D.* *Garden.*

69. *CHÆTODON, rotundus*, spinis pinnae dorsalis 23, fasciis 5 pallidis. *L. S. N.* 466.

*Chaetodon rotundatus cinereus*; fasciis quinque *Mus.* *Ad. Fr.* I. 64. *Br.* 6. *D.*  $\frac{2}{3} \frac{3}{5}$ . *P.* 10. *V.*  $\frac{1}{6}$ . *A.*  $\frac{2}{3} \frac{1}{4}$ . *C.* . . . .

Corpus compressum, subrotundum, cinereum. Fasciae 5 transversae inter caput & caudam. Dentes setacei breves. Habitat in Indiis.

70. *CHÆTODON, armatus*, albescens; corpore fasciis septem nigris; spinis pinnae dorsalis sex, tertia longissima. *White's Voyage to new South Wales.* 254. tab. 39. fig. 1.

Corpus, secundum iconem, ovato-oblongum, dorso magis arcuato quam ab domine. Caput parvum, superne declive, rostro resimo. Maxilla supera longior infera. Oculi magni. Operculum angulatum, inferne denticulatum & spina brevi retroversa prope angulum armatum. P. D. semilongitudinalis, alta, in duos lobos triangulares partita aculeis 6 inæqualibus & pluribus radiis mollibus, decrementibus composita. P. P. oblongæ, subinferæ. P. V. thoracicæ, acuminatæ, pectoralibus longiores. P. A. longitudinalis, composita, declinata. P. C. longior quam lata, pone excavata. Color corporis argentens ad dorsum caerulescens, fasciis septem atris, inæqualibus ornatus. Pinnae avellaneo tinctæ. *Chætodonti* Fabro affinis, a quo operculi forma differt.

**XXXVII. GASTEROSTEUS.**

*Membrana branchiostega ossicula tria, gracilia utrinque continet.*

*Venter totus fere, laminis ossis oblongis tegitur.*

*Pinnæ ventrales ex duobus ossiculis tantum constant, quorum alterum multo majus & aculeatum. (\*)*

**I. GASTEROSTEUS aculeatus in dorso tribus.** *Art. Spec. 96.*

*Syn. 8.*

*Pisticulus aculeatus, Pungitius ♂ Spinachia Auforum.*

*Suecic Skitspigg, Skitbarr den flörre. (a)*

Kkk 3

GASTE-

**ADDITAMENTUM.**

(\*) *Character generis Gasterostei.*

**LINNÆI:** Membrana branchialis radiis 3. Corpus ad caudam utrinque carinatum. Aculei distincti ante pinnam dorsi. Pinnæ ventrales pone pinnas pectorales, sed supra sternum. *S. N.* 489.

**FORSTERI:** Corpus obverse lanceolatum; ad caudam utrinque carinatum. Caput ovatum. Aculei recumbentes ante pinnam dorsi. (P. V. pone pectorales.) Membrana br. 3 — 8. *Enchiridion* 85.

**PENNANTI:** Membrana br. radiis. 3. Abdomen laminis ossis tectum. P. D. unica variis acutis spinis inter illam & caput. *Britt. zool.* III. 261.

**GOÜANI:** Corpus obverse lanceolatum, cathetoplateum. Caput ovatum, rostratum, cathetoplateum. Dentes granulosi, confertissimi. Opercula orbiculata, striata, diphylla. Membrana br. rad. 3. aut. 6. Linea lateralis dorso paralela. Aculei distincti recumbentes ante P. D. Scutum osseum ad pinnas pectorales & alterum ad ventrales. P. D. longitudinalis, composita. P. P. sublanceolatae, submediae. P. V. thoracicae, parvae aut nullæ. P. A. composita, longitudinalis. P. C. distincta. Gallis *Epinoche Hist. pisc.* 155.

Germanis *Stachelpärzsch Leske naturg.* 421.

(a) I. **GASTEROSTEUS aculeatus**, spinis dorsalibus tribus, *L. S. N.* 489. D. 3, 12. P. 10, V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{5}{9}$ . C. 12.

**Ideem**

2. *GASTEROSTEUS aculeis in dorso decem.* Art. Spec.  
97. Syn. 80.  
*Pisciculus aculeatus* ♂ *Pungitius minor* ♂ alter Austorum.  
*Suecis Skitspigg den mindre.* (b)
3. *GASTEROSTEUS aculeis in dorso quindecim.* Art.  
Syn. 81.  
*Aculeatus vel Pungitius marinus, longus.* Schoneveld. p.  
10. Will. pag. 340.  
*Steinbicker Germanis ad sinum Koloniensem.* Erfskruper  
*Incolis insulæ Hilliglandiæ.*  
Corpus quadrangulum, 2 palmas longum vel 7 digi-  
torum.  
Laminæ duræ in lateribus. Aculei 15 in dorso. (c)

OR-

## ADDITAMENTUM.

- Idem nomen. *Der Stichling.* Bloch. N. F. D. II. 79.  
tab. 53. fig. 3. Br. 3. D.  $\frac{3}{3}$ ,  $\frac{1}{2}$ . P. 10. V.  $\frac{5}{2}$ . A.  $\frac{1}{9}$ . C. 12.  
Centriscus 3 in dorso depresso in ventre duobus, post  
anum sexto armatus. Kleinii M. IV. 48. tab. 13. fig. 5.  
*The three spined Stickleback.* Pennant. br. zool. III. 261.  
tab. 50. n. 119.  
(b) 2. *GASTEROSTEUS, pungitivus,* spinis dorsalibus  
deceun L. S. N. 491. D. 10, 11. P. 10. V. 1. A. 11. C. ....  
*Gasterosteus, pungitivus,* spinis dorsalibus 10. *Der  
kleine See-Stichling.* Bloch N. F. D. II. 82. tab. 53. fig. 3.  
Br. 3. D.  $\frac{10}{3}$ , 10. P. 10. V.  $\frac{5}{2}$ . A.  $\frac{1}{3}$ . C. 13.  
*Tenspined Stickleback.* Pennant br. zool. III. 262. tab.  
50. n. 130.

Differt a priore spinis dorsalibus 10, alternatim ad utrum-  
que latus inclinatis; defectu scuti ossei & parvitate.

- (c) 3. *GASTEROSTEUS, spinachia,* spinis dorsalibus 15.  
L. S. N. 492. D. 15, 6. P. 10. V. 0. A. 17. C. 12.  
Idem nomen. *Der Dornfisch oder groÙe Seestichling.*  
Bloch. N. F. D. II. 84. tab. 53. fig. 1. Br. 3. D.  $\frac{15}{3}$ , 6.  
P. 10. V.  $\frac{5}{2}$ . A.  $\frac{1}{3}$ . C. 12.

Corpus

## ADDITIONAL.

Corpus parum compressum, fere fusiforme, in truncō pentagonum cauda attenuata, depressa tetragona, abdomine scutato. Caput oblongum tubulosum, glabrum. Rictus parvus. Maxilla infera longior. Dentes minuti, acuti. Oculi summi, medii iride argentea, pupilla nigra. Linea lateralis, submedia, dorso parallela, loricata. P. D. altior quam longa ad medium trunci. Ante illam aculei 15 recumbentes in fossula, distincti breves. P. P. oblongæ. P. V. ex duobus aculeis, inæqualibus. P. A. dorsali opposita & similis, ante aculeo recurvo munita. P. C. rotundata. Color capitis superne spadiceus, inferne albus: Trunci superne olivaceus, ad lineam lateralem spadiceus, inferne argenteus.

4. *GASTEROSTEUS. Ductor*, spinis dorsalibus quatuor.  
*L. S. N.* 489. *Mus. Ad. Fr.* II. 88. Br. 7. D.  $\frac{3}{2}$  f.  $\frac{4}{4}$ , 28.  
*P.* 18. *V.* 6. *A.* 16. *C.* 19.

Caput maxillis scabris. Opercula argentea. Corpus magnitudine digitæ, glaucum; fasciis sex fuscis, transversis, latiss. P. D. semilongitudinalis antice altior. Spinæ distinctæ 3 sive 4 breves ante pinnam dorsalem. P. C. biloba, obtusa apicibus albis. Cauda utrinque carinata. Linea lateralis curva.

*Scomber* dorso monopterygio; pinnulis distinctis nullis; linea laterali recta, mutica, utrinque ad caudam dilatata. *Gronov. zooph.* n. 309. Br. 6. D.  $\frac{3}{2}$ , 27. P. 20. V. 6. A.  $\frac{1}{2}$ , 17. C. .

Caput cathetoplateum, superne declive, ante rotundatum. Oculi medii, mediocres. Pupilla ovalis, nigricans. Iris argentea, lata. Maxillæ æquales; inferiore sola mobili, tenui. Dentes minutissimi in areolas dispositi. Lingua truncata in medio denticulata. Opercula microlepidota, pone rotundata. Apertura branchialis gularis & lateralis. Truncus oblongus, teretiusculus, compressus; cauda quadrata. Linea lateralis, recta, lævis, in fine carinata. Anus submedius, caudæ parum propior. P. D. fere longitudinalis declinata, radiis 27 simplicibus, apice eminentibus. Tres humillimi aculei eam præcedunt. P. P. insimæ, parvæ, ovatae. P. V. inermes, thoracicae. P. A. longitudinalis, declinata. Ante hanc humillimus mucro prominet. P. C. biloba, cùte crassissima obducta. Col-

## ADDITIONALMEN TUM.

lor subfuscus aureo splendore, fasciis nigris septem latis variegatus. Prima earum operculum, ultima caudam & reliquæ truncum transeunt. Longitudo  $5\frac{1}{2}$  unciarum latitudo maxima 15 linearum & crassities 7 linearum.

Scomber fasciis quatuor cæruleo-argenteis; aculeis 4 ante pinnam dorsalem. *Læfing itin.* 149. D.  $\frac{4}{7}$ , 27. P. 19. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ , 17. C. 19.

Scomber cæruleo-albus cingulis transversis nigris sex; dorso monopterygio *Lots* vel *Lodsmantjes*. *Osbeck itin.* 95. Br. 6. D.  $\frac{3}{5}$ . P. 19. V. 5. A. 16. C. 26.

Scomber, *Ductor*, dorso monopterygio; radiis primæ pinnæ dorsalis aculeatis. *Hasselquist itin.* 410. Br. 7. D.  $\frac{4}{8}$ . P. 20. V. 5. A.  $\frac{1}{6}$ . C. 10.

Fasciis 10 cingitur quarum 5 albantes, & 5 nigrescentes alternatim disponuntur. Albantes super lineam lateralem cæruleo nitent. Caput supra nigrum, ad latera cæruleum. Cauda nigra ad angulum utramque macula alba terminata. Pinnæ reliquæ nigrescent. Venter albus.

Scomber dorsi anique pinna continua; aculeis ad utrumque initium accessoriis. *Kælreuter in Nov. Com. Petrop.* IX. 464. tab. 16. fig. 3, 4. Br. 6. D.  $\frac{4}{7}$ , 29. P. 17. A.  $\frac{2}{3}$ , 19. C. 24.

Fascias in icona omisit.

*Pilote-Fish.* *Willughby App.* tab. 8. fig. 2. *Raji syn. pisce.* 156.

5. *GASTEROSTEUS, occidentalis*, spinis dorsalibus 7, spinis duabus ante pinnam ani. *L. S. N.* 490. D.  $\frac{7}{7}$ , 11. P. 7. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ ,  $\frac{1}{7}$ . C. 16.

Habitat in America.

*Saurus argenteus* cauda longitudinaliter striata; striis prominentibus, brevibus interrupta. *Brown jam.* 452. tab. 46. fig. 2.

6. *GASTEROSTEUS, ovatus*, spinis dorsalibus 7, prima recumbente; corpore ovato. *L. S. N.* 490. Br. 6. D.  $\frac{7}{7}$ , 20. P. 16. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ ,  $\frac{1}{7}$ . C. 20.

*Piscieulus* ovato-oblongus, compressus, figura Chæodontis, maxillæ & labiorum dentes scabri. Spinæ in dorso 7 ante

## ADDITAMENTUM.

7 ante pinnam dorsalem, sed distinctæ & alternatim ad latera directæ; harum prima minima, secunda paulo longior. Spinæ 2 validæ ante pinnam ani. Differt a Gasterosteis reliquis membrana branch. radiis 6 nec 3. Caret scutello osseo. An itaque Labris annumerandus vel Gasterosteis? Spina prima dorsi recumbens, fixa, uti in Scombris quibusdam.

7. *GASTEROSTEUS, carolinus*, spinis dorsalibus 8, analibus 3. *L. S. N. 490.* D.  $\frac{8}{3}$ , 26. P. 18. V. 5. A.  $\frac{3}{27}$ . C. 27.

Corpus oblongo-ovatum. Linea lateralis recta, ad caudam subcarinata. P. D & A. falcatæ. Cauda bifurca. Habitat in Carolina ubi *Crevalle* dicitur.

8. *GASTEROSTEUS, canadus*, spinis dorsalibus octo; analibus nullis. *L. S. N. 491.* Br. 7. D.  $\frac{8}{3}$ , 33. P. 2. V. 7. A. 26. C. 20.

Corpus oblongum. Pinna dorsalis posterior & analis falcatæ. Cauda subbiloba. Spinæ 7 vel 8 pinnam dorsalem priorem intentientes. D. *Garden*.

9. *GASTEROSTEUS, saltatrix*, spinis dorsalibus 8, membrana connexis. *L. S. N. 491.* Br. 7. D.  $\frac{8}{3}$ , 26. P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 27. C. 21.

Corpus Percæ. Maxilla inferior dentium ordine uno; superior binis. Cauda bifurca. Pinnæ dorsalis prioris radii membrana tenuissima intertexti. Hæc species minus spinosa præter radios dorsales, qui itidem debiles, in fossula recondendos.

(?) *Saltatrix. Skip-Jack Catesby.* tab. 14.

Oculus flavet. Os amplum. Unica in utraque, maxilla dentium acutorum series. Squamæ parvæ fulgent atque coruscant; eo ipso tempore, quo capitur piscis, viridis sunt coloris. Quinque habet pinnas duras pone branchias, unam in postica dorsi parte, aliam sub ventre huic oppositam, quintam sub abdomine. Cauda lata atque bifurca.

Alius generis piscis esse mihi videtur quoniam pinnam dorsalem aculeatam tam in descriptione quam iconè omisit Catesby.

## ADDITIONAL.

10. *GASTEROSTEUS, volitans*, L. S. N. 491. Vide supra Scorpænam volitantem.

11. *GASTEROSTEUS, spiranella*, capitis postice spinis quaternis, ferrulatis, lateralibus, longitudine abdominis. L. S. N. 492.

Pungitius, *pustulosus*, Mus. Ad. Fr. I. 74. tab. 32. fig. 5. Br. 3. D. 16. P. 20. V. 4. A. 8. C. . . .

Corpus teres, pollicis transversi longitudine. Caput masculum, tectum rugis innumeras, terminatum postice spinis 4 validis retrospectantibus, longitudine fere abdominis; harum 2 ad tergi latera extensa, latiores, serratae & 2 ad pectoris latera, magis subulatae, retrorsum serratae. P. V & C. radiis setaceis instructæ.

*Species adhuc dubiae.*

12. *GASTEROSTEUS, bispinosus*. The two spined Stickleback. Pennant art. zool. suppl. 132. Habitat in New York. Centriscus ducbus in dorso aculeis, totidemque in ventre. Kleinii M. IV. 48. tab. 13. fig. 4.

Est forsitan varietas Gasterosteus aculeati.

13. *GASTEROSTEUS, glaber*, aculeis dorsalibus sex & duabus ventralibus. W.

Aculeatus laevis & glaber Schoneveldi ichth. 10.

Aculos in dorso sex & duos sub ventre eo loco, quo alii fluviatiles pisces pinnas habent, unicum a podice, pinnas iisdem locis, quibus alii.

14. *GASTEROSTEUS, Acanthias*, spinulis 4 ante pinnam dorsalem, radiis branchiarum tribus. Pontopidani h. n. Danæ 188.

15. *GASTEROSTEUS, Lysan*, supra fusco-cærulescens, spinis dorsalibus 7, analibus duabus. Gmelini. L. S. N. 1325. Br. 8. D.  $\frac{7}{7}$ ,  $\frac{1}{2}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{2}$ ,  $\frac{1}{9}$ . C. . . .

Vide in antecedentibus Scombrum Lysan.

16. *GASTEROSTEUS, japonicus*, spinis dorsalibus 4. Membrana branchiostega quinque radiata. Gmelini L. S. N. 1325. Br. 5, D.  $\frac{4}{4}$ , 10, P. 12, V.  $\frac{1}{4}$ . A. 9, C. 22.

*Iapanæ*

## \* ADDITAMENTUM.

*Japanse Steekelbaars.* *Houttuyn* in *Act. Harlem.* XX. 2.  
pag. 329.

Corpus luteum, loricatum, tactu durum uti quidam  
Ostraciones squamis, præter frustum osseum, sternum æmu-  
lans, rhombeis magnis, in series dispositis obtectum est, qua-  
rum unaquæque ante margine ciliato fusco prædita pone in acu-  
leum acutum exit. Caput obtusum. Rostrum edentulum, in  
marginibus tamen scabrum. Opercula alepidota retro dentata.  
Cauda bifurca. P. D. prima 4 crassis, mobilibus, inæquali-  
bus constat aculeis, in fossula dorsi omnino recondendis. Ista  
ad inodorum remota a secunda molli. Pinnæ ventrales singulari-  
ter concretæ in crassam, rigidam, parum mobilem, utrinque  
protrusam spinam sesquipolllicarem.

---

## ORDO III.

## BRANCHIOSTEGI.

## XXXVIII. BALISTES.

*Membrana branchiostega nulla.*

*Pinna Ventralis unica tantum & simplex, aculeata, perpendiculariter & longitudinaliter sita, omnimo-  
de ut pinna Ani.*

*Aculei duo, tres, quatuor vel plures, robustissimi  
& crassissimi in dorso.*

*Dentes maxillarum maximi sibi contigui, antrorsum  
protensi, fuillis & humanis similes. Totum cor-  
pus & caput cathetoplatea, lata (\*).*

## I. BALI-

## ADDITAMENTUM.

(\*) *Character Balistae.*

LINNÆI: Caput compressum. Dentes utrinque 8. horum anteriores 2 longiores; utrinque 3 interiores, intra totidem laterales, adpressi. Apertura supra pinnas pectorales. Corpus compressum, squamis corio adunatis. Abdomen carinatum. S. N. 404. Idem Leske *Naturgesch.* 378. *Der Hornfisch.*

FORSTERI: Pinn. vent. 1. carinata vel o. Corpus compressum squamis corio adnatis. Dentes utrinque 8 longiores, anter. 2. Apertura linearis, lateralis supra pinnas pectorales, (quidam Balistæ sunt abdominales.) *Enchiridion h. n.* 81.

GMELENI: Caput compressum, trunco fere continuum, inter oculos aliquando spina armatum. Os angustum. Dentes in utraque maxilla 8; horum anteriores 2 longiores, utrinque 3 interiores, intra totidem laterales appressi. Branchiarum apertura angusta supra pinnas pectorales. Opercula nulla; membrana radiis 2. Corpus compressum, utrinque carinatum squamis

I. BALISTES aculeis dorſi tribus, cauda bifurca. Art. Syn. 82.

*Guaperua. Marcgr. l. 4. t. 12. Jonſtoni T. 34. f. 2.*

*Oldwife Anglis Americanis.*

Rostrum mandibula inferiore longius.

Dentes maximi, 8 in maxilla inferiore & 14 in superiore. Squamæ magnæ, durissimæ, quadratæ.

Pinna Dorſi 1<sup>a</sup>. aculeis tribus robustissimis conſtat.

2<sup>a</sup>. oſſiculorum 30 mollium. Pectorales 15. Ventralis unica; aculeorum 16. 17 ad 18. Ani oſſiculorum 27 mollium, quorum prima longiffima. Cauda admodum bifurca, oſſiculorum 12.

Longitudo 13. 14 ad 15 unciarum. Latitudo 5 ad 6. Aculeus maximus in Ventre ad Pinnam Ventralem, retrorſum protensus (a).

LII 3

2. BA-

ADDITIONUM.

Squamis corio coadunatis & aculeis minutis asperum. L. S. N. reform. I. P. m. pag. 1462.

GRONOVI: Corpus valde compressum. Anus medius.

Cutis scabra, non squamosa. Linea lateralis nulla. Caput cathetoplateum in acumen contractum. Os angustissimum, terminale. Dentes validi, prominentes. Apertura branchialis angusta, lateralis ante pinnas pectorales. Membrana branchiostega integumentis capitis teclata. Pinnæ 6. P. D. duæ; anterior aculeata. P. V. sub pectoralibus spuriæ, plerumque constantes ex membrana elongata, lateribus paralela, antice radio scabro firmata, vel ex uno, binisque, simplicibus oſſiculis. P. P. in mediis lateribus. Zooph. p. 51.

GOUANI: Corpus cathetoplateum, squamis coadunatis. Caput minimum, suillum. Dentes utrinque 8, anteriores duo longiores. Apertura branch. lateralis, linearis, Hift. pifc. 109.

(a) I. Balistes, *Vetula*, pinna dorsali anteriore triradiata; ventrali longitudinali; caudali bifida. L. S. N. 406. D. 3, 30. P. 16. V. 16. A. 28. C. 12.

Balistes, *Vetula*, pinna ventrali unica; aculeis tribus in pinna dorsali prima. Das alte Weib. Bloch. N. A. F. II. 22. Br. 2, D. 3, 29. P. 18. V. 12. A. 28. C. 14.

Corpus

2. *BALISTES aculeis dorfi duobus; cauda quadrata. Art.**Syn. 32.*

*Guaperua longa, cauda fere quadrata & minime forcipata, capitis vertice latiusculo. Lister, in app. ad. Icht. Will. p. 21. tab. I. 20.*  
*Aculeus ventralis omnino deest (b).*

3. *BALI-***ADDITIONUM.**

Corpus latum, valde compressum, scabrum, reticulatum. Dentes incisores 14 in maxilla superiore & 14 in inferiore. Iris rubra. Pupilla nigra. Anus medius. Dorsum fulvum thalassino striatum. Latera flava. Mentum & venter cinereæ. Striæ cæruleæ 2 in malis, super oculos 8 radiatæ & infra illos 3 itemque aliquot in extremitate caudæ, in pinna dorsali secunda anali & pectorali conspicuntur. Aculus primus validissimus externe denticulis exasperatus est. Præterea tres series aculeorum ante pinnas pectorales existunt. Habitat in utraque India.

*Balistes tribus in dorso aculeis & cauda admodum bifurca conspicuus. Sebæ thes. III. tab. 24. n. 14. Vide Mantissam I.*

(b) 2. *Balistes, maculatus;* pinna anali lata; aculeis duobus in prima pinna dorsali. *Der gefleckte Hornfisch. Bloch. N. A. F. II. 25. tab. 151. D. 2, 24. P. 14. A. 21. C. 12.*

Piseis oblongus, compressus, crassiusculus. Superficies ejus in quincunces divisa, parvisque verrucis exasperata, undique uti P. D & A & C. maculis cæruleis rotundis picta. Caput parvum & aliquantum declive. Os valde angustum. Maxillæ æquales. Quælibet 12 dentibus, inferne latis, superne acutis armata. Ante oculos oblongus scrobiculus & supra illum duæ nares conspicuntur. Pupilla nigra iride thalassina circumdatur. Dorsum & latera violacea. Venter e flavido albus. Os sub abdomine crassum & scabrum. Inter ipsum & pinnam analem aculei aliquot parvi vicem pinnarum ventralium supplent. P. D. unum, longum, validum & ante dentatum aculeum, aliumque tenuem & breviorem habet, qui membrana communi longa dorso annexuntur. P. D. secunda P. A & C. magnæ, radiis multifidis uti P. P. instructæ. P. P & C. flavent. Habitat in America.

## 3. BALISTES cauda bifurca, pinna dorfi maculosa. Art.

Syn. 82.

*Guaperua lata*, cauda forcipata, pinna dorsali maculis quibusdam distincta. *Listeri* in app. p. 21. tab. I. 22.

Aculeus dorfi cornuiformis est, & quaqua versum tuberculis seu denticulis exasperatus (c).

## 4. BALISTES lineis striatis, cauda bifurca. Art. Syn. 82.

*Guaperua lata ad caudam striata*. *Lister. in app. ad Icht.* p. 21, tab. I. 24.

Dentes

## ADDITAMENTUM.

(c) 3. *Balistes, spilotopterygius*, pinna dorsali triangulari, ventrali manifesta; cauda forcipata. *W.*

*Guaperva lata*, cauda forcipata; pinna dorsali maculis quibusdam distincta. *Listeri in Appendice Willugbeji* pag. 21. tab. I. 22.

Vertex capitis compressus. Pinnæ dorsalis & ventralis 2 digitos a cauda desinunt. P. D. crebris maculis distinguitur, atque ex altera parte in cornu 4 digitos longum producitur. Pinnæ caudæ cornua subito oriuntur, tamen digitum longa. Squamæ quadratæ exiguae, & minus hirsutæ. Hujus cornu maximum & non tantum a fronte sed etiam a lateribus ex media certe parte multis exiguis tuberculis exasperatur. Longitudo 16 & latitudo 8 unciarum. *Hæc Listerus.*

The broad *Guaperva*. *Hill. hist. anim.* 282.

Corpus compressum & respectu longitudinis valde latum. Caput compressum. Oculi parvi. Iris argentea. Pupilla rotunda subviridis. Nares binæ vix conspicueæ. Os mediocre. Dentes magni contigui, quorū quidam anteriores protensi sunt. Summitas capitis aliquantum planum, sed non latum. Squamæ magnæ duræ singularis figuræ. In dorso stat singularis spina, magno cornu similis, tuberculosa multisque dentibus armata obtusis. P. D. secunda, longa modice alta, palea infuscata, maculis nigris conspersa. P. V. unica eadem directione cum pinna anali sita. Cauda bifurca olivacei-coloris. Habitat in oceano Americano. Piscis adhuc dubius.

*Balistes forcipatus*, *Gmelini L. S. N.* 1472.

Dentes omnino ut humani incisores.

Aculeus dorsalis exiguis denticulis ab antica parte ferratus (*d*).

## 5. BALI-

### ADDITIONALMEN TUM.

(*d*) 4. *Balistes, niger*, pinna anali brevi; aculeis duobus in pinna dorsali prima. *Der schwarze Einhorntisch.* Bloch. *N. A. F.* II. 27. tab. 152. D. 2, 33. P. 16. A. 32. C. 13.

Corpus compressum ovato-oblongum, nigrum fascia cærulea in pinna dorsali secunda & anali ornatum. Caput breve & admodum declive. Rictus amplior quam in reliquis. Maxilla supera longior infera; utraque dentibus latis five incisoribus armata. Oculi rotundi. Iris alba. Pupilla nigra. Spina longa, valida, maxima ex parte cute vestita sub abdomine vicem pinnæ ventralis supplet. Cutis corporis in areolas rhomboideas divisa. Sulci tres in cauda exarati. Pinnæ dorsalis primæ scapularis radius primus maximus retrorsum curvatus, ante denticulatus; secundus parvus. P. D. secunda semilongitudinalis, fere linearis, retrorsum acuminata, P. A. dorsali secundæ similis & æqualis. P. C. lunata, ad medium truncata extremitatibus lateralibus prælongis. Habitat in China.

*Balistes, ringens*, Osbeck itin. 386. D. 2, 34. P. 16. V. 1. A. 31. C. 13.

Corpus nigrum fascia cærulea in basi pinnæ dorsalis, secundæ & analis distinctum. Squamæ asperæ rhomboideæ. Lineæ 8 ad caudam decurrent. Dentes duplices humanis similes. P. C. falcata.

### Varietas aut alia species.

*Balistes, ringens*, pinna dorsali anteriore triradiata lateribus capitidis triplicatis cauda bifida. L. S. N. 407. Mus. Ad. Fr. I. 58.

Corpus compressum, tectum squamis scabris. Pectus osse longitudinali duro, scabro, fere ad anum carinato. Caput compressum, cute dura, aspera. Os in antica superiori corporis parte. Dentes 8 antrorsum nonnihil prominuli.

Meinbra-

5. BALISTES aculeis quinque in utroque latere. Art. Syn. 82.  
*Guaperua histrix*. Lister: in app. p. 21.  
 Hirsuties quasi insignis ad caudam (e).

6. BALISTES aculeis binis loco pinnarum ventralium, solitario infra uno. Art. Syn. 82.

*Sclopax.*

### ADDITAMENTUM.

Membrana branchiostegā nulla, sed rīma. Latera capitis plieis 3 mobilibus. P. D. anterior radiis 3 primo antice scabro, tota in fossa recondenda; posterior radiis 29 mollibus. P. P. radiis 15 f. 16. P. V. nulla. Ani radiis 26. P. C. radiis 12 bisurca.

(e) 5. Balistes, *aculeatus*, pinna dorsali anteriore triradiata; caudæ lateribus spinis recumbentibus. *L. S. N.* 406.

Guaperva, *Histrix*. Listeri apud Willugby in App. p. 21. tab. I. 21. *Raji syn. pist.* 49.

Huic dentes minus acuti in superiore autem maxilla utrinque ad duos primos dentes singuli exigui denticuli sunt quos alii iterum latiusculi excipiunt. Squamæ quadratae & exiguæ. Ad 3 digitos a cauda e mediis lateribus confertim oriuntur 5 aculei crassiusculi, cornei, teretes longitudine minimum unciali, colore vario, albo nigroque qualis in *Hystricum calamis* cernitar. Item ad caudam insignis præterea hirsuties. Caudæ pinnam quadratam esse in vivo pilce existimo. Ex fusco nigricat. Longitudo 6 & latitudo  $3\frac{1}{2}$  unciarum.

Balistes, *aculeatus*, duobus usque ad quinque ordinibus aculeorum in cauda. *Der Stachelschwanz*. Bloch. *N. A. F.* II. 19. tab. 149. D.  $\frac{3}{2}$ , 25. P. 15. V. 13. A. 23. C. 13.

Balistes rostro subobtuso; radio dorsali anterofsum ferrato; ventrali humili scabro *Gron. zooph.* n. 188. D.  $\frac{2}{2}$ , 23. P. . . . V.  $\frac{1}{2}$ . A. 22. C. . . .

Balistes dorso triacantho & tribus ordinibus aculeorum utrinque versus caudam. *Sebæ thes.* III. 63. tab. 24. fig. 15. D.  $\frac{3}{2}$ , 24. P. 14. V.  $\frac{1}{2}$ . C. 21. Vide *Mantissam I.*

*Scolopax Auctorum. Trömbetta Genuenfum & Soffietta Romanorum (f).*

An hæc præcedentis sola varietas.

Corpus cathetoplateum & tenue. Longitudo maxima 4 digitorum. Latitudo 1 digiti. Squamæ exiguae asperæ.

*Rostrum*

**ADDITIONUM.**

(f) 6. *Centriscus, Scolopax*, corpore squamoso, scabro; cauda recta, extensa. L. S. N. 415. Br. 3. D. 4, 12. P. 17. V. 5. A. 25. C. . . .

Pinnæ ventrales binæ, 4 radiatæ; abdominales in carina abdominis reconditæ. Opercula monophylla. Dentes nulli.

*Centriscus Scolopax*, Massiliensibus *Cardilagno*. Brünichii ichth. 8. Br. 4. D. 4, 12. P. 14. V. 5. A. 18. C. 9.

Corpus oblongo-ovatum compressum, pallide rūbrum, squamis scabris teclum. Caput sursum mobile, productum in rostrum longum, tubulare, teres angustum. Apex operculo maxillæ instar inferioris clauditur. Iris argenteo-rubeascens. Latera capitis ante operculum margine ferrata. Operculum monophyllum integrum. P. P. longæ, acutæ. P. D. caudæ propiores, approximatæ; anterior constat spinis 4, quarum prima, pollice longior, validissima, introrsum duplicitate aculeata, articulata in dorso piscis supra loricati. Ante hanc pinnam spina distincta, brevissima, vix observanda. Pinna posterior brevis. P. V. parvæ in carina occultatæ, basi conexæ. Anus postice. Ante hunc spina adest brevis, P. C. sublunata. Magnitudo fere spithameæ.

*Centriscus, Scolopax*, squamosus. *Der Schneppenfisch.* Bloch. N. A. F. I. 55. tab. 123. fig. 1. Br. 4. D. 4, 17. P. 16. V. 5. A. 18. C. 9.

7. *BALISTES, chinensis*, radio in capite uno; pinna ventrali unica. *Der chinesische Hornfisch.* Bloch. N. A. F. II. 29. tab. 152. fig. 1. D.  $\frac{1}{2}$ , 30. P. 13. V. 13. A. 30. C. 12.

Corpus valde compressum anceps, scabrum, fere ovale, ad medium dorsi gibberulum, pone spathulatum & aculeatum.

*Caput*

**Rostrum longissimum osseum, rectum. Os exiguum in extremitate rostri operculo suo instructum.**  
**Oculi magni; Iris alba.**

Mmm 2

Pinnæ

## ADDITAMENTUM.

**Caput breve, declive. Maxillæ æquales. Dentes 10 angusti, contigui in utraque maxilla. Oculi magni, summi, a rostro remoti, orbiculares, iride alba, pupilla nigra. Ante illos orificia auditus & nares jacent. Linea lateralis arcuata, dorso non paralela ad caudam exolescit. Aculei 8 priorsum incurvi duabus seriebus in cauda dispositi. Pinnæ dorsalis primæ loco adest aculeus solitarius, validus recurvus, bifariam pone ferratus, in occipite erectus & in fossula super dorsum recondendus. P. D. secunda semilongitudinalis, arcuata. P. A. pinnæ dorsali secundæ similis & opposita. P. P. parvæ, rotundatæ, subinferæ. P. V. solitaria, scabra, magna, triangularis, radiis ferratis instructa, quorum extremitates cute crassa reconduntur, præter primum maximum liberum. P. C. rotundata. Color capitis & trunci superne fulvus, ad latera cinereus, inferne albidus, croceis guttis undique conspersus. P. D. secunda & A. cinereæ flavo punctataæ. P. V & A. violaceo marginatæ flavent. Habitat in oceano utriusque Indiæ.**

Balistes, *chinensis*, Osbeck itin. 147. D.  $\frac{1}{2}$ , 34. P. 8.  
 V. 13. A. 30. C. 12.

Aculeus pinnam dorsalem primam repræsentans, retrorsum membrana dorso alligatus. Oculi protuberantes iridem auream habent.

*Pira ata Martgravii h. n. Brasiliæ 154.*

8. BALISTES, *hispidus*, pinna capitidis uniradiata; rostro subulato; pinna caudæ ocello nigro. L. S. N. 405. D.  $\frac{1}{2}$ , 30. P. 14. V. 1. A. 29. C. 12. D. Garden.

Corpus hispidum, versus caudam setis exasperatum. Spina capitidis inter oculos sita, subdecumbens. Membranæ omnium pinnarum ad basin foramine inter radios hiantes. Rostrum sub subulatum. Pinnarum ventralium loco spina ferrata, acuta.

Balistes

Pinnæ Pectorales officularum 14, in apice indivi-  
formum.

Denticuli bini ossei loco pinnarum ventralium, &  
alius paullo inferius in ventre cis anum. Pinna Ani-  
matae 12, longiora 14, breviora 10, in apice rotundata  
officula.

### ADDITAMENTUM.

*Balistes varius*, dorso monocanthio; rostro suillo; macula nigra in extrema cauda. *Sebae thes.* III. 106. tab. 34. fig. 2. D.  $\frac{1}{2}$ , 30. P. 10. V.  $\frac{1}{2}$ . A. 29. C. 7. Vide *Mantissam I.*

### Varietas.

*BALISTES*, (*Longirostris*) rostro oblongo acuto; macula nigra ad os ventrale distinctus. *Sebae thes.* III. 64. tab. 24. fig. 19. D.  $\frac{2}{3}$ , 30. P. .... C. 29. Vide *Mantissam I.*

9. *BALISTES, tomentosus* pinna capitinis biradiata; corpore posterius subvilloto. *L. S. N.* 405.

Balistes radio dorsali postice dupliciter serrato; pinna ventrali minore quam radius; lateribus pilosis ad caudam. *Gron. zooph.* n. 191. tab. 6. fig. 5. *Mus. ichth.* n. 114. D.  $\frac{2}{3}$ , 29. P. 10. V.  $\frac{1}{2}$ . A. 27. C. ....

Corpus valde compressum, ovato-oblongum, asperum, alepidotum. Caput ab oculis declive. Os parum productum, perangustum. Dentes intecti, 3 magni, acuti in maxilla superiore & 2 permagni, conici, externe convexi in inferiore. Oculi summi, a rostro remoti, subrotundi. Iris aurea. Pupilla nigra. Truncus subovatus. Dorsum ab initio rectum, circa medium gibberosum. Anus ori parum propior. Cauda prominentiis piliformibus hirsuta. Inter pinnam ventralem & anum aculei crassi, breves, contigui reclinati adsunt. P. D. prima super oculos sita, duobus aculeis inæqualibus constat: primus est longus, robustus pone dupliciter serratus, alter minimus, vix conspicuus, ex fulco sequente enatus. P. D. secunda semilongitudinalis, mutica. P. P. parvæ, submediae. Pin-narum ventralium locum suplet aculeus longus, pone serratus. P. A. dorsali secundæ similis, longitudinalis. P. C. subro-tunda.

Balistes

officulorum 18. Pinnæ in dorso due, ambæ caudam versus sitæ; anterior aculeorum 5, quorum 2us. longissimus & articulo donatus, reliqui brevissimi.

Mmm 3

simi.

## ADDITAMENTUM.

Balistes unicolor; asper; aculeo dorsi, postica parte uncinulis ferrato. *Sebae thes. III.* 63. tab. 24. fig. 18. D.  $\frac{2}{3}$ , 29. P. . . V. . . A. 27. C. . . Vide *Mantissam I.*

Balistes, tomentosus, uni cornu, cauda hirsuta. *Der kleine Einhornfisch. Bloch N. A. F. II.* 15. D.  $\frac{1}{2}$ , 31. P. 9. A. 27. C. 9.

10. BALISTES, *Meulenii*, pinna dorsali uniradiata, glabra, ventre a gula usque anum fuscato, cauda rotundata. *W.* D.  $\frac{1}{2}$ , 35. P. 14. A. 30. C. 12.

Corpus compressum, ovato-oblongum, ventre usque anum protuberante, pone obtuse angulato. Caput subovatum, a dorso declive, rostro breviter prorecto, obtuso. Maxillæ obsolete plicatæ. Oculi summi ad occiput. Anus medius. P. D. primæ aculeus longus, teres, glaber, membrana brevi dorsi, initio alligatus. P. D. secunda semilongitudinalis, declinata. P. A. illi similis. P. P. parvæ, obtusæ, subinseræ. P. C. rotundata. Color undique castaneus, vittis 5 obscurioribus superpictus. Longitudo semipedalis. Habitat in mari indico. *Houttuyn. h. n. I.* pars 3. pag. 462. tab. 69. fig. 1. *Müller L. S. N. III.* 301. tab. 9. fig. 1. Ubi Balistæ ringenti suppositus est.

11. BALISTES, *Schœpfii*; pinna capitis uniradiata, anque radiorum 41. *Schriften Berl. Ges. Nat.* VIII. 186. D.  $\frac{1}{2}$ , 35. P. 12. V. o. A. 41. C. 12.

Caput valde compressum, fronte carinata, arcuata & admodum declivi. Rostrum obtusum, productum. Os angustum. Oculi argentei. Dentes in maxillis quaterni: inferiores longiores, latiores, parum incurvi, bicuspidati. Præter eos unus solitarius latior & planior reliquis ad angulum oris utrumque. Apertura branchialis linearis, subcurva, nuda, inter oculos & pinnas pectorales sita. Branchiæ 4 arcuatæ. Corpus compres-

pag. 55.

simi. Posterior dorsi pinna ossiculorum 12. Cauda tantillum bifurca. Venter in antica parte peracutus. Locus: Romæ &c.

## XXXIX.

## ADDITAMENTUM.

compressum, oblongum, verruculis sparsis exasperatum. Abdomen carinatum & valde arcuatum. Aculeus subdecumbens inter oculos elevatur. Pulmones præter branchias adiunt. Color sordide spadiceus. Longitudo pedalis.

12. *BALISTES, monoceros* pinna capitis uniradiata, radiis caudalibus carinatis. *L. S. N.* 404. *Mus. Ad. Fr. II.* 53. *D.*  $\frac{1}{2}$ , 46. *P.* 14. *V. o.* A. 50. *C.* 12.

Caput absque rugis lateralibus, præter aperturam ordinariam branchiarum. Dentes antice, latiores, acuti. Carina pectoris cute communi tecta. Corpus nudum, molli scabrum, fuscum. P. D. prior in vertice capitis sita, radio unico, scabro admodum; membrana postice instructa; adeoque vera pinna. P. D. posterior radiis 46 simplicibus. P. P. radiis 14. P. V. nulla. P. A. rad. 50 simplicibus. P. C. radiis 12 lateribus carinatis, indivisis, mollibus, marginibus caudæ insertis. In systemate natura p. 405 apposuit: Carina abdominis intra cutem, sed ad apicem denticulis reversis 4 transverse positis, spina verticis postice aculeis duplicis ordinis nutantibus.

*Balistes, monoceros*, radiis quinquaginta uno in pinna ani. *Der Einhornfisch.* *Bloch N. A. F. II.* 12. tab. 146. *D.*  $\frac{1}{2}$ , 48. *P.* 15. *V. o.* A. 51. *C.* 12. Habitat in utraque India.

*Balistes, monoceros.* *Osbeck itin.* 144. *D.*  $\frac{1}{2}$ , 47. *P.* 13. *V. o.* A. 51. *C.* 12.

*Varietas.*

α. *Balistes, scriptus.* *Osbecii itin.* 145.

Corpus totum litteris quasi orientalibus cæruleis insignitum. *Unicornis piscis Bahamensis.* *Catesby. Carol. II.* tab. 19. *Ewauwe Pangay. Renard poiss.* I. fig. 69.

*Balistes à queue très large & très longue, les cotés du corps tachetés.* *Boddært. hist. n. de la mer des Indes,* p. 19.

13. *BALI-*

## ADDITIONAL.

13. *Balistes, papilloso*, pinna dorsali anteriore biradiata; corpore papilloso. *L. S. N. 405. Mus. Ad. Fr. II. 54. D. 2, 29. P. 13. V. o. A. 21. C. 12.*

Caput absque rugis lateralibus. Apertura branchiarum & dentes ut in congeneribus. Corpus totum tectum undique papillis, pallido-fuscum. Magnitudo extimi articuli pollicis. Sterni carina exit mucrone hispido. Cauda integra.

*Balistes, granulatus*, pinna dorsali anteriore biradiata; corpore granoso. *White's Voyage to new South-Wales 295. tab. 39. fig. 2.*

Corpus albido-cinerascens papillis parvulis adspersum. Thorax cum ventre velut in sacculum obtuse angulatum & mucrone terminatum productus. Longitudo iconis  $4\frac{1}{2}$  unciarum & latitudo perpendicularis circa medium 2 unciarum. P. C. rotundata.

14. *Balistes, (curassavicus)* rostro obtuso; radio dorsali anterius scabro; ventrali humili, retuso; cauda truncata. *Gronov. zooph. n. 196. D. 2, 27. P. 13. V. o. A. 26. C. 8 v. 9.*

Corpus ovato-oblongum, cathetoplateum supra magis arcuatum quam infra. Caput a dorso declive, supra & infra convexum, ante obtusum, asperum, squamosum atro lineatum. Os terminale, angustum, polyodon. Dentes acutissimi labiis carnosis tecti. Quidam eorum lati, acuti, contigui. Squamae duræ invicem adnexæ, scabré, imbricatæ. P. D. prior e regione pectoraliuni sita aculeo longo, antice scabro, aliquæ parvula composita, in fulco dorsi decumbens. P. D. altera linearis, alta, longa. P. P. parvæ, submediæ, oblique asurgententes. P. V. nullæ. Locum earum implet ossiculum scabrum, stabile, prominens. P. A. dorsali secundæ æqualis atque opposita. P. C. proportionata, æqualis. Color: Superior dorsi capitisque pars fusca. Latera corporis & capitis dilute fulva, splendentia: Sinus inter squamarum ordines in lateribus capitis nigri. Centrum squamarum in lateribus trunci nigricat. P. D. posterior & P. A. dilute fulvæ. P. D. anterior fusca. P. C. aurantio colore nitida. Habitat in mari ad Curassaviam. Longitudo summa  $3\frac{1}{2}$  unciarum & latitudo maxima sesqui unciae.

## ADDITIONALMEN TUM.

15. *BALISTES*, (*Auwawa*) oblongiusculus; maxillis porrectis; radio dorsali primo utrinque scabro; ventrali nullo. *Gronov. zooph. n.* 193. *D.*  $\frac{1}{2}$ , 46. *P.* . . . *A.* 47. *C.* 10.

Corpus oblongum, valde compressum. Caput a fronte declive, superne convexiusculum. Os terminale, angustum. Dentes prominuli, validi, plurimi. Apertura branchialis obliqua, angusta super P. P. Pectus & abdomen carinata, tenuissima. Anus medius. Ventrales aculei vel pinnæ defunt. P. D. anterior super oculos in sulco dorsali reclinanda. Radius prior scaber, major, alter vix conspicuus in sulco latitat. P. D. secunda linearis, fere longitudinalis. P. P. parvæ rotundatæ. P. A. longitudinalis. P. C. magna, rotundata. Color subalbidus. Habitat in mari Indico.

*Ikan Auwawa. Valentin. ind. vet. ♂ nov. III. 377. fig. 92.*

## Varietas.

α. *BALISTES, barbatus*, aculeo supra oculos fisso. *W.*

Capitè triangulo, gutturoso, ore admodum parvo, barbato; unico parvo aculeo rectirvo in apice diviso supra oculos; exiguis fetis pinnarum loco ad caudam; cauda ipsa oblique resecta. *Kleinii Miss. III. 25. tab. 3. fig. 11.*

*Balistes Kleinii oblongiusculus*, maxillis porrectis; radio dorsali primo, utrinque scabro. *Gmelin. L. S. N.* 1472.

16. *BALISTES, verrucosus*, pinna dorsali anteriore triradiata; cauda ordine triplici verrucarum. *L. S. N.* 405. *Muf. Ad. Fr. I.* 57. *tab. 27. fig. 4.* *D.*  $\frac{3}{2}$ , 24. *P.* 13. *V.* 0. *A.* 21. *C.* 12.

Corpus valde compressum, cute scabra ex squamis duris. Fascia grisea a pinna altera pectorali per oculos & verticem ad pinnam pectoralem oppositam. Caput compressum. Os album, utrinque macula cuneiformi alba. Dentes circiter 8 prominuli. Apertura branchiarum sive rima supra pinnas pectorales. Abdomen postice late fuscum. Spina truncata, scabra in medio abdominis. Carina scabra intra spinam priorem & pinnam ani. Triplex ordo longitudinalis tuberculorum verrucorum ad utrumque latus caudæ, quorum ordo superior brevior.

## ADDITIONAL.

brevior. P. C. integra. Habitat in America meridionali. (Varietas forsitan aculeati).

Balistes, *Affasi*, verrucosus, fuscus; ventre albo, ano nigro. *Forskål.* I. c. 75.

Corpus parvum, fuscum, ventre albo; anus niger annulo fulvo. Cauda macula oblonga alba, in qua triplex ordo verrucarum nigrarum. In vertice inter oculos fasciæ transversæ cœruleæ 4; tribus nigris alternantibus. Iris aurea. Ab oculo ad basin P. P. linea lanceolata nigra. Ante eam linea lanceolata flava, margine albo-cœrulecente. Labia flava. Ab ore ad P. P. linea ferrugineo-fusca. Corpus totum verrucis fuscis muricatum. P. D. anterior nigra recondenda. Radii primi verrucoso-spinnosi. P. reliquæ pallide rufescentes. Magnitudo spithainæ.

17. BALISTES, *Capriscus*, latus, ellipticus, pinna dorsali priore triacantha, caudalique parva truncata. *W.*

*Capriscus*. *Pesce Balestra Salviani*. *Willugby* 152. tab. I. 10.

Corpus admodum compressum latum, elypticum, corio squamoso aspero vestitum. Caput valde compressum, a nucha declive; supra & infra arcuatum, ante obtusum. Oculi summi, a rostro remotiores. Os angustum. Dentes lati, contigui, cuneati validi 8 in utraque maxilla. P. D. prior in medio fere dorsi, tribus aculeis inæqualibus, remotis constat quorum primus multo crassior & longior est reliquis. P. D. altera semilongitudinalis, declinata. P. A. dorsali posteriori similis & opposita. P. P. minutæ, rotundatæ, submediæ. P. V. nullæ. Loco illarum aculeus recurvus validus prominet, qui est apex sterni. Regio parva inter hunc aculeum & anum aculeis parvis ferratis armata. Caudæ extremitas brevis, angusta, spathulata pinnam parvam truncatam gerit. Color: ex livido viret nonnullis parvis notis cœruleis conspersus. Dorsi vero & ventris pinnæ nigricantes cœruleis & rubentibus maculis quamplurimis insigniuntur.

18. BALISTES, (*macropterus*), radio dorsali ventralique humillimo; pinna dorsi secunda analique triquetra majore. *Gronov. zooph.* II. 192. D.  $\frac{3}{4}$ , 22. A. 19.

## ADDITAMENTUM.

Forma corporis eadem quæ *B. tomentoso*. P. D. prior triacantha. P. D. posterior maxima triquetra a priore multum distans. Pinnarum ventralium loco breve os truncatum, oblique deorsum extensus. P. A. dorsali secundæ æqualis. P. C. subrotunda. Dentes plurimi triquetri in maxillis. Color subbruneus in abdomen albis maculis varius. Habitat in oceano Americano.

*Balistes, americanus. Gmelini L. S. N. 1475.*

19. *BALISTES, biaculeatus*, aculeis binis in ventre. *Der zweyfachliche Hornfisch. Bloch. N. A. F. II. 17. D. 4, 23, P. 13. V. 1. A. 17. C. 12.*

Corpus oblongum, crassiusculum, subasperum. Caput suillum. Rictus parvus. Maxillæ æquales. Dentes acuti 12 in maxilla superiore & 10 in inferiore. Nares geminæ prope oculos. Oculi magni ovales ad verticem. Pupilla nigra. Iris dilute viridis. Apertura branchialis angusta ante pinnas pectorales. Linea lateralis super oculos oriunda deinde dorso paralela ante pinnam caudalem curvatur. Aculei ventrales longi, utrinque denticulati, in fossula, abdomini utrinque impressa, reponuntur. Anus remotus. Radius primus pinnæ dorsalis prioris validus, longus recurvus utrinque denticulatus. Pinnæ caudæ longa, bifurca. Color dorsi cinereus, laterum, albus, pinnæ dorsalis primæ niger, reliquarum subluteus. Habitat in India orientali.

*Balistes dorso triacantho*, aculeis binis loco pinnarum ventralium; cauda bifurca. *Gron. mis. n. 115. D. 3, 24. P. 13. V. 1. A. 19. C. 14.*

*Piscis cornutus. Willugby App. p. 5, tab. 10, fig. 2.*

## Species ad huc dubiae.

20. *BALISTES, japonicus*, radiis pinnæ dorsalis 3 v. 4. *W.*

*Balistes monoceros. Einhörnige Hoornvisch. Houittuyni. Act. Harl. XX. P. 2. n. 33. D. 3-4. P. 13. V... A... C. 14.*  
Longitudo 6 unciarum. Color subfuscus vel cinereus. Anteriorum radiorum unus exit in longum filum.

21. *BALI-*

## ADDITIONAL.

21. **BALISTES**, *guttatus*, pinna dorsali posteriore radiis prioribus tribus prolixioribus aucta; caudæ pinna flexuosa, cornuta *W.*

*Stiphisch. Willugby App. 7. tab. 9. fig. 4.*

*Balistes, punctatus. Gmelini L. S. N. 1472.*

## Varietas.

α. **Balistes, bellus**, pinna dorsi priore triacantha, radiis 4 prioribus pinnæ dorsalis posterioris prolixioribus, pinna caudæ cornuta in medio flexuosa. *W.*

*Bourse. Froyeri itin. 56.*

Piscis pulcherrimus radiis circa oculos, maculis frequentibus & hexagonis suave cæruleis. Abdomen ad anum profunde impressum. Gula & pectus transversim striata. Habitat in mari Indiæ occidentalis.

22. **BALISTES, Talpa, scaber**, oculis orbus, pinna dorsali prima unitradiata; tuberibus duobus sub thorace, loco pinnarum ventralium. *W.* D. I, 48. P. 12. A. 43. C. 12.

Corpus compressum, oblongum ante & pone sensim angustum, cute punctulis scabra vestitum. Caput conicum, longius, quam altum, a dorso decline, ut in talpa. Oculi nulli aspectabiles, neque nares. Os angustum, tubulosum, compressum, emissicium. Maxillæ subæquales, arcuatæ, tenues ad instar laminarum, fere perpendiculares, quarum supera inferam breviorem & ampliorem ad latera quasi vaginam intrat. Dentes 12 extrorsum oblique porrecli, contigui; in maxilla supera 6 plani, diversi; duo nempe medii, lineares, truncati, parum incurvi, duo utrinque gradatim breviores dissimiles; penultimus enim latus, ante retusus, processu lateralí mucronato uni denti medio appressus est, illum longitudine æquat; ultimus omnium minimus rotundatus. In maxilla infera item 6, videlicet 4 subulati, æquales, superioribus longiores; ultimus utrinque multo latior & brevior illis, truncatus, ad comissuram maxillarum situs. Apertura branchiarum angusta, semilunata, ante basin pinnarum pectoralium. Truncus compressus, fusiformis, caudæ extremitate spathulata. Anus subpectore.

*XXXIX. OSTRACION.*

*Membrana Branchiostega nulla.*

*Figura corporis* insolens, nempe vel globosa seu sphœrica, vel subrotunda, vel ovata seu oblongo rotunda, vel oblongo quadrangulata, vel conica fere. *Cutis dura* saepe spinis seu aculeis magnis vel in toto corpore, vel in aliqua ejus parte, armata; interdum vero glabra.

*Pinnæ Ventrals* defunt. Numerus pinnarum quinarius, nempe duæ Pectorales seu laterales; una dorsi; una Ani & una Caudæ.

*Os exiguum:* Dentes magni. Oculi cute communi tecti.

*Foramina narium* utrinque duo ante oculos. *Labia reductilia* dentes ad partem tegunt (\*).

*Ostracio-*

ADDITAMENTUM.

pectore. P. D. prima est aculeus brevis, semiteres cute rubella obtectus, in medio dorsi decumbens. P. D. altera lumbaris, semilongitudinalis. P. A. isti similis & opposita. P. P. parvæ oblique truncatae, radiis simplicibus desuper crescentibus. P. ventralium loco tubera semiglobosa sub thorace ante anum adsunt. P. C. integra, magna. Color undique fuscus, in pennis pallidus. Descriptionem hanc secundam pisces siccatum, stupaque effartum non accurate compositam posteri, ut ex vivo pisces corrigant, exopto Balistæ Awawæ affinis.

(\*) *Character generis Ostracionis.*

LINNÆI: Dentes utrobi 10 porrecti, teretes, obtusiusculi. Apertura linearis. Corpus osse integro loricatum. Pinnae ventrales nullæ. S. N. 407.

BRÜNNICHII: Branchiæ incompletæ: Pinnæ membranaceæ radiis ossis fulcitate. P. V. nullæ; Corpus loricatum osse integro. Fundam zool. 130.

GOÜANI: Corpus polygonum; osse integro loricatum, tessulatum. Caput parvum. Dentes utrobique 10, porrecti, teretes, obtusiusculi. Apertura branchialis linearis, lateralis supra pinnas pectorales. Hist. pist. 109.

*Ostraciones polyodontes, oblongi, & plerumque glabri.*

(a) *Quadranguli.*

1. OSTRACION *oblongo-quadrangulus, tuberculis quatuor majoribus in dorso.* Art. Syn. 84.

*Piscis maximus, quadrangularis, id est dorso plano (tuberculatus).* Ray p. 45.

*Piscis maximus quadrangularis, quatuor tuberculis in dorso non longe à Capite insignitus.* Lister. in app. Will. p. 20.

*An Ostration prior Aldrovandi l. 4. c. 19. pag. 560.* Will. pag. 148. Ray pag. 44.

Magnus est (a).

2. OSTRACION *oblongo-quadrangulus gibbosus.* Art. Syn. 83.

*Ostration alter Aldrov. l. 4. c. 19. p. 561.* *Ostration alter gibbosus.* Ray p. 44.

Figuræ hexagonæ pulcræ in toto corpore (b). pag. 56.

Nnn 3

3. OSTRA-

#### ADDITIONALIA.

(a) 1. *Ostration, tuberculatus, tetragonus, muticus;* tuberculis dorsalibus 4. L. S. N. 409.

*Piscis quadrangularis, maximus; dorso plano, tuberculis 4 in dorso non longe a capite.* Listeri in Willugby. App. p. 20. tab. l. 10.

*The-great square Fish Hillii hist. an. 284.*

Caput, ait, est parvum. Rostrum obtusum. Oculi magni. Iris e viridi alba. Pupilla rotunda e viridi nigra. Nares geminæ ante oculos. Os parvum. Dentes magni, labiis mobilibus ad partem tecti. Corpus quadrato oblongo fere simile. Dorsum & abdomen lata & plana. Latera autem paulum prominent. In dorso pone caput 4 tubercula eminent. P. P. parvæ, obtusæ. P. A. oblonga. P. D. brevis. P. C. magna.

(b) 2. *Ostration, gibbosus, tetragonus, muticus, gibbosus.* L. S. N. 409.

*Ostration alter gibbosus Aldrovandi.* lib. 4. cap. 19. c. figura. Willugby tab. l. 9. fig. 1, inutuata.

The

3. OSTRACION *oblongo-quadrangulus*, *rostro acuto*, *mamilis in dorso & capite*. Art. Syn. 84.  
*Piscis majusculus*, *quadrangularis*, *rostratus*. Lister. in app. Will. p. 20. tab. I. n. Ray p. 45. N°. 11.  
 Vidi in museo Hans. Sloane d. 15. May 1735.
- † *Ostracion tertius rostratus*. Lister. in Will. p. 156. Ray p. 45.  
 Huic admodum cognatus videtur, sed non meminuit Listerus an quadrangulis sit, nec ne. Tuberculis careat. Lister. (c)

## 4. OSTRA-

## ADDITAMENTUM.

*The gibbose Ostracion Hill*, hist. an. 284, ubi sequens descriptio.

Caput parvum. Oculi magni cute obtecti. Nares geminæ haud procul ab oculis. Os parvum. Labia subcarnosa, mobilia. Dentes magni, a labiis non omnino obtecti. Corpus oblongum & aliquo modo tetragonum. Dorsum & abdomen plana, a quibus latera costa humili aliquatenus separantur. Nihilo tamen minus totum corpus ad globosam formam accedit. Cutis dura figuris hexagonis ubique eleganter insignita. P. D. brevis & modice lata. P. A. longior. P. P. oblongæ latæque. P. C. magna. Omnes olivaceo pallido coloratæ. P. C. attamen obscurior reliquis conspicitur.

(c) 3. Ostracion, *Nasus*, *rostro nasiformi*. *Der Nasenbeinfisch*. Bloch. N. A. F. I. 118. D. 9. P. 9. A. 9. C. . .

Corpus oblongum, tetragonum, fere parallelopipedo simile, sed angulis prominentibus. In medio dorsi costa longitudinalis, 4 acuminibus parvis inæquabilis, prominet. Scutella, quibus obtègitur lorica, et sex lamellis radiatim composita sunt, quarum limbus eminent stellam sexradiatam repræsentant. In centro cuiuscunque stellæ macula rubra, margaritis quasi composita, elucet. Præterea caput & dorsum punctis rubris conpersa sunt. Oculi magni pupillam nigram & iridem e viride flavam continent. Color fundamentalis cinereus. Pinnæ rubellæ. Cauda & caput nigris maculis aliquot ornantur. Habitat in Nilo. In longitudinem duorum pedum ex crescit.

## 4. OSTRACION quadrangulus, maculis variis plurimis.

*Art. Syn. 85.**Piscis mediocris quadrangularis maculosus. List. in app.**Will. p. 20. n. 9. p. 148. tab. I. 12. Ray p. 45.**Maculæ circinnatæ, varii coloris, singulæ in singulis squamis laterum; in ventre vero inaculæ exiguae duæ vel tres in singulis figuris hexagonis.**Dorsum magis maculosum est.**Squamæ hexagonæ plurimis tuberculis exiguis & lineis notatae. Pinnæ Pectorales officulorum 10.**Dorsi 9. Ani 8. Caudæ 10. (d)*(b) *Trianguli.*

## 5. OSTRA-

## ADDITIONALMEN.TUM.

*(d) 4 Ostracion, cubicus, tetragonus, muticus, lateribus planiusculis. L. S. N. 410.**Ostracion, tetragonus, polyodon, inermis. Mus. Ad. Fr. I. 59. D. 9. P. 10. V. o. A. 10. C. 10.**Ostracion quadrangulus, nigrescens, tuberculis minimis & maculis albis varius. Sebae thes. III. 61. tab. 24. fig. 5. Vide Mantissam I.**Ostracion cubicus, quadrangularis, ocellis bruneis. Das glatte Viereck. Bloch. N. A. F. I. 115. tab. 137. D. 10. P. 10. A. 10. C. 10.*

Corpus oblongum tetragonum cuius superficies inferior superiorum latitudine superat. Scutella sexangularia, ocello albo, iride spadiceo inclusa insignita. Ipsa in dorso magis obscura, quam in abdome. Labia crassa. Maxilla supera duodecim & infra decem dentibus munita. Oculi ovales, iride slave-scente & pupilla nigra. Corpus punctis eminentibus scutellorum scabrum. Spiracula minora. Latera cinerea. Caput sub-flavum. Cauda spadicea. P. P. rubicundæ; reliquæ pinnæ cinereæ, ad basin tantum rubescunt.

## Varietas.

Ostracion, cubicus, punctis acutis utrinque exasperatus; luteus fusco multifariam conspersus. Teerlingse Beenvisch. Houttuyni in Act. Harlem XX. p. 2. n. 36. Habitat in Japonia.

5. OSTRACION *triangulatus*, *duobus aculeis in fronte & totidem in imo ventre*. Art. Syn. 85.  
 Corpora variæ figuræ, sed plerumque hexagona & radiata quasi, sed fere lævia squamarum loco.  
 Pinnæ Pectorales officulorum II. Dorsi 10. Ani 10.  
 Caudæ æqualis 8. ad 10.  
 Vidi Londini apud Mr. Lillja & in Nagshead (e).
6. OSTRACION *triangulatus*, *aculeis duobus in capite & unico longiore superne ad caudam*. Art. Syn. 85.  
*Pisces triangularis capite cornutus; cui e media cauda cutacea aculeus longus erigitur.* Lister. in app. ad Ichth. Will. pag. 19. tab. I. 16. Ray pag. 44. N°. 6.  
 Maculæ pulcræ in Corpore (f).

## 7. OSTRA-

## ADDITAMENTUM.

(e) 5. Ostracion, *quadricornis*, spinis frontalibus subcaudalibusque binis L. S. N. 409.

Ostracion anterius quadrangulus, sed dorso acuto, gibbosofus; aculeis duobus in capite & totidem in ventre. Sebae thes. III. 61. tab. 24. fig. 9. D. 10. P. 12. A. 10. Vide Mantissam I.

Ostracion, *quadricornis*, triangularis; aculeis 4. Das vierstathliche Dreyeck. Bloch. N. A. F. I. 108. tab. 134. D. 7. P. 6. A. 8. C. 10.

Corpus ovato-oblongum, trigonum, altius quam crassum dorso arcuato carinatoque. Caput subconicum. Oculi ovales. Pupilla saturate cœrulea. Iris luteola. Maxilla supera 14 dentibus & infra 12 armata. Scutella hexagona, punctis eminentibus scabra. Color corporis fundamentalis subrufus, maculis spadiceis longis, inordinate curvatis, insignitus. Cauda longa flava, nigro maculata. Pinnæ flavent. Caudalis lata, rotundata est. P. D. autem & analis multo minores brevesque. Habitat in oceano utriusque Indiæ.

*Der gehörnte dreieckige Kropffisch. Knorrii delit. II. tab. H. 7. fig. 1.*

(f) 6. Ostracion, *tricornis*, trigonus; spinis frontalibus duabus, dorsali una. L. S. N. 408.

7. OSTRACION *triangulatus*, *limbis figurarum hexagonalium eminentibus, aculeis duobus in imo ventre.* Art.  
Syn. 85.

*Piscis triangularis Clusi, cornibus carens. Lister, in Icht. pag. 57.*  
*Will. pag. 156. tab. I. 13. Ray p. 44.*

Maximus est ex triangulatis. Maculis caret.

Figure striatae hexagonae cum limbis eminentibus in corpore. Cauda longa.

Dentes inferne 8 circiter: superne 11 ad 12.

Vidi apud Sir Hans Sloane & in Nagshead. (g)

#### 8. OSTRA-

#### ADDITIONALIA.

Aculeo super caudam erecto, ab Ostracione quadricorni differt, inde varietatem ejus esse existimo. *Hillius in Hist. animal.* sua tanquam speciem singularem sub nomine specifico Ar-tedi pag. 286 eum ita descripsit.

Caput est parvum. Rostrum obtusum. Os angustum labiis carnosis. Dentes magni, numerosi. Nares geminæ, vix conspicuæ, ab extremitate rostri valde remotæ. Oculi magni, velamento tecti. Duæ irregulares spinæ ad instar cornuum haud procul ab oculis oriundæ. Corpus ad figuram triangularem accedens, dura & firma cute tectum, figuris & punctis eleganter distinctum. P. P. oblongæ, obtusæ, radiis 10. P. A. 8 radiata. P. D. rad. 9. P. C. magna non bifurca 11 radios continet & colore est obscure cinereo.

(g) 7. Ostracion, *trigonus*, spinis subcaudalibus 2, pinna dorsi radiis 14. L. S. N. 408. D. 14. P. 10. A. 9. C. 7.

Ostracion, *trigonus*, dorso arcuato; pinna anali radiis 12. *Das geperlte Dreyeck.* Bloch. N. A. F. I. 110. tab. 135. D. 14. P. 12. A. 12. C. 7.

Corpus sine cauda fere ovale, trigonum, dorso valde arcuato. Scutella hexagona lineis, & supra illas punctis eminentibus ornata, ad latera centro & infra abdomen limbo protuberant. Caput magnum valde declive. Os parvulum. Maxilla supera 10 & infera 8 dentibus contiguis armata. Oculi magni, superi. Iris aurea. Pupilla nigra. Color in capite

Artedi Genera.

Ooo cine-

8. OSTRACION *triangulatus totus maculosus ac tuberculatus*, *aculeis duobus in imo ventre.* Art. Syn. 85.  
*Piscis mediocris, triangularis, ad imum ventrem prope caudam tantum cornutus, ex toto maculis æqualibus, subrufis, dense insignitus.* Lister. in app. Will. pag. 20. tab. I. 17. Ray p. 44. N°. 7.

Tubercula innumera in toto corpore, ut & maculae subrufæ, rotundæ, æquales, tuberculis majores. Supercilia eminentia. Dorsum valde acutum & gibbosum.

Dentes maxillarum infernè 8 circiter: superne 11 ad 12.

Pinnæ Pectorales officulorum 11 ad 12. Dorsalis 10. Ani 10. Cauda 10.

Vidi Londini in the White Bear. (h)

9. OSTRACION *triangulatus, tuberculis hexagonis radiatis, aculeis duobus in imo ventre.* Art. Syn. 85.

*Piscis triangularis, parvus, non nisi imo ventre cornutus.* Listeri in app. Will. pag. 20. Ray pag. 45. N°. 8.

Squamæ

#### ADDITIONALMENTUM.

cinereus ad flavum vergens, in trunco flavus in spadiceum migrans. Pinnæ subcæruleo marginatæ flarent. Aculei robusti canaliculati. Habitat circa Iamaicam.

(h) 8. Ostracionis bicaudalis varietas. L. S. N. 408.

Ostracion, *bicaudalis, trigonus, maculosus; aculeis binis subcaudalibus.* Das zweystacheliche Dreyeck. Bloch N. A. F. I. 103. tab. 132. D. 10. P. 13. A. 9. C. 8.

Corpus trigonum, punctis eminentibus scabrum & maculatis undique minutis, rotundis notatum. Oculi magni. Pupilla nigra. Iris subrubra. Nares simplices ante oculos. Dentes 16 in maxilla supera & 12 in infera: Cauda brevis, conica, maculosa sicuti ejus pinna rotunda. Color fundamentalis corporis cinereus gilvo marmoratus. Pinnæ flavæ, obscuriore margine terminatae. Habitat in India orientali. In longitudinem pedis & ultra excrescit.

Squamæ hexagonæ radiantur quasi per tuberculæ exigua, à centro paullulum eminentes & duas lineolas per medium transversas habent.

In multis convenit cum N°. 7. & forte minor natu, ejusdem speciei? admodum exiguus est.

Dorsum acutum, admodum gibbosum. Venter latifimus.

Supercilia elata: maculæ 2 magnæ utrinque.

Pinna Pectoralis officulorum 12. Dorsi 10. Ani 10. Cauda 10.

Apud Dm. Sebam vidi. (i)

10. OSTRACION *triangulus*; *tuberculis exiguis innumeris, aculeis carens*. Art. Syn. 85.

*Piscis triangularis ex toto cornibus carens.* Lister. in ap- pag. 58. pend. Will. p. 20. tab. I. 18. Ray p. 45. N°. 9.

Squamæ hexagonæ, vel potius triangulæ, in medio paullum eminent, & tuberculis innumeris, exiguis, striatim dispositis exornantur.

Venter satis latus est respectu ad cæteros.

Vidi Londini in the Nagshead & apud Mr. Lillia.

Figureæ hexangulæ ad ambitum lineis aliquot parallelis striatæ & tuberculis minimis in medio. Maculæ albescentes plurimæ in toto fere corpore, præcipue ad Dorsum 1. 3 vel 4 in singula squama.

Supercilia prominentia. Dorsum acutum gibbosum.

Pinnae Pectorales officulorum 12. Dorsalis 10. Ani 10. Cauda subrotunda extremitate officulorum 8. vel 10. (k)

#### Ostraciones Tetraodontes.

Ooo 2

II. OSTRA-

#### ADDITIONALMEN.

(i) 9. Ostracion, *bicaudalis*, trigonus; spinis subcaudalibus duabus; pinna dorsali radiis 10. L. S. N. 408.

Illiis, quam Arredi apud Sebam vidit, imaginem videre est in Sebae thes. III. tab. 24. fig. 3.

(k) 10. Ostracion, *triqueter*, trigonus, muticus. L. S. N. 407.

Ostracion

II. OSTRACION *sphaericus tetraodon*, *aculeis undique exiguis.* Art. Syn. 83.*Orbis*

## ADDITAMENTUM.

*Ostracion trigonus*, polyodon inermis triqueter. *Msf.*  
*Ad. Fr. I. 60. D. 10. P. 12. A. 10. C. 10.*

Corpus sere osseum; triquetrum, dorso compresso, convexo, scabro, subrepando. Latera testa squamis hexagonis, versus dorsum rhombeis. Color griseus, punctis albis maculatus, punctisque eminentibus, obsoletis adspersus. Cauda nuda, membranacea, albo maculata. Dentes plurimi, parvi. Supericia gibbosa, elata. P. D. e regione pinnæ ani. P. A. rotundata. P. C. integra.

*Ostracion, triqueter*, triangularis muticus; tessulis convexis. *Das stachellose Dreyeck.* *Bloch N. A. F. I. 99. tab. 130.*  
*D. 11. P. 17. A. 12. C. 14.*

Corpus trigonum angulis inferioribus glabris, obsoletis superiore acutissimo & aspero. Planum inferius parum arcuatum, & angustius lateralibus. Scutella hexagona, in medio elevata, lineis radiatis punctisque eminentibusque ornata. Pupilla nigra. Iris ante alba & pone flava. Color corporis rufus, maculis albis in medio scutellorum distinctus. Pinnæ flavent. Cauda longa maculis guttatis fusco marginatis conspersa. P. C. flava, rotundata. Habitat in utraque India.

*Ostracion tuberculis exiguis*, inermis, asper, aculeis carrens. *Sebæ thes. III. p. 63. tab. 24. fig. 6.* Vide *Mantissam I.*

II. OSTRACION, *turritus*, superciliis, dorsoque spinis solitariis; abdomine spinis utrinque 4. *Forskål l. c. pag. 75.*  
*D. 9. P. 10. A. 9. C. 10.*

Corpus subtetragonum, tuberculatum; cute ossea, hexagonis contexta; futuris pellucidis; punctis elevatis multis scabra. Crusta ventris latissima, plana, ovata, antice attenuata, pone obtusa, sub ore emarginata, utroque latere spinis 4 retrorsum spectantibus, versus caudam remotioribus. Crusta super caudam triangularis obtusa, ab utroque latere magno sinu emarginata. Dorsum convexum, lateribus marginatum; in medio

*Orbis Salviani fol. 208. 209.**Orbis primus: Rond. l. 15. c. 2. p. 419. Ray pag. 43.*

Ooo 3

Pinnæ

## ADDITAMENTUM.

medio gibbus elevatus, compressus triangularis; supra spina brevi, erecta, retrorsum versa. Totum corpus incrustatum præter labia, caudam & pinnarum basin. Frons perpendicularis, rotunda, convexa, inter oculos depressa. Oculi plus duplo suo diametro remoti; iride aurea. Ante utrumque fo- veola nigra, impressa, puncto medio albo, forte perforato. Color crustæ cinereo-flavicans; partium nudarum fuscus; caudæ cinereus, guttis fuscis. Latera declivi-concava.

Ostracion, *turritus*, quadrangularis; processu magno in dorso. *Der Thurmträger. Bloch. N. A. F. I. 113. tab. 136. D. 10. P. 12. C. 10.*

Pisciculus Amboinensis triangularis, gibbosus, osseus, lateribus undique spinosus. *Fr. Ruijshii thes. anim. tab. 6. fig. 1.*

*Der viereckige gehörnte Kropffisch. Knorr. delic. nat. 50. tab. H. 1. fig. 2.*

12. OSTRACION, *cornutus*, tetragonus; spinis frontalis subcaudalibusque 2. *L. S. N. 409. Mus. Ad. Fr. I. 59. D. 9. P. 10. V. o. A. 9. C. 10.*

Corpus tetragonum dorso convexo. Caput antice spinis duabus prominentibus cornutum. Abdomen dorso latius, postice spinis 2 terminatum. Dorsum spinas 3 breves gerit; unam in medio, duas ad latera dorsi: sed haec laterales in aliis deficiunt. Squamæ planæ, scabræ, hexagonæ suturaruim instar conexæ. P. C. æqualis.

Ostracion, *cornutus*, quadrangularis; aculeis 4. *Der Seestier. Bloch. N. A. F. I. 105. tab. 133. D. 9. P. 11. A. 9. C. 10.*

*Le Poisson cornu. Edwards glean. tab. 284. fig. 1. Seligmanns Voegel. VIII. tab. 74.*

13. OSTRACION, *concatenatus*, triangularis muticus, figuris catenulatis. Americanis *Guamajacuape*. *Der Kettenfisch. Bloch. N. A. F. I. 101. D. 10. P. 12. A. 9. C. 8.*

Margines

Pinnæ 5. Corpus exiguum.

Locus: Nili ostia. (l)

**12. OSTRACION maculosus, aculeis undique densis exiguis.**

*Art. Syn. 85.*

*Orbis asper, maculosus. Lister. in ichth. Will. pag. 155.*

*Ray pag. 43. N°. 2. (m)*

**13. OSTRACION cathetoplateo-oblongus, ventre tantum aculeato & subrotundo. Art. Syn. 86.**

*Orbis cauda productiore, Dorso lœvi, ventre spinoso. Will. 144.*

*Orbis lagocephalus. Grevii R. S. Mus. Ray p. 43. N°. 3.*

Longitudo pedalis & ultra. Pinnæ 5. Cauda parum bifurca.

Dorsum rectum una cum lateribus lœve.

Vidi apud Sir Hans. Sloane, & in Chelsey apud Don Salteros, & in springgarden & apud D. Sebam Amstelodami. (n)

*Ostraciones Mandibulis osseis, edentalis.*

**pag. 59. 14. OSTRACION bidens sphaericus, aculeis undique densis triquetris. Art. Syn. 86.**

*Atinga*

**ADDITIONUM.**

Margines scutellorum varie angulatorum, elevati, albidi figuræ in modum catenæ longitudinalis flagunt. Os parvum. Maxilla supera longior infera. Dentes 5 in utraque maxilla. Nares simplices prope oculos. Pupilla nigra. Iris subviridis versus pupillam lutescens. Color capitidis cinereus striis longitudinalibus pallide violaceis distinctus; laterum trunci violaceus ad cinereum vergens, limbis scutellorum albidis varius; abdominis albus; caudæ subspadiceus, pinnarum rubicundulus. Habitat in mari circa Insulas Antillas.

(l) *Tetrodon, hispidus, papillis setaceis. L. S. N. 411.*

Vide *Nova genera Linnæi* in sequentibus.

(m) *Tetrodon, ocellatus, fasciæ humerali ocellata. L. S. N. 411.*

(n) *Tetrodon, lagocephalus, abdome aculeato; corpore lœvi; humeris prominentibus. L. S. N. 110.*

*Atinga alter, minor, orbicularis. Lister. in Icht. Will. p. 155. Ray pag. 42. N°. 4.*

Magnitudo ovi anserini majoris.

Totum corpus & venter aculeata. Caput minime erectum. Supercilia non elata. Aculei ejusdem fere longitudinis, vel Dorfales & Capitis paullo longiores, non exigui, sed satis longi sunt.

Maculae nigrae latæ, ad pinnas & Caudam.

Apud D. Sebam Amsterdami. (o)

15. OSTRACION *subrotundus, aculeis undique brevibus planis, ventre glabro. Art. Syn. 86.*

*Orbis muricatus Ranæ rictu, Guamaia cu Atinga. Marcgr. l. 4. t. 14. Will. p. 145 & 155.*

Forte *Orbis spinosus. Clusii Ex. l. 6. Cap. 22. Ray 42.* Macula nigerrima utrinque, pone Pinnas Pectorales: ad radicem Pinnae dorfi macula utrinque nigra, ut & aliæ minores ad Caput.

Caput erectum; supercilia elata. (p)

16. OSTRACION *subrotundus; aculeis undique brevibus triquetris raris. Art. Syn. 86.*

*Orbis muricatus & reticulatus. Lister. in app. Will. p. 155. Ray pag. 42. N°. 5.*

Venter & dorsum parum plana. Supercilia elata, vel parum sursum prominentia.

Aculei ad basin triangulares & admodum lati.

Maculae nigrae, hinc inde in Corpore. Magnus est.

Vidi Londini in the green Dragon in Stepney.

OS in antica capitis parte superius situm est. (q)

17. OSTRACION *rotundo-oblongus, tuberculis utrinque, pinna dorfi longissima. Art. Syn. 86.*

*Orbis*

#### ADDITAMENTUM.

(o) *Diodon Atinga, sphæricus; aculeis triquetris. L. S. N. 412.*

(p) *Cyclopteri, Lumpi, varietas β. L. S. N. 414.*

(q) *Diodontis, Atingæ, varietas β. L. S. N. 413, Diodon orbicularis. Blochii.*

*Orbis ranæ rictu.* Clusii Exot. l. 6. c. 25. Ray pag. 43. N°. 6.

Duo ordines tuberculorum longitudinaliter sitorum, in latere.

Pinna Dorfi à Cervice ad caudam fere extensa.

pag. 60.

Os latum. Longitudo 16 unciarum; ambitus corporis 20. (r)

18. OSTRACION *subrotundus*, aculeis undique densis basi triquetris. Diodon. Atringa (γ). Art. Syn. 82.

*Forte Orbis Muricatus.* Clusii Exot. l. 6. c. 23. Will. pag. 144.

Corpus fere subrotundum, magnitudine ut N°. 16. circiter. Aculei densi non longi, in toto Corpore, ad basin triangulares. Caput non exertum, breve, glabrum. OS mediocre in media capitis parte anterius. Supercilia vix elata, vel nihil. Pinnæ 5. situ usitato. Maculas nullas observavi.

Vidi in oppido Stratford Angliæ, die 2 Pentecostes, 1735. (s)

19. OSTRACION *conico-oblongus*, aculeis undique longis teretiformibus imprimis in lateribus. Art. Syn. 86.

*Hystrix pescis.* Clusii Exot. l. 9. Cap. 21. Ray pag. 42.

Aculei 4 horridi in superciliis. Aculei ad OS siti antrorum vergunt. Laterales Longissimi sunt, triangulares scilicet in adultis, ad caudam rariores sunt numero, sed reliquis crassiores.

Maculae plurimæ, nigræ in corpore.

Caput planum & exertum.

Vidi apud Hans. Sloane. (t)

## 20. OSTRA-

### ADDITAMENTUM.

(r) Cyclopteri *Lumpi*, varietas γ. L. S. N. 414.

(s) Diodontis, *Atingæ*, varietas γ. L. S. N. 413.

(t) Diodon, *Hystrix*, oblongus; aculeis teretibus. L. S. N. 413.

20. OSTRACION oblongus *holocanthus*, aculeis longissimis teretiformibus in capite imprimis & collo. Art. Syn. 26.  
*Hystrix alter*, capite angusto, subrotundo & admodum spinoso, scilicet spinis prælongis in ipso Capite & scapulis donatus. Lister. in Ichth. Will. pag. 155. Ray pag. 42. N°. 2.  
 Vidi Apud Hanf. Sloane Londini. (u)
21. OSTRACION oblongus *glaber*, capite longo, corpore figuris variis ornato. Art. Syn. 86.  
*Orbis oblongus Testudinis capite*. Clufii Exot. l. 6. cap. 26. Will. 149. Ray p. 43. N°. 7.  
 Longitudo pedalium. Corpus pulcre maculatum. Pinnæ 5, situ usitato. Collum oblongum. pag. 61.  
 Nota: Descriptio Clufii ex Icone picta tantum defumta est. (x)
- + Orbis *lavis*, *oblongus*, *cineris* & *fuscis* maculis notatus.  
*Sloani H. N. Jamaicensis*. Idem forte cum hoc (21) est.
22. OSTRACION *cathetoplateus* *subrotundus* *inermis* *asper*, pinnis *pectoralibus* *horizontalibus*, foraminibus quatuor in capite. Art. Syn. 83.  
*Mola Salviani*, Aldr. Will. pag. 151. Ray p. 51.  
*Orthragoriscus*. Rondel. pag. 424.  
*The sunfish or Millstone-fish Anglis* quibusdam.  
 Corpus cathetoplateum, latum & ambitu perpendiculari, subrotundo. Pondus 100 librarum.  
 Squamæ nullæ, sed cutis dura & aspera.  
 Color dorsi nigricans: ventris argenteus. Venter imus & dorsum in acumen desinunt. Os minimum.  
 Maxillæ ossæ. Caput cathetoplateum non prominens.  
 Nares utrinque duplices. Foramina 4 majora in capite.  
 Oculi exigui.

Pinnæ

## ADDITAMENTUM.

(u) Diodontis, *Hystrix*, varietas  $\beta$ . L. S. N. 413.(x) Tetrodon, *testudineus*, abdomine plano, laeviore; dorso futuris albis picto. L. S. N. 410.

Artedi Genera.

Ppp

Pinnæ Pectorales exiguæ, horizontaliter sitæ, subrotundæ, officulorum 12.

Apertura Branchiarum elliptica utrinque ad radices Pinnarum Pectoralium. Pinna unica in summo Dorsō, & ani huic ex adverso. Caudā semicircularis & perpendicularis corpus extremum cingit. Officula in pinnis.

Hepar indivisum: Cystis fellea ampla. Renes amplissimi: vesica urinaria & Ureteres adsunt. Intestina crassa, anfractuosa.

Offa omnia Cartilaginea. Caro mollis. In tenebris lucet.

Locus: Mare Mediterraneum & Oceanus, etiam ad Cornub. Angliae.

Dens unicus utrinque magnus in maxillis. Salvian.

Viviparus piscis est, si Salviano p. 156, credendum. (y).

#### XL. CYCLO-

##### ADDITAMENTUM.

(y) Tetrodon, *Mola*, lavis compressus; cauda truncata; pinna brevissima dorsali, analique annexa. L. S. N. 412.

##### *Species adhuc dubiae.*

14. OSTRACION, *Knorrii*, pinnis dorſi duabus combinatis, divaricatis, corpore oblongo, triangulari hispido. W.

Piscis ventricosus, ut Orbis, figura oblonga triangulari. Dorsum acute carinatum, humiliiter arcuatum. Cutis dura, ut membrana pergamenta, aculeis minutissimis hispida. Rictus amplius. Maxillæ denticulis subtilibus, longis, acutis, in duas series dispositis, armatae. Palatum undique denticulatum. P. D. duæ divaricatae membrana humili colligatae: prima in vertice cornuta, prorsum inclinata, 5 radiis, ad basin inter se remotis, ad apices vero convergentibus in acumen incurvum; secunda fere longitudinalis, arcuata radiis 10 reclinatis suffulta. P. P. insimæ parvæ. Ante illas apertura branchiofega linearis, angusta. P. C. integra, acuta. P. A. processu sub pinna caudæ insita. Color fundamentalis flavus, qui circa oculos lineis nigris, radiatis & in lateribus trunci, maculis angustis, flexuosis, nigris varie transversim ductis, distinguitur. Vide *Knorri delic. nat.* 56, tab. H, 4, fig. 3.

## XL. CTCLOPTERUS.

*Membrana Branchioflega ossicula sex gracilia & teretia utrinque continet.*

*Corpus oblongo-globosum.*

*Pinnæ ventrales extremitatibus suis in unicum pin-*  
*nam circularem & quodammodo infundibuliformem*  
*concretæ sunt. Pinnæ numero sex. (\*)*

## I. CYCLOPTERUS Art. Syn. 87.

*Lumpus Anglorum. Gesner. p. 128. 4. Will. p. 208. tab. N.*  
*fig. u. Ray p. 77.*

*Lepus Marinus nostras, orbis species. Schonev. p. 41.*

*The Lump-fish or sea-owl Anglis.*

*Coccy-paddle Scotis. Sjuryggfisk Suecic.*

*Seehaaff Germanis quibusdam. Snottolff Belgis. Haffpod-*  
*de Hilliglandis.*

Venter latus scutellis. Dorsum acuminatum. Color  
varius, ex nigra & dilute rubente.

Ppp 2

\*Squamæ

## ADDITAMENTUM.

(\*) *Character generis Cyclopteri.*

LINNÆI: Caput obtusum. Dentes maxillares. Membrana branchialis radiis 4. Pinnæ ventrales in orbiculum connatæ. S. N. 414.

GMELINI: Caput obtusum. Os anterius. Lingua brevis, crassa. Maxillæ dentibus acutis, parvis armatæ. Membr. br. radiis 4. Operculum monophyllum. Corpus breve crassum; squamis nudum. Pinnæ ventrales in orbiculum connatæ. L. S. N. renov. 1473.

FORSTERI: P. V. duæ in orbiculum coalitæ. Corpus oblongo-gibbosum. Os denticulatum. Membr. br. 1. 4. 7. adjugulares spectat. Enchir. 82.

BRÜNNICHII: Branchiæ incompletæ. Pinnæ membranaceæ, radiis osseis fulcitæ; ventrales sub pectoralibus in orbiculum connatæ. Zoolog. fundament. 130.

GOÜANI: Corpus oblongo-globosum. Caput compressum. Dentes maxillares. Membrana branch. radiis 4. Pinnæ ventrales in orbiculum connexæ. Hist. pist. 110.

pag. 62.

Squamæ nullæ, sed tubercula acuta, nigra undique in cute.

Tres ordines aculeorum crassorum & recurvorum in utroque latere, & unus in medio Dorso, qui 8 aculeis constat; supremus lateralium continet 26, medius 16, & infimus 8.

Prominentia pinniformis & cutacea ante pinnam Dorsi.

Pinna Dorsi ossiculorum 9. Pectorales ori vicinæ 20.

Ani 7 ad 8. Cauda 10. Ventrals in unum coalitæ. Ossicula caudæ & pinnarum in apice bifida.

Oculi cute tecti. Foramina narium simplicia utrinque & tubulosa. Denticuli plurimi in maxillis & faucibus.

Renes & vesica Urinaria magni. Appendices Pylori 40. Vesica aërea non visa Willough.

Locus Oceanus ad Angliam & Mare Balticum. (a).

XLI. LO-

#### ADDITIONALMEN.TUM.

(a) 1. *Cyclopterus*, *Lampus*, corpore squamis osseis angulato L. S. N. 414. D. 21. P. 20. V. 6. A. 10. C. 9.

*Cyclopterus*, *Lampus*. Grœnländis *Nepisa*, *Aguisedlock*, (mas) *Arnardlock*, (fœmina). *O. Fabricii Fn. grænland.* 130. Br. 4. D. 10, 11. P. 20. V. 6. A. 11. C. 12.

Corpus compresso-rotundatum, longitudinaliter angulatum, dorso gibbo, abdōmine planiusculo veritas caudam angulatum. Caput crassum, breve, obtusum, compressum, supra latum, planiusculum. Dentes conferti, minutus. Lingua lata, rotundata, nigricans, basi tuberculis duobus, scabris prædicta. Oculi subcærulei, iride aurea pone nigricante. Supercilia elata, aculeata. Cutis crassa, aculeis minutis, confertis scabra. Horum quidam excellunt 5 præferti ordinibus, scilicet 9 a superciliis ad marginem supremum caudæ usque excurrente: 2) ab angulo supremo apertura branchialis ad marginem infimam caudæ: 3) a rictu oris ad pinnam pectoralem, tribus mediocribus tantum constante: 4) ad marginem angulatam abdominis utrinque & 5) pinnam dorsalem anticam ambiente. Aculei

## ADDITIONALMENNTUM.

Lei hi sunt majores, humiles, minus acuti, basi planiore. Nares solitariæ, minutæ ante oculos. Operculum branchiarum duplicatum, antico fere quadrato, majore; postico trilatero, desinente in lobum molliorem. P. D. anterior alta (præsertim in fœmina) cartilaginea sine radiis; margine habet 10 aculeos majores. Pone illam sequitur fossula marginibus eminentibus aculeatis. P. D. posterior, anali opposita: P. C. recta, integra. Fœmina mare major nigricante cœruleuscens. Mas coloratior variat colore jam cœrulecenti, jam grisecenti, macula plerumque alba laterali; abdomine & marginibus pinnarum rubicundis. Interdum ob pinguedinem pulchre aurei sunt. Habitat in mari septentrionali & balthico & germanico.

Cyclopterus, *Lampus*, ordinibus tuberculorum septem.  
Der Seehaase. Bloch N. F. D. III. 103. tab. 90. Br. 4. D. 10. P. 20. V. 6. A. 12.

The Lump Sucker. Pennant. br. zool. III. 133. tab. 21.  
fig. 1, 2.

Ocontion. n. 1. 2. 3. Kleinii M. IV. 49. tab. 14. fig. 3.  
*Varietas.*

Cyclopterus, *spinifer*, subrotundus; aculeis confertis; abdomine lœvi Grœnlandis *Nepisardluk O. Fabricii fn. grænl.* 134. Br. 6. D. 6, 11. P. 13. V. 6. A. 10. C. 10.

Convenit in multis cum præcedente. Corpus vero angustius, compresso-rotundatum. Oculi minores, oblongi. Aertura branch. minuta, lunaris. Inter P. P & P. V. utrinque aertura alia orbicularis. Cutis undique vestitur squamis confertis, osseis, aculeatis, quæ aculeum erectum in medio & basin plano convexam, scabram habent. Majores earum verticem & latera trunci sine ordine occupant; minores autem versus caudam & inter majores mixtæ. Abdomen circa anum nudum. Anus submedius. P.-D. prima, minus alta & crassa, quam Lumi, radiata. Color nigricat, ventre albicante & radiis 12 primis petoralibus albis.

2. CYCLOPTERUS, *minutus*. Der kleinste Schnottolff. Palasii Spic. VII. 13. tab. 3. fig. 7. 8. 9. Br. 4. D. 8. P. 16. A. 7 vel 8. C. 10.

## ADDITAMENTUM,

*Corpus compressum*, versus caudam attenuatum & complanatum. In mediis lateribus supra. P. P. proxime ad sinum branchialeum tubercula 2 ossa, alba, stridentia, quorum anteriorius bispinososcabrum, alterum scaberrimum, minus prominens. Caput corpore crassius; subtetraedrum, ante obtusiusculum, vertice inaequali, rostro supra os trituberculoso. Labia duplicata. Maxillarum & palati margines denticulis scabri. Iris fuscescens. Opercula ad nucham mucronata, ad gulam usque soluta. P. P. laterales, insimiae. Acetabulum inter P. P. discus sessilis, ovalis, indivisus, limbo maxime retrorsum explanato, libero, lobis utrinque septenis planis notato, & area media radiata. P. D. e regione ani incipiens. Pinna spuria s. mucro cutaceus ante pinnam reclinatus. Anus fere medius. P. A. remota. P. C. integra. Color albidus. Magnitudo Aphyæ. Forma circiter Lumpi. Habitat in mari Septentrionali.

*Cyclopterus, minutus*, corpore compressiusculo, nudo; tuberculis tribus in rostro & duobus utrinque ad branchias, Greenlandis. *Nepisardluarsuk*. *O. Fabricii fn. grænl.* 135.

3. *CYCLOPTERUS, nudus*, corpore nudo; capite postice utrinque unispinofo. *L. S. N.* 414. *Mus. Ad. Fr.* I. 57. tab. 27. B. 1. D. 6. P. 21. V.  $\frac{4}{10}$  A... C. 10.

*Corpus absque squamis ossis majoribus*, vix 2 pollices longum. Caput magnum, convexum, depresso, ovatum, corpore latius, inerme, angulo postico tantum utrinque mucronatum. P. P. dentatae, latæ, breves. P. V. radiis 4, ante pectorales sitæ, ad gulam prodeentes; antice connatae in membrana crassa, ut coadunatae referant lunam. P. V. posteriores pone pectorales resident, radiis innumeris, connexæ membranæ subrotunda, posteriora spectantes & abdomen tegentes, sed non abdomini agglutinatae.

4. *CYCLOPTERUS, Dentex*. *Der grosszähnige Schnottolff*. *Pallas spec.* VII. 6. tab. 1. Br. 2. D. 8. P. 23. V. 4. A. 6. C. 10.

Caput glaberrimum, corpore multo latius, depresso, subitus planum, lateraliter carinatum, supra inaequale, vertice planiusculum. Maxillæ rotundatae, Labia crassa, duplicata, integra.

## ADDITIONALMATERIAL.

interiora carnosissima, intus ad dentes villosa. Dentes majusculi, conici, inaequales. Horum insuperiore maxilla dexterius quatuor, sinistrius tres, quorum medii sensim maiores; in inferiore medii majusculi, superioribus tamen minores 10, praeter laterales parvulos, a sinistris septenos, a dextris ternos. Insuper in palato æque ac in maxilla inferiore pone medios dentes areæ 2 triangulares scabré. In fauce supra infraque linea utrinque transversa, dentata. Oculi cum pupilla ovales in orbita ossea, inferne deficiente, cute capitis tecti. Cornea hyalina; irides albo-argenteæ. Opercula ossea carne tumida, limbo cutaceo aucta. Apertura branchialis inferne clausa. Branchiae 3 perfectæ utrinque, praeter adnatam minorem. Arcus omnium parvus, ossens, compressus; barbulæ præsertim priorum longissimæ. Acetabulum in parte anteriore lunatum utrinque versis pinnas pectorales radiis 4 suffultum, in parte posteriore subcircularē, retrosum margine libero extenuato terminatur, a quo utrinque pone pinnas pectorales adscendit auricula conchoidea cartilaginea. Superficies tota grandinosa &c. P. P. semicirculares, infimæ. P. A. ab ano remota, dorsali subopposita. P. D. paulo anterior P. C. rotundata. Corpus cum capite alepidotum. Abdomen ventricosum. Cauda compressa, planiuscula, subattenuata. Anus ad initium caudæ. Pedunculus aphrodisiacus pone anum cylindraceus, terminatus capitulo glandiformi, insidente collo strictiori. Color intense roseus inferne palidior. Longitudo 10 circiter unciarum. Habitat circa Surinam.

5. CYCLOPTERUS, ventricosus. *Der wasserfichtige Schnottolf.* Pallas: spic. VII, 15, tab. 2. Br. 4. D. 10. P. 18 vel 20. V. 6. A 8 fine 9.

Corpus alepidotum, imucosum, dorso planiusculo, coda post anum subito attenuato. Caput corpore strictius, retusum subconoideum. Rictus amplius, superus. Maxilla infera longior. Labia tenuia, Denticuli maxillarum curvati, obtusiusculi, inaequales, conferti. Nares geminæ tubulosæ supra oculos. Oculi summi, laterales, sursum spectantes. Iris argentea, fusco obnebulata. Opercula tota adnata. Apertura branch.

## ADDITAMENTUM.

branch. supra P. P. ovalis, valvula clausilis. P. P. breves, semicirculares, infimæ, ad gulam productæ. Acetabulum subovale. P. D. caudæ approximata. P. A. remota ab ano, dorsali opposita. Anus papillaris, caudæ propior. P. C. subæqualis. Pleura intus aterrima. Vesica urinaria gemina sine exemplo amplissima. Habitat in mari inter Kamtschatkam & Americam.

6. CYCLOPTERUS, *gelatinosus*. *Der rothe gallerhafte Schnottolf.* *Pallasi spic.* VII. 19. Br. 7. D. 50. P. 30. A. 45. C. 6.

Caput crassum, subquadratum; depresso, versus narres sensim declive. Oculi summi sursum spectantes. Iris livido-virescens circulo cærulecente. Nares mediæ, simplices tubulosæ. Pori in labio superiore & post angulum oris. Labia duplicata, crassa. Os sursum dehiscens. Maxillæ intus scarbræ. Inferior minus producta. Arcus palati ad labium asper. Tubercula 4 aspera in fauce. Branchiæ quaternæ, arcu cartilagineo interne dentato. Opercula subrhomboidea, cutacea, cartilaginibus fulta cum membrana branchiali tota connata ita, ut apertura ovalis super ortum pinnæ pectoralis supersit. P. P. latissimæ, rotundatæ, jugulares, sub gula incipientes opercularum adhæsionem usque ad aperturam cingentes, flaccidæ radiis cartilagineis suffultæ, quorum anteriores 3 vel 4 exiliissimi, soluti cirrorum instar ante pinnam propendunt. P. D & A. carnosæ, radiatæ, molles, semilongitudinales, atro-violaceæ, pinnae caudali parcæ contiguæ. Acetabulum sub gula, minutum, papilliforme. Anus prope acetabulum prominens. Corpus oblongum, compressum, versus capit crassiusculum, postice sensim attenuatum & planilaterum. Cutis mollissima alepida glabra. Substantia totius pisces subdiaphona, gelatinæ instar molissima. Color exalbidus roseo suffusus; in pinnis semilongitudinalibus violascens. Membrana cameras branchiales intus vestiens atro-purpurascit. Longitudo sesquipedalis. Ad Kamtschæcoram orientalem subinde capit. An varietas sequentis aut eadem species sit, uti Blochius existimat; posteri autopsia inquirant.

## ADDITIONALMEN TUM.

7. CYCLOPTERUS, *Liparis*, corpore nudo; pinnis dorsali, anali caudalique unitis. *L. S. N. 414. & O. Fabricii fn. grænl. 135.*

Dantur duæ varietates altera minor & altera major. C. *Liparis minor*. Grœnlandis *Abapokitsok* dictus. Br. 7. D. 39. P. 30. V. 7. A. 33. C. 14.

Corpus teriusculum, abdomine ventricoso, tres uncias plerumque longum. Caput corporis crassitie, obtusum postice depressiusculum, antice convexius, punctis albis ad latera impressis notatum. Os angustum. Maxillæ æquales, labiatæ, arcte dentatæ. Oculi parvi, nigri, iride fulva circulo argenteo cincta. Nares geminæ, tubulatæ. Apertura branchialis minuta, linearis. P. P. a branchiarum apertura sub gula protendunt, ventrales fere cingentes. Radii priores membrana longiores, apice albi. P. V. connatae in orbiculum margine molli eminentiore. Anus pone caput. P. D & A longitudinalis cum caudali unitæ. P. C. fere cuneata. Totus pisces nudus, lubricus, colore fusco, carne rubicunda perlucente.

## Varietas.

α. Cyclopterus *Liparis major* Grœnlandis *Amerfulak*. Br. 7. D. 44. P. 40. V. 8. A. 35. C. 14.

Statura omnino præcedentis sed multo major. Longitudo 10 unciarum & latitudine 4 unc. Cutis laxior undique maculis scabris, confertis etiam supra pinnas prædita. Vertex inter oculos depressiusculus, antice & postice eminentior. Radii pinnæ dorsalis imagine distincti.

Cyclopterus, *Liparis*, pinna pectorali barbiformi. *Der Bartfisch. Bloch. N. A. F. I. 48. tab. 123. fig. 3. 4. Br. 7. D. 41. P. 34. V. 6. A. 33. C. 10.*

Corpus oblongum, alepidotum, mucosum, ante crassum, pone compressum, abdomine prominente, cute laxa levitum; in dorso spadiceum, in capite & lateribus flavum, in ventre album & undique striis punctisque spadiceis pictum. Ritus amplius. Maxilla supera longior duobus cirris prædita. Denticuli acuti. Iris flava. Pupilla nigra. Opercula rotunda,

*XLI. LOPHIUS.**Membrana Branchiofstege nulla.**Figura corporis monstrofa, plagioplatea. Caput corpus magnitudine æquans.**Pinnulae***ADDITIONALIA.**

**adnata.** Linea lateralis mediæ. Anus capiti propior. Pinnæ omnes longæ præter caudalem brevem rotundataim. P. V. in annulum subcæruleum connatæ. Habitat in mari germanico & septentrionali.

*The unctuos Sucker.* *Pennant. br. zool.* III. 135. tab. 21. fig. 2. 3.

*Cyclogaster,* Belgis *Kringbuyk.* *Gronov. in Act. Helv.* IV. 265. tab. 13. Vide in sequentibus *Nova genera.*

**CYCLOPTERUS,** *lineatus,* corpore nudo, castaneo; lineis longitudinalibus trium parium pallidioribus; pinnis dorsali, anali, caudalique unitis. *Lepechini in Nov. Com. Petrop.* XVIII. 48 & 522. tab. 5. fig. 2. 3. Br. 1. D. 36. P. 26. V. 1. A. 28. C. 5 - 8.

9. **CYCLOPTERUS,** *Lepadogaster*, rostro longo truncato; pinnulis acuminatis solitariis ad nares anteriores. *W.*

*The Jura-Sucker.* *Pennant. br. zool.* III. 137. tab. 22. n. 59.

*Lepadogaster Goüani hijst. pis.* 177. tab. 1. fig. 6. 7. Vide *Nova genera.*

*Species adhuc dubiae.*

10. **CYCLOPTERUS,** *bimaculatus*, pinnis pectoralibus summis.

*The bimaculated Sucker.* *Pennant. br. zool.* III. 397. tab. 22.

Caput depresso a lateribus tumidum, ante obsolete acutum. Corpus parvum, cuneatim compressum. P. P. insolenter supremi. Pinnam tantum dorsalem unicam renotam habet. Cauda in extremitate æqualis. Color capitis & corporis eleganti flori tunicæ similis. Pinnæ albent. Præterea macula rotunda nigra ad utrumque latus acetabuli conspicitur.

*Pinnulæ carneæ seu Appendices quædam latera plicis seu margines horizontaliter ambiunt.* (\*)

I. **LOPHIUS ore cirroso.** *Art. Syn. 87.*

pag. 63.

*Rana Piscatrix & Marina Auctorum.*

*The Toad-fish or Frog-fish or sea Devil. Anglis.*

Figura Gyrinum fere refert. Caput prægrande, circulare, reliquo corpore par vel majus. Rictus ingens. Mandibula inferior longior superiore. Dentes longi, acuti, plurimi in maxillis, faucibus & ad radicem linguae. Lingua lata.

Nares nullæ foris conspicuæ. Dorsum planum, varium.

Oculi supernè in Capite, multum distantes: Iris alba, Linea albicans, transversa pupillam dividit. Setæ duæ majores in rostro & 3 minores in medio Dorso. Spinæ aliquot ad maxillam superiorem & oculos.

Pinna Dorsi caudam versus, ossiculorum 10. Cauda non bifurca ossiculis anterijs fitis, Pinnæ ventrales sibi mutuo vicinæ, ossiculorum 5, digitorum instar. Pinnæ Pectorales seu laterales in margine pectoris, ossiculorum 20, Ani è regione Dorsalis ossiculorum 9.

Qqq 2

Aper-

ADDITIONALMEN.TUM.

(\*) *Character generis Lophii.*

**LINNÆI:** Spiracula solitaria pone branchias. Dentes plurimi, minimi. Pinnæ pectorales brachiis insidentes. Branchiae tres tantum. *S. N.* 402.

**FORSTERI:** Pinnæ ventrales 2. Corpus depresso. Dentes minimi. Os anticum. Apertura subtubulosa. Membrana branch. 9. P. P. talo s. brachio insidens. *Enchir. h. n.* 82.

**BRÜNNICHII:** Branchiae incompletæ. Pinnæ membranaceæ, radiis osseis fulcitæ. P. V. ante pectorales. P. P. brachiis insidentes. Apertura br. linearis. *Fundam. zool.* 130.

**BLOCHII:** P. P. articulo ulnæ similes. *N. F. D.* III. 81.

**GOÜANI:** Corpus depresso. Caput moniliforme. Membrana branch. radiis 9. Apertura branch. marginalis, subtubulosa. P. P. talo insidentes. *Hist. pis.* 109.

Apertura Branchiarum magna utrinque sub pinnis Lateralibus. Branchiae tres tantum utrinque. Intestina longa. Appendices duæ ad Pylorum. Vesica urinaria magna. (a)

## ADDITAMENTUM.

(a) 1. *Lophius, piscatorius*, depresso; capite rotundato. *L. S. N.* 402. *Itin. Scan.* 279. edit. germ. D. 5. P. 24. V. 5. A. . . . C. 8.

Rictus amplissimus. Labium superius emarginatum. Maxillæ dentibus acutis, validis. Setæ duæ, erectæ, filiformes supra nasum, quarum anterior pedalis, apice membranaceo, lanceolato; posterior semipedalis, filiformis. P. P. in medio corporis & pone ventrales. P. D. prope caudam. P. C. aequalis.

*Lophius, piscatorius*, capite corpore latiore. *Der See-Teufel. Bloch. N. F. D.* III. 82. tab. 87. Br. 6. D. 11. P. 24. V. 5. A. 13. C. 8.

*The common Angler. Pennant. br. zool.* III. 120. tab. 18.

*Lophius piscatorius*, depresso; corpore rotundato, caudato. Massiliensibus *Baudreuil. Brünnich. ichth.* 7. Br. 6. D. 1, 3, 11. P. 24. V. 5. A. 10. C. 6.

Mandibula superiori insidet radius osseus, apice lobo membranaceo, lacero instructus. Huic utrinque adjacet brevis cirrulus: postice autem similis radius decumbens absque apice membranaceo. Alius similis in medio dorsi decumbit. Aliquo intervallo distat pinna triradiata. Dorsum denique super caudam pinna 11 radiata instruitur. Margo totius corporis lobis membranaceis innumeris undique lacerus. Habitat in mari mediterraneo.

Anatomia hujus piscis. Vide in *Charletoni Exercitat.* 73. c. tab. ænea. *Valentin amph.* II. 134.

2. *Lophius, barbatus*, depresso, maxilla inferiore barbata. *Montini Att. Stockholm.* XXXXI. 173. tab. 7. Br. 3. D. 3, 12. P. 21. V. 5. A. 11. C. 8.

Piscis clavatus, alepidotus, dorso subrecto, obscure cinereo, ab domine arcuato, tumido, albo. Caput grande, depresso & superne rectum, aculeatum & cornigerum; fronte & vertice

## ADDITIONAL.

vertice impressis, margine, super oculos aculeato, utrinque inclusis, inferne latius, arcuatum, in ambitu barbigerum. Cornicula tria super caput; duo setosa longa, post labium superius erecta & unum recurvum brevius, & crassius in occipite. Barbulæ cutaceæ trilobæ, breves 20 in una serie ad marginem inferiorem mandibulæ inferæ & capitis. Oculi supremi ovales. Iris e nigro cærulescens, aureo radiatim striata. Pupilla nigra. Rictus amplissimus latior, quam longus, adscendens, terminalis. Maxillæ rotundatae inæquales; supera emissicia, emarginata, aculeis binis brevibus utrinque ad initium rostri armata. Dentes tenues inæquales, subulati, subincurvi, superiores tri-seriati, inferiores conferti. Lingua nulla. Orificio magnum, ovatum ante initium palati. Ossicula dentata ante gulam superne duo subrotunda, & inferne totidem ovalia. Branchiæ tres subarcuatæ, obliquæ, pectinatae. Membrana branchialis aperta, gularis, magna, undique clausa usque ad pinnam pectoralem pone quam apertura existit & radiis 6 subrectis setiformibus, remotis crescentibus & decrescentibus sustentatur. Truncus multo angustior capite, subteres, pone angustatus & compressus. Linea lateralis punctata, composita. Anterior ejus pars a nucha in capitibz ambitu decurrentis, fit ramosa. Ramus primus arcuatim & angulatim super malam flexus, post labium superius adscendit; secundus marginem inferiorem male legit; tertius retrorsus recta via abit ad pinnam pectoralem. Posterior pars in truncō submedia, leviter flexuosa, ad pinnam analē appropinquat, ubi eam duabus seriebus cirrorum fissorum concomitatur. Anus remotus. P. D. prima parva, scapularis, radiis 3 remotis decrescentibus, membrana communis inæqualiter ad basin tantum connexis. P. D. secunda semiovata, longior quam alta, ad marginem ferrata, lumbaris. P. A. pinnæ dorsali secundæ opposita & similis sed minor. P. P. inclinata, osse brachiali ad claviculæ angulum affirmata, versus extremitatem rotundatam & ferratam latecit. P. V. parvæ, rotundatae, inter se remotæ, sub jugulo, a sterno suffultæ. P. C. mediocris rotundata ferrata, radiis 8 fissis composita. Longitudo 3½ pedum. Hic pisces pulmonem trilobum prope œstophagum

## ADDITIONAL.

phagum & ventriculum habet, qui duos tubulos ad branchias emittit. Habitat in mari germanico.

3. *Lophius*, *Vespertilio*, depresso capite rostrato. *L. S. N. 402.* *D. 5. P. 10. V. 6. A. 0. C. 15.*

*Lophius*, *Vespertilio*, capite rostrato. *Der Einhornteufel.* *Bloch. N. A. F. I. 11.* *tab. 110.* *D. 9. P. 10. V. 6.* *A. 6. C. 11.*

Corpus depresso, fere sagittatum, supra tuberculis pecten formibus radiatis & infra minutis aculeis exasperatum, cauda angustata. Caput parvum, ante attenuatum, rostro acuminato porrectum. Oculi magni. Iris albo flavoque radiata. Pupilla nigra. Rictus parvus, inferus. Denticuli acuti, incurvi. Radius corneus globulo terminatus super nares. Apertura branch. semilunata pone pinas pectorales. P. V. palmis similes, approximatae. P. P. articulationi ulnæ insistentes, plantas mentiuntur. Color fundamentalis superne & inferne subruber tuberculis flavis distinctus. P. V & D. spadiceæ, P. P & V. flavidæ. Habitat in America.

*The American Toadfish.* *Willugby 218.* *tab. E. 2.* *fig. 3.*

*Der kleine Meerteufel.* *Knorr. delic. nat. II. 55.* *tab. H.* *4. fig. 2.*

*Le Chauve souris de mer Edwards glean.* *tab. 283.* *Seligmans Vögel VIII.* *tab. 73.*

4. *Lophius*, *Histrio*, compressus. *L. S. N. 403.* *D. 1, 1, 12.* *P. 10.* *V. 5.* *A. 7.* *C. 10.*

*Lophius*, *Histrio*, corpore scabro; capite obtuso. *Die Seekröte.* *Bloch. N. A. F. I. 13.* *tab. 109.* *D. 12.* *P. 11.* *V. 5.* *A. 7.* *C. 10.*

Corpus ovatum, compressum, cirratum, uncinulis exasperatum. Caput parvum. Maxilla infera longior supera, utramque denticulis scabra. Oculi rotundi, iride flava, fusco radiata. Labia cirrata. Ad labium superius fibra cartilaginea striata duobus oblongis carnosis, corpusculis terminata erigitur. Post illam

## ADDITAMENTUM.

illam radius carnosus validior adscendit & inter illum & pinnam dorsalem alius adhuc crassior adest. Uterque membrana dorso affixus, in extremitate fibrosus. Color in dorso & lateribus flavus, maculis striisque irregularibus similiter ac in pinnis variegatus. Abdomen badium. P. V. & pectorales pedes quadrupedum mentiuntur. Habitat in utraque India.

Guaperva, *Hiorbergii Act. Stockholm.* A. 1768. p. 353. tab. 10. Br. 3. D.  $\frac{1}{2}$ ,  $\frac{3}{4}$ , 18. P. 10. V. 6. A. 6. C. 8.

Caput mediocre, compressum, altius quam longum, duobus cornubus, trigonis, ossis, superne ramosis, unum post alterum positis, praeditum. Os obtusum. Maxilla supera parum longior infera a qua fasciculum fibrarum dependet. Denticuli in maxillis acuti, serie dupli alternatim maiores & minores. Oculi parvi. Iris ignea, margine albo. Pupilla nigra. Apertura branch. sub pinna pectorali. Dorsum arcuatum, compressum, in nucha assurgente convexum. Abdomen crassius & magis arcuatum. P. D. alta, fere longitudinalis, alta, arcuata. P. P. curvato brachio similes, unguiculis acutis terminatae. P. V. pedibus avis marinæ similes, approximatæ, unguiculis rigidis armatae. Anus remotus, glandis duabus occlusus.

Lophius ossiculo frontis tentaculis carnosis, centralibus terminato. *Kælreuteri in Nov. Comm. Petrop.* X. 229. D. 12. P. 11. V. 5. A. 7. C. 9.

Corpus ventricosum, crassum, pone cathetoplateum, alepidotum, verrucis, papillis biforis & cirrulis exasperatum; cauda brevi, angusta valde compressa. Caput parvum, compressum, trunco angustius. Os amplum, perpendiculare. Oculi parvi, summi. Maxillæ superioris margini insidet corniculum mobile, inferne tenuer, superne crassius antrorum incurvatum, quod ad basin ope articuli cum corniculo sequente, in medio frontis insidente conjunctum est. Aliud adhuc corniculum, priori simile in initio dorsi existit. Maxillæ æquales. Denticuli, tenues, acuti, introrsum mobiles. Apertura branch. parva, tubulosa, sub basi pinnæ pectoralis sita. Nares nullæ. P. omnes carnosæ, cute crassa obductæ. Anus paulo

## ADDITIONAL.

paulo ante pinnam analem; Inter quos sinus sive carina concava. P. D. semilongitudinalis, papillis bifurcatis aspera. P. V. parvulae, pectoralibus, longe anteriores. P. P. inter latera & abdomen sitae. P. Ani scabra pectoralibus minor, extremitati pinnæ dorsalis opposita. P. C. integra, rotundata. Linea lateralis summa, dorso paralela, e verrucis majoribus constat. Color corporis & pinnarum litoris brunneo-ferrugineis varius; abdomen vero albicans.

*Rana piscatrix Americana Sebae thes. I. tab. 74. fig. 4.*

*Species adhuc dubiae.*

5. *Lophius aculeatus*, imberbis; capite aculeato, pinnis pectoralibus caudalique spinosis. *W.*

*The long Angler. Pennant. br. zool. III. 123.*

*Frogfish of Montisbay Borlase h. n. of Cornwall. 265. tab. 27. fig. 6.*

Caput magis osseum, asperum & aculeatum, quam in aliis speciebus, absque appendicibus cirrosis. Tales autem ad utrumque latus caudæ adlunt. Plura capillamenta & aculeos, corpusque longius, quam *Lophius piscatorius*, habet, itemque spinas  $1\frac{3}{4}$  unc. longas in extremitate pinnarum pectoralium talesque  $\frac{3}{4}$  unciae longas ad finem pinnæ caudalis.

6. *Lophius Fergusoni*, corpore clavato, capite superne duabus setis erectis, & costis longitudinalibus, gibberulis praedito; pinnis ventralibus plantæformibus & pectoralibus palmatis. *W.*

Vide *Phil. Transact. vol. 53. p. 88. tab. 13.* Figura & descriptio imperfecta. Pennant illum cum priore sub una specie combinat. Figura autem prioris a Borlasio exhibita ab altera, Fergusoni multum differt.

7. *Lophius dubius*, nigricans, subtus pallidus. *White's Voyage to new South-Wales. p. 265. tab. 51.*

## ADDITAMENTUM.

Caput ingens, multo crassius trunko, depresso, supernè convexum, a vertice declive, sine corniculis, rostro brevissimo, lato, rotundato. Rictus amplissimus. Maxillæ subæquales, arcuatæ, pluribus seriebus denticulorum acutorum exasperatæ. Cirri bini breves ad angulum oris. Oculi summi, rostro propiores. Infinita pinna æqualis radiis incurvis 6 vel 7 multipartitis construæta parti postici lateralí capití affixa, in iconে conspicitur, quæ latior quam longa super latus trunci usque basin carnosam pinnæ pectoralis se extendit. An pinna ventralis aut branchialis sit nominanda, hæreo. Truncus duplo longius, & aliquantum angustius capite, subconicus, versus caudæ pinnam compressius esse videtur. P. D. semilongitudinalis, lumbaris, radios simplices 13 parum decrescentes continent. P. A. dorsali similis & opposita, sed dimidio brevior & humilior. P. P. latæ, rotundatæ, infimæ a capite aliquantum remotæ, basi prominenti carnosò insident. P. C. nodica, truncata. Color fuscus maculis diversis pallidis notatus. Longitudo 6 unciarum. Hanc descriptionem secundum iconem composui.

---

## ORDO IV.

## CHONDROPTERYGII.

## XLII. PETROMYZON.

*Foramina pulmonum seu Branchiarum utrinque septem, longitudinaliter sita, & unicum in medio Capite inter oculos.*

*Corpus longum, teres, fermè, glabrum & dipterygium seu pinnae solummodo due in toto corpore, eaque in dorso. (\*)*

1. PETROMYZON unico ordine denticulorum minimorum in limbo oris, praeter inferiores majores. Art. Syn 89.

*Lampetra Fluviatilis & Minor Authorum. Nätting & Neuniögon Suecic. Neunaugen Germanis, à Lampern & Lamprey - Eel Anglis.*

Plerumque unicolor est. (a).

+ Lampræta medium genus, Germanis & Belgis Prick seu Brick dictum. Will. p. 106. Ray p. 35.

Ad

## ADDITAMENTUM.

(\*) *Character generis Petromyzonis.*

LINNÆI: Spiracula 7 ad latera colli. Branchiæ nullæ. Fistula in vertice. Pinnae pectorales aut ventrales nullæ. L. S. N. 394.

FORSTERI: Spiracula 7 lateralia. Branchiæ testæ. Fistula in vertice vel rostro. Os sub capite. P. P & V. nullæ. Enchir. 81.

BLOCHII: Spiracula 7 lateralia. N. F. D. III. 36.

(a) 1. Petromyzon, fluviatilis pinna dorsali posteriore angulata. L. S. N. 394.

Petromyzon, fluviatilis, dentium ordine uno. Das Neunauge. Bloch N. F. D. III. 41. tab. 78. fig. 1. 2.

The lesser Lamprey. Pennant. br. zool. III. 79. tab. 8.

Ad hanc (1) speciem etiam pertinere videtur.  
Lineæ utrinque transversæ, nigræ.

2. PETROMYZON *maculosus*, ordinibus dentium circiter  
viginti. Art. Syn. 90.

*Lampreta P. Jouii.* Rond. Charl. Will. Ray p. 35.

*Lampreta Major.* Salvian. f. 63. Aldrovand. Jonston.

*Mustella Bellonii.*

à Lamprey or Lamprey - Eel Anglis.

Maculæ subluteæ, & nigricantes in dorso.

Macula alba in capite. (b)

3. PETROMYZON *corpore annuloſo*, appendicibus utrinque duabus in margine oris. Art. Syn. 90.

*Argentinæ.* Ein blinder neunogen: id est: *Enneophthalmos cæcūs* Will. p. 107.

Annuli 84. Os edentulum. (c)

Appendices utrinque duæ inferius in margine Oris. pag. 65.

Anus eadem à rostro distantia, qua initium pinnæ Dorsalis.

Rrr 2

XLIII.

#### ADDITIONALMEN TUM.

(b) 2. Petromyzon, *marinus*, ore intus papilloſo; pinna dorsali posteriore a cauda distincta. L. S. N. 394.

Petromyzon, *marinus*, ordinibus dentium pluribus. *Die Lamprete.* Bloch. N. F. D. III. 38. tab. 77.

*The Sea - Lamprey.* Pennant. br. zool. III. 76. tab. 8.

(c) 3. Petromyzon, *branchialis*, pinna dorsali posteriore linearis; labio oris posteriore latere lobato. L. S. N. 394.

Petromyzon, *branchialis*, corpore annulato; ore lobato.

*Der Querder.* Bloch. N. F. D. III. 45. tab. 36. fig. 2.

*The Pride.* Pennant. br. zool. III. 20. tab. 8.

4. PETROMYZON, *Planeri*, corpore annulato; ore papilloſo. *Das kleine Neunauge.* Bloch. N. F. D. III. 47. tab. 88.

Os in margine acutis verrucis exasperatum. Lingua denticulis quibusdam armata. Oculi majusculi. Iris flava. Pupilla nigra. Duæ series foraminum rotundorum supra & infra oculos conspicuæ. Pectus major, quam in cæteris speciebus: Pinnae

***XLIII. ACIPENSER.***

*Foramen* seu apertura Branchiarum unica utrinque.

*Os subetus*, tubi instar, edentulum.

*Corpus oblongum*, plerumque heptapterygium. (\*)

I. ACI-

**ADDITIONALIA.**

Pinnæ etiam latiores. Ab ano corpusculum conicum prominet. Habitat in rivis Thuringiæ.

5. *PETROMYZON, branchialis*, pinna dorsali posteriore linearis; labio oris posteriore latere lobato. *L. S. N.* 394.

*Petromyzon, branchialis*, corpore annulato; ore lobato.

*Der Querder.* *Bloch. N. F. D.* III. 45. tab. 76. fig. 2.

Corpus teres, ante & pone acutum, annulatum. Os edentulum; margo ejus versus inferiora utrinque incisum, indeque lobatus. Pinnæ vix lineam latæ. Color in dorso subviridis, in lateribus subfulvus, in abdomine albus. Habitat in fluminibus Europæ. Longitudo semipedalis.

*The Pride.* *Pennant br. zool.* III. 80. tab. 8. n. 29.

6. *PETROMYZON, Myxine, Albildgardi.*

*Myxine, glutinosa*, corpore elongato, glutinoso; ore dentato. *Fabricii Fn. grænl.* 344.

*Sleep - Marken.* *Gunneri in Act. Nidros.* II. Cap. 6. tab. 3.

(\*) *Character Generis Acipenseris.*

*LINNÆI:* Spiracula lateraria solitaria, linearia. Os sub capite, retractile, edentulum; cirri sub rostro ante os. *S. N.* 403.

*FORSTERI:* Pinnæ ventrales 2. Corpus oblongum. Os edentulum sub capite. Spiracula linearia, lateralia. Cirri ante os. *Squamæ ossæ.* *Enchirid.* 82.

*BLOCHII:* Os inferum, edentulum. Apertura branchiarum lateralis. *N. F. D.* III. 87.

**Annotatio.**

Omnis hujus generis species inter se valde affines, ægre a numero partium vix unquam distinguendæ sunt. Numerus radiorum pinnarum vix differt & si differat, nunquam cum certitudine determines. Et cirrorum numerus in omnibus quaternus; numerus autem squamarum tuberculolarum in lineis ordinatis.

I. ACIPENSER *corpore tuberculis spinosis aspero.* Art. Syn. 91.

*Acipenser* ♂ *Sturio Auditorum*, ut ♂ *Helops*. *The Sturgeon Anglis.* *Stör Germanis.* *Stör Suecis.* *Störe Danis.* *Venter planus.* *Cutis subaspera.* *Iris argentea.*

Tuberculorum spinosorum 5 ordines, unus in medio. Dorsi, & duo laterales utrinque, ex tuberculis numero diversis constant. Et præterea tubercula duo infra anum in medio ventre.

*Rostrum longum*, planum & acutum. *Nares utrinque duplices.*

*Cirri quatuor in apice maxillæ inferioris.*

*Pinnæ Pectorales osse valido in antica parte donatæ.*

*Ventrales ad anum.* *Pinna ani medio inter anum & caudæ initium.* In dorso unica. *Cauda bifida*, cuius superior pars longior.

*Appendices Pylori plurimæ.* *Vesica aërea simplex.* *Intestina semel reflexa.* *Spina Dorsi continua.*

*Longitudo 14. 15. 16. 17. 18. &c. pedum.* *Locus Mare Adriaticum:* *Palus Meotis,* *Pontus,* *Nilus,* *Tanaïs,* *Danubius,* *Padus,* *Albis,* *Thamesis,* *Fluvius Dalicus & Angermannus in Suecia.* (a)

Rrr 3

2. ACI-

## ADDITIONALMEN.TUM.

ordinatarum equidem diversus, sed minime constans est, quæ insuper in omnibus ætate profectis obsoletæ evadunt ita ut ne præsentia vel absentia tuberculorum species distinguat. Capi-tis partes notas differentiales haud infrequentes & constantissimas largiuntur. Primarias notas specificas quæsivimus ex rostri figura, ejusdemque ad oris diametrum proportione; se-undarias ex labiorum figura & situ cirrorum ad rostri apicem & oris rectum relativo. *Güldenstædt* in *Nov. Com. Petrop.* XVI. 532.

(a) I. *Acipenser, Sturio*, cirris 4; squamis dorsalibus 11. L. S. N. 403. D. 31. P. 30. V. 19. A. 24. C. 24.

*Acipenser, Sturio*, rostro obtuso; oris diametro transverso longitudine æquali; cirris rostri apici propioribus; labiis bifidis. *Güldenstædt* l. c.

Acipen-

2. ACIPENSER *tuberculis carens*. *Art. Syn.* 92.  
*Huso* *Auctorum*. *Mario forte Plinii l. 9. C. 15.*  
 + *Ichthyocolla* *Auctorum* *huc etiam pertinet.*  
*Husen & Haufem Germanis.* (b).

Rostrum

## ADDITAMENTUM.

Acipenser, *Sturio*, scutorum ordinibus 5 ad corpus asperum. *Der Stæhr.* *Bloch. N. F. D.* III. 89. tab. 88. D. 38. P. 30. V. 25. A. 24. C. 24.

Acipenser corpore tuberculis spinosis aspero. *Sebae thes.* III. tab. 29.

(b) 2. Acipenser, *Huso*, cirris 4, squamis dorsalibus 13 caudalibus 43. *L. S. N.* 404.

Acipenser, *Huso*, rostro obtusissimo; oris diametro longitudinem cedente; cirris ore propioribus, labiis integris. *Güldenstädt* in *Nov. Com. Petrop.* XVI. 533. fig. 12 - 17.

Acipenser, *Huso*, operculo brevi. *Der Hausen.* *Bloch. N. A. F. I.* 79. tab. 129. D. 66. P. 33. V. 30. A. 25. C. 40.

*Bjeluga*, Russis: *Lepechin. itiner.* I. 158. tab. 11.

3. ACIPENSER, *ruthenus*, cirris 4, squamis dorsalibus. 15. *L. S. N.* 403. *Mus. Ad. Fr. I.* 54. tab. 27. fig. 2.

Acipenser, *ruthenus*, ordinibus scutorum tribus. *Der Sterlet.* *Bloch. N. F. D.* III. 88. tab. 89. D. 39. P. 20. V. 23. A. 22. C. 76.

Acipenser, *Sterleta*, rostro subulato, recto, diametro oris quadruplo longiore; cirris vix ori propioribus; labiis integris. *Güldenstädt* l. c.

Anatomiam a Kälreutero factam vide ibidem.

*Sterljaed*, Russis, *Lepechin. itiner.* I. 154. tab. 9. fig. 1. 2.

4. ACIPENSER, *Seuruga*, spathulato; subrecurvo, diametro oris transverso sextuplo longiore, cirris ori propioribus; labiis integris. *Güldenstädt* l. c. p. 533.

*Seurjuga*, Russis. *Lepechin. itiner.* I. 156. tab. 10. fig. 1. 2.

Acipenseris rutheno similitudine proxime accedit. Differt tamen imprimis corpore graciliore & triplo longiore; rostro productiore magisque tuberculis exasperato, & subtus costato; porro forma squamarum ossicularum, quæ magis inter se remotæ officu-

**Rostrum longissimum.** Quatuor vel octo cirri sub pag. 66  
rostro.

**Pinna Dorsi** unica caudam versus. Pectorales 2. Ven-  
trales 2. Ani 1. Squamæ nullæ. Dorsum nigrum.

Venter flavus. Figura Lucii fere. Longitudo 24 pe-  
dum &c. Locus Danubius imprimis.

**XLIV.**

**ADDITAMENTUM.**

osseulo tenui adjuncto terminantur. Color maxima ex parte  
alba, maculis irregularibus nigris conspersus. Longitudo 4  
pedum 3 unciarum.

**Varietas.**

**Acipenser, stellatus.** *Pallasii Itiner.* I. 460.

Magnitudo solita quadrupedalis. Caput subtetragonum;  
tuberculis & stellis dentatis aspernum. Rostrum osseum,  
longissimum, subcylindricum, depresso, striis ferratis ex-  
asperatum. Os emissile tubulosum. Pori auditorii lunati. Cor-  
pus sensim attenuatum, peritædrum. Cauda subteres, obso-  
letissime hexædra. Ossicula carinis mucronata dorsalia 13.  
Lateralia qualibet serie 35 minora. Habitat in mari Caspico.

5. **ACIPENSER, Schypa,** rostro obtuso; oris diametro,  
quoad unam tertiam partem longiore; cirris rostri apici pro-  
rioribus; labiis bifidis *Güldenstædt.* I. c. p. 533.

**Schip - Koftera.** Russis. *Lepetchin itiner.* I 161.

Rostrum breve squamis ossitis multis exasperatum cirris-  
que 4 præditum. Inter rostrum & oculos duæ squamæ ossæ,  
acutæ prominent. Caput tegitur squamis ossitis stellatis acu-  
mine in medio elevatis. Tales duæ inter oculos & 4 inter  
aperturam posteriorem branchiaruin. Dorsum 14 squamis os-  
sitis in medio cuspidatis, in modum ephippii formatis, mun-  
tum est. In lateribus 40 similes sed minus acutæ, jacent.  
Duæ series ex 10 vel 12 cuspidatis squamis compositæ infimæ  
corporis parti insident. Tres tantum squamas carnosas, pin-  
guedinoas validas, ossreas habet media nempe maxima. Duæ  
squamæ ossæ uncinatae pone branchias pectorales existunt. Re-  
liquæ partes corporis ossiculis exasperatæ sunt, quæ maxime  
circa squamas ossreas dorsi & pinnas pectorales conspicuntur.  
Longitud. 2½ ped.

*XLIV. SQUALUS.*

*Foramina Branchiarum utrinque quinque, longitudinaliter à lateribus capitis ad pinnas pectorales sita.*

*Caput plagioplateum, sed Corpus oblongum, ambitu vel rotundo vel angulofo. Cutis aspera.*

*Oculi ad latera capitis. Caudæ superior pars inferiore longior.*

*Os plerumque in prona parte capitis seu subtus, transversim situm. (\*)*

*Dentibus granulosis præditi.*

1. *SQUALUS rostro longo cuspidato osseō plano utrinque dentato. Art. Syn. 93.*

*Serra & Priftis Auditorum. vid. Will. p. 91, Ray p. 23.*

*The Saw-fish. Anglis. (a)*

2. *SQUA-*

**ADDITIONUM.**

(\*) *Character generis Squali.*

LINNÆI: Spiracula 5 ad latera colli. Corpus oblongum teretiusculum. Os in anteriore capitis parte. S. N. 397.

PENNANTI: Corpus gracile versus caudam decrescens. Pinnæ duæ in dorso. Cutis scabra. Aperturæ 5 ad utrumque latus nuchæ. Os generatim inferne situm ad extremitatem rostri. Br. zool. III. 98.

GMELINI: Caput obtusum. Spiracula 4-7 ad latera colli semilunaria. Oculi oblongi, verticales, dimidia parte tecti, ante foramen temporale. Os in anteriore & inferiore capitis parte, pluribus dentium ferratorum, acutorum, partim mobilium, partim fixorum, forma inæqualium armatum. Corpus oblongum teretiusculum, tenerim aculeis asperum. P. V. pectoralibus utplurimum minores, approximatæ circa anum & in mare circa genitalia positæ. L. S. N. reformata 1489.

(a) 1. *Squalus, Priftis, pinnā ani nulla; rostro ensiformi, osseō, plano, utrinque dentato. L. S. N. 402.*

*Squalus, Priftis, rostro ferrato. Der Sägefisch. Bloch. N. A. F. I. tab. 120.*

2. *SQUALUS dentibus obtusis seu granulosis.* Art. Syn. 93.  
*Galeus laevis Rondeletii & aliorum Auctorum.*  
*Mustelus laevis primus:* Salviani. Will. pag. 60.  
*The smooth or onprickly Hound. Anglis.*  
 Pinnas Dorsi duas & Unicam ani habet. (b)  
*Dentibus acutis praediti.*  
*Dorso Spinoso.*
3. *SQUALUS pinna Ani nulla; ambitu corporis subrotundo.*  
 Art. Spec. 102. Syn. 94.  
*Galeus Acanthias sive Spinax, Auctorum.*  
*a hound-fish or Picked Dog. Anglis.*  
 Tres ordines Dentium utrinque. (c)

4. *SQUA-*

## ADDITAMENTUM.

- (b) 2. *Squalus, Mustelus,* dentibus obtusis. L. S. N. 400.  
*The smooth Hound.* Pennant. br. zool. III. 116. tab. 16.  
*Emissole.* Broussonet. in Act. Parif. 1780. n. 8. Leipz.  
*Magazin. nat.* VI. 330.

Rostrum conicum, porulosum. Dentes minuti, obtusi, rhombei, contigui. Nares ori propiores, lobulo ad partem tecti. P. D. prior fere triangularis, e regione medii inter pinnas pectorales & analem sita. P. V. dimidio minores pectoralibus post medium trunci locatae. P. D. secunda lumbaris, du-  
 plo fere major pinna anali subquadrata, illi opposita. P. C. ver-  
 sus finem latior. Linea lateralis obsoleta dorso in initio paralela.  
 Longitudo bipedalis.

- (c) 3. *Squalus, Acanthias,* pinna anali nulla; dorsali-  
 bus spinosis; corpore teriusculo. L. S. N. 397.

*The picked Dogfish.* Penn. br. zool. III. 100. tab. 5. fig. 2.  
*Aiguillat.* Brouff. Act. Parif. 1780. n. 22.  
*Squalus, Acanthias,* corpore teriusculo; dorso biaculea-  
 to. *Der Dornhay.* Bloch. III. 74. tab. 85.

*Varietas.*

- α. *SQUALUS, Fernandinus,* pinna anali nulla, dorsali-  
 bus spinosis; corpore tereti ocellato. Chilensisibus. *Tollo. Mo-*  
*linæ h. n. chil.* 202.

- pag. 67. 4. **SQUALUS** *pinna ani carens; naribus in extremo rostro.*  
*Art. Syn. 95.*  
*Galeus achantias seu spinax fuscus. Will. p. 57. Ray p. 21.*  
*Sagrée Genuenfibus.*  
*Dorsum planum fere. Venter magis fuscus & asperior quam dorsum. (d)*
5. **SQUALUS** *pinna ani carens; ambitu corporis triangulato.*  
*Art. Syn. 95.*  
*Centrina & Centrine Auctorum.*  
*Pesce Porco Romanorum.*  
*Spina ad pinnam Dorsi 1<sup>m</sup>. antrorsum inclinatur.*  
*Tres ordines dentium supernè, inferne unicus tantum. (e)*

6. **SQUA-**

## ADDITAMENTUM.

Spina eburnea trigona ad apicem recurva, crassa in utraque pinna dorsali.

(d) 4. *Squalus, Spinax*, pinna anali nulla, dorsalibus spinosis; naribus, terminalibus. *L. S. N. 398.*

*Sorthæz*, i. e. *Squalus niger. Gunnerus in Act. Nidros.* II. 284, tab. 7.

Forma et magnitudine Squalo Acanthiæ congruit. Color superne plumbeus argenteo micans, inferne ater. Dentes acuti, compressi utrinque in modum acuminis ancoræ formati in utraque maxilla tribus ordinibus dispositi. Foramen post oculos in civitatem oris penetrans. Oculi magni. Iris argentea. Nares infra rostrum ob ore remotiores. Corpus subvillosum, parum asperum. Aculeus inclinatus ante utramque pinnam dorsalem.

*Sagre. Broussonet in Act. Parisi. 1780. n. 23. Leipz. Magaz. l. c.*

(e) 5. *Squalus, Centrina*, pinna anali nulla; dorsalibus spinosis; corpore subtriangulari. *L. S. N. 398.*

Pinnæ dorsi anterior spina radios antrorsum decussante; posterior retrosum,

*Squalus,*

6. *SQUALUS pinna Ani carens; ore in apice capitis.* Art.

Syn. 95.

*Squatina* ♂ *Angelus Marinus Latinorum.* Plvñ Græcorum. *The monk-or Angel-fish Anglis, aliis Mermaid fish.* Magnitudo sœpe ut hominis. Pondus 60 librarum.

Cutis aspera. Triplex ordo Dentium utrinque, omnes numero 108. circiter.

Tubercula quædam spinosa ad oculos & nares, ut & spinæ breves in extrema ora pinnarum pectoralium, pinnis ventralibus & medio dorso.

Pinnæ duæ in extremo dorso, seu cauda infra anum. Pectorales 2. Ventrals 2. ambæ latæ & amplæ, sibi satis contiguæ, horizontaliter sitæ. Cauda bifurca. Vidi Londini in Naggshead, & in oppido Chelsey. (f)

*Spinis dorſi carentes.*

Sss 2

7. *SQUA-*

## ADDITIONUM.

*Squalus, Centrina,* unica serie dentium incisoriorum in maxilla inferiore. *Das Seeschwein.* Bloch. N. A. F. I. 23. tab. 115.

*Humantin.* Briffonnet Act. Paris. 1780. n. 25. Leipziger Mag. l. c.

(f) 6. *Squalus, Squatina,* pinna anali nulla, caudæ duabus; ore terminali; naribus cirrosis. L. S. N. 398. Mus. Ad. Fr. II. 49.

Corpus depresso, supra scabrum absque aculeis; figura Rajæ. Sed latera antice posticeque lobata. Iuxta oculos spinæ aliquot acutæ breves. Os in antica parte capitis. Dentes supra dupli ordine distincti. Narium loco foramina ramen-tis cutaneis. Aperturæ respiratoriæ ad latera nec subtus. Cauda longa, terminata pinna biloba. Pinnæ duæ supra caudam. Habitat in mari mediterraneo.

*Squalus, Squatina,* corpore depresso. *Der Mierengel.* Bloch. N. A. F. I. 25. tab. 116.

Ange Broussonet Act. Paris. 1780. n. 27.

*The Angelfish.* Peunant, br. zool. III. 98. tab. 12.

Caput

7. *SQUALUS* *Capite latissimo transverso mallei instar.* Art.

*Syn. 96.*

*Zygæna Auctorum. Libella Th. Gazæ. The balance-fish Anglis.*

*Corpus oblongum, rotundum, pinnas dorsi duas, & unam Ani habens.*

*Tres vel quatuor ordines dentium in Maxillis. Foramina oblonga ad oculos. (g)*

pag. 68. 8. *SQUALUS cauda longiore quam ipsum corpus.*\* Art.  
*Syn. 96.*

*Vulpes & Vulpecula marina Auctorum. Simia marina Bellonii. The Sea fox or Ape Anglis.*

*Corpus rotundum, breve & crassum. Pondus infra 100 librarum.*

*Os parvum, non multum infra rostrum, quod acutum. Partibus externis aliis cum Galeo Cane convenit.*

*Pinnula superne in caudæ exortu. Cauda falcata & quodammodo ensiformis est.*

*Locus: mare mediterraneum. In Oceano ignotus. (h)*

9. *SQUA-*

#### ADDITAMENTUM.

*Caput magnum. Dentes inferne lati, superne angustati, acuti, mobiles. Oculi parvi, pupilla thalassina, iride alba, fusco conspersa. Foramen semilunare pone utrinque oculum. Dorsum canum, asperatum: In medio illius series longitudinalis tuberculorum acutorum. Abdomen album & glabrum. P. P. maximæ, horizontales, alis quodammodo similes. P. V. eodem modo dispositæ, quibus in sexu masculino duplex penis inhæret. P. D. duæ. P. C. bifurca, cuius lobus superior longissimus ab extremitate dorsi non longe remotus est.*

*Rhina sive Squatina Auctorum. Kleinii Miss. III. 14. tab. 2. fig. 5, 6.*

(g) 7. *Squalus, Zygæna, capite latissimo, transverso, malleiformi.* L. S. N. 399.

*Squalus, zygæna, corpore malleiformi. Der Hammerfisch.* Bloth. N. A. F. I. 29. tab. 117.

(h) 8. *Squalus, Vulpes, caudæ lobo superiore longitudine corporis.* Gmelin. L. S. N. 1496. The

9. *SQUALUS naribus ori vicinis, foraminibus exiguis ad oculos. Act. Syn. 97. Galeus Canis Auctorum. A Tope Cornubiensibus.*

Sss 3

Lon-

## ADDITIONAL.

*The longtailed Shark. Pennant. br. zool. III. 110. tab. 14.*

Corpus teres & breve. Rostrum breve, acutum. Oculi magni, supra angulos oris, locati. Os parvum, ab extremitate rostri non longe remotum. Dentes triangulares, parvi, tri-seriati. P. C. biloba, lobo superiore subrecto super inferiorem longissime porrecto, longitudini corporis æquali. Cutis glabra. Color dorsi cinereus, abdominis albus.

*Renard marin. Perrault in Memoires pour servir à l'histoire naturelle I. tab. 15 & 16. Ubi dissectio anatomica inventitur. Broussonet in Act. Parif. 1780.*

Piscis grandis microlepidotus, colore plumbeo inferne albescente. Caput breve conicum. Dentes utrinque plani, triangulares, acuti, integri tribus ordinibus. Corpus fusiforme. Linea lateralis recta. Scrobiculus triangularis in fine dorsi. P. D. prima, media; secunda minor lumbaris. P. P. inferæ longæ, falcatae. P. V. approximatæ ad anum locatae. P. A. acuta dorsali secundæ opposita, qui in icona Perraulti gemina representatur. P. C. falcata, biloba, cuius lobus superior falciformis longitudine corporis retrorsum prostat; lobus autem inferior brevissimus sextam partem superioris vix æquat.

*Cercus, Caji. Vide ejus Historiam rariorū animalium & stirpium. p. 111.*

Piscem ait grandem inter Caletum & Docarium 1569 rete captum Londini vidi quem Brittani & Hispani Cherke vocant. Corpore tereti erat, colore obscurè murino sed in imo ventre candicabat. Cutis aspera. Pinnæ fuscæ, coriaceæ, duræque ut delphinis: Ex utroque latere binæ; in dorso duæ, anterior major, posterior multo minor; in extremo ventre paulo ante caudam una parva. Costas nullas habet, spinam dorsi tantum non osseam. Anteriores dentes sunt illi duplices, ma-

xilla-

Longitudo 4 ad 5 pedum. Pondus 100 librarum ferè. Nares ori quam rostro duplo viciniores. Rostrum ultra nares pellucidum. Os amplum, semicirculare. Tres ordines Dentium acutorum utrinque. Linea lateralis utrinque à capite ad caudam.

Pinna dorsi 1<sup>a</sup> Pectoralibus quam Ventralibus propior. Dimensio sic habet in Pisce 20 digitorum. A rostro 1°. ad nares 2 digitorum. 2°. Os 2½. 3°. primum Branchiarum foramen 4 digitorum, ad ultimum 5 digitorum. 4°. Pinnae Pectorales 4½. 5°. Ventrals 9½. 6°. anum 10. 7°. Pinnae ani 13. 8°. initium Caudæ 15½. 9°. Pinna dorsi 1<sup>a</sup>. 6½; dorsi 2<sup>a</sup>. 12½. digitorum. (i) *Rostris brevioribus.*

10. SQUA-

## ADDITAMENTUM.

xillares utrinque alternatim duplices atque triplices, ex quibus intimus recurvatur in adversum tenacitatis causa. Longitudo corporis a nare (qua ultra os se profert obtusius,) ad caudam pedum Romanorum 7. Longitudo caudæ septem cum semisse. Ambitus corporis pedum 4 & palmorum trium. Caudam fal- cem esse dices, cuius falcata pars inferior tenuis est, ut acies, superior crassior ut falcis dorsum. Tota lata est ut falk. Ubi corpori committitur lata pinna est. Inde cauda incipit & falcis similitudinem accipit. Est enim velut falcis calcaneus. Hinc cauda in processu sui coacta in augustius est. Recurvatur ad inferna non superna.

(i) 9. *Squalus, Galeus*, naribus ori vicinis; foraminibus ad oculos. L. S. N. 399.

*Squalus, Galeus*, corpore cinereo; dentibus serratis, cum pinna anali. *Die Meersau. Bloch. N. A. F. I. 31. tab. 118.*

Dentes tribus seriebus dispositi, tricuspidati, media cuspidate altiore, maxima. Pinnae dorsales duæ. Prior pectoralibus fere opposita. Color cinereus.

*The Tope. Pennant. br. zool. III. 111.*

*Milanbre. Brouff. Act. Paris. 1780. n. 4. Leipz. Mag. l. c.*

*Squalus, Galeus*, dentibus fere triangulatis, margine verticali denticulatis. *Gmelini L. S. N. 1492.*

10. SQUALUS ex rufo varius, pinna ani medio inter anum & caudam pinnatam. Art. Syn. 97.

*Catulus Major Vulgaris.* Will. p. 62. Ray p. 22.

*Pesce gatto Venetis.* à Bounce Cornubiensibus.

Longitudo interdum sesquicubitalis.

Dentes multi acuti introrsum recurvi, & pluribus ordinibus dispositi in maxillis.

Venter planus & dorsum latum satis.

Rostrum breve & obtusum, vix ad digitum ultra oris aperturam, procurrens.

Nares amplissimæ proxime ante Os.

pag. 69.

Pinnæ in dorso duæ, non longe à se invicem, ambæ infra dorsum medium caudam versus. Pectorales amplæ, triangulæ, ad tertium Branchiarum foramen inchoatae. (k)

11. SQUALUS dorso vario; Pinnis ventralibus concretis.

Art. Syn. 97.

*Catulus minor vulgaris.* Ray p. 22.

*The Rough Hound or Morgay Cornubiensibus.*

Corpus longius & tenuius, quam in præcedente. Venter albet.

Rostrum subtus foraminibus perfusum.

Locus:

#### ADDITAMENTUM.

(k) 10. Squalus, *Canicula*, varius inermis pinna ani medio inter anum caudamque pinnatam. L. S. N. 399.

Squalus, *Canicula*, varius, pinnis ventralibus discretis.

*Der getiegerte Hay.* Bloch. N. A. F. I. 16. tab. 112.

*The spotted Dogfish.* Pennant. br. zool. III. 113. tab.

15. n. 46.

*Rousette,* Broussonet in Att. Paris. 1780. n. 2. Leipz.

*Mag. l. c.*

*Le Chat de mer.* Edward glean. Seeligmans vögel VIII. tab. 78.

Squalus, *Canicula*, naribus lobulo & appendice vermiciformi cinctis; pinnis ventralibus discretis. Gmelin L. S. N. 1490.

Locus: mare Mediterraneum & Oceanus ad Angliam. (1)

12. *SQUALUS cinereus; Pinnis ventralibus discretis. Art. Syn. 97.*

*Catulus maximus. Ray p. 22.*

*Forte canicula saxatilis. Rondeletii.*

Maculæ paucæ & maiores quam in N°. 10 & 11. Rostrum etiam longius, subitus plurimis foraminulis punctatum. Nares ab ore longius distantes.

Pinna Ani ipso ano quam Caudæ vicinior. (m)

*Rostris longioribus.*

13. *SQUA-*

#### ADDITAMENTUM.

(1) 11. *Squalus, Catulus, dorso ocellato mutico; pinnis ventralibus concretis; dorsalibus caudæ approximatis; capite punctato. L. S. N. 400.*

Corpus supra lineam lateralem maculis ocellaribus. Caput punctis pertusum. Foramen pone oculos. P. D. prior supra ani regionem. P. A. duæ, alternæ.

*Squalus, Catulus, varius pinnis ventralibus concretis. Der kleingefleckte Hay. Bloch. N. A. F. I. 21. tab. 114.*

*The lesser spotted Dogfish. Pennant. br. zool. III. 115. tab. 15. n. 47.*

(m) 12. *Squalus, stellario, varius inermis; pinnis ventralibus discretis; dorsalibus caudæ proximis. L. S. N. 399.*

*Chat-rochier. Broussonet. in Act. paris. 1780. n. 3. Leipz. Magaz. l. c. p. 326.*

*Squalo, Catulo, fere similis. Verum illi sunt maculae majores & rariores nigrae in corpore rubicundulo, & rostrum longius quam in Catulo. Dentes trianguli acuti. Nares duabus lobis sibi incumbentibus subtectae, quorum exterior scaber & major est interiore. P. D. aequales prior pone aequilibrium & posterior lumbaris. P. A. e regione pinnae dorsalis secundae, sed parum anterius. Cauda parum brevior quam in Canicula.*

*Squalus, stellaris, lobis narium duobus. Gmel. L. S. N. 1491. The greater Catfish. Edwards glean. tab. 289.*

13. SQUALUS *Fossula triangulare in extremo dorso, foraminibus nullis ad oculos.* Art. Syn. 92.

*Galeus glaucus omnium Auditorum.*

*The Blew Shark. Anglis.*

Longitudo 4 ad 5 cubitorum. &c. cutis minus scabra quam in aliis.

Dorsum saturate cœruleum. Venter argenteus.

Rostrum longum, acutum, plagioplateum, multis foraminibus supra & subtus punctatum.

Dentum rarorum & latorum unicus sæpe ordo in maxillis, quorum quidam ad latera ferrati.

Pinnæ Pectorales prælongæ & acutæ. Pinnæ in ipso dorso duæ, 1<sup>a</sup>. ad medium longitudinis, exclusâ caudâ, 2<sup>da</sup>. non longe ab initio caudæ, ex adverso pinnæ ani. Locus: Oceanus Britannicus & Sinus Gallicus. (n)

#### 14. SQUA-

##### ADDITAMENTUM.

(n) 13. *Squalus, glaucus, fossula triangulare in extremo dorso; foraminibus nullis ad oculos.* L. S. N. 401.

*Squalus, Glauces, absque foraminibus ad oculos.* Der blaue Hay. Bloch. N. F. D. III. 78. tab. 86.

*Galeus glaucus.* Willugby hist. pisi. 49. tab. B. 3.

*Glauque.* Briffon in Act. paris. 1780. n. 5.

*The blue Shark.* Watson in Philos. Transact. Vol. 68.

p. 789.

Spinas ternas supra infraque caudam habet; Nulla pone oculos foramina; membranas albas palpebrarum loco sursum mobiles sub integumentis communibus aperto oculo latentes. Quinque dentium triangulorum in margine ferratorum ordines; corpus cœruleum in dorso profundiore, in lateribus pallido colore tinctum. Venter albus. Pinnæ omnes e lurido cœruleæ. Saccus albus in faucibus, ore deorsum moto propendens: Longitudo pisces descripti 6 pedum cum octo unciiis; Pinnæ pectoralis unius pedis & 4 unciarum.

*Haybraud. Gunneri in Act. Nidros. IV. n. tab. 1. fig. 1.*

*Artedi Genera.*

Ttt

pag. 70, 14. SQUALUS dorso plano; dentibus plurimis ad latera serratis. Art. Syn. 98.

*Canis carcharias, Lamia & Tiburo Auctorum.*

*The White Shark Anglis.*

Omnium maximus. Pondus interdum 1000 librarum. Rostrum longum. Dentum magnam partem triangulum ordines sex utrinque, interdum quatuor tantum. &c.

In superiore maxilla latiores sunt & à lateribus ferrati; in inferiore teretiores & parum admodum vel maximam partem non ferrati. Numerus incertus est. Dorsum breve & latissimum, respectu ad cæteros. Cauda à lateribus compressa.

Pinna Dorsi 1<sup>a</sup>. in medio fere Dorso, 2<sup>da</sup>. non procul à Cauda, è regione pinnæ ani. Cutis aspera.

Locus: mare Mediterraneum & Oceanus. (o)

XLV. RA.

#### ADDITIONUM.

(o) 14. *Squalus Carcharias*, dorso plano; dentibus serratis. L. S. N. 400.

*Squalus, Carcharias*, corpore cinereo; dorso lato. *Der Menschenfresser. Bloch. N. A. F. I. 33. tab. 119. Müller. L. S. N. III. p. 266. tab. II. fig. 5.*

*Haa-Skierting. Gunneri in Act. Nidros. II. 299. tab. 10 & 11.*

#### Varietates.

α. *Squalus Carcharias minor*, dentibus latere serratis; dorso non admodum gibbo; pinnis omnibus apice in juventute nigris; pinna dorsali quadruplo minori & dimidio angustiore pone. Arabibus *Kersch & Aïka*. *Forskål Fn. arab. p. 20.*

β. *Squalus, Carcharias major*, pinnis dorsalibus immaculatis ani taintum & caudæ margine inferiore fuscescentibus; pinna dorsi posteriore subæquali priori & pone paulo latiore Arabibus *Zyfa*. *Forskål ibidem.*

15. SQUALUS, *Isabella*, pinna dorsali prima, ventralibus opposita. *Broussonet act. paris. 1780. p. 648. Leipz. Magaz. VI. 323.*

Caput

## ADDITAMENTUM.

Caput breve, latum, obtusum, depresso: Dentes 6 seriebus, compressi, breves, acuti, triangulares denticulo ad basin utriusque aucti: Nares inferae, mediae. Oculi profundi. Iris ænea, pupilla ovalis, nigra. Foramen temporale rotundum. R. dorsales subquadratae; prima e regione ani, altera minor anali opposita. P. P. maximæ, infimæ, ad spiraculum tertium oriundæ. P. V. anum incurrentes, distinctæ, pone acuminatae. Cauda inferne pinna longa biloba prædita. Linea lateralis summa dorso paralela. Cutis scabra. Color e melino rutilans maculis nigris inordinatis variis conspersus, ab domine, pinnis pectoralibus & ventralibus exceptis, sordide albis. Longitudo  $2\frac{1}{2}$  ped. Habitat in mari pacifico.

16. *SQUALUS, cirratus*, narium appendice vermiciformi. *Le Barbillon. Brouff. l. c. p. 656. Leipz. Magaz. IV. 331.*

Caput depresso. Rostrum breve obtusum. Labia ad latera crassa. Dentes acuti, longi, inferne latescentes. Spiraculum penultimum & ultimum in unum conjunctum. Oculi & foramina temporalia parva. Anus medius. Squamæ magnæ, planæ, splendentes. Color subruber, in junioribus pisibus nigro maculatus. Longitudo ad 5 pedes. Cauda quartam corporis partem explet. P. C. biloba pone excavata. Habitat in mari pacifico.

17. *SQUALUS, barbatus*, rictu oris appendicibus vermiciformibus, barbato. *Le Barbu. Brousson. l. c. p. 657. n. 7.*

Caput depresso, breve. Os ad extremitatem fere rostri. Dentes lanceolati multis seriebus. Cirri inæquales & dissimiles ad partem inferiorem rostri. Unus illorum multifidus ante nares. Alii ad latera & super angulos oris partim simplices partimque fissi. Nares ori vicinæ. Corpus  $3\frac{1}{2}$  pedes longum maculis diversis nigris albo margine cinctis undique varium. Squamæ minutæ, duræ, glabré, splendentes. Anus pone medium. Pinna caudalis subdivisa. Habitat in mari pacifico.

18. *SQUALUS, fasciatus*, corpore fasciato; ore cirroso. *Der bandirte Hay. Bloch, N. A. F. I. 19, tab. 113.*

## ADDITAMENTUM.

Cirri duo ad os. Dentes minuti. Labium superius crassum. Pupilla cærulea. P. P. breves, rotundatae. Cauda prælonga valde compressa. P. C. infera, longa prope extremitatem incisa. Spiracula duo ultima in unum coeunt. Color niger fasciis diversis, maculisque albis variegatus. Habitat in India orientali.

*Squalus* capite obtuso; cirris duobus ad maxillam superiorem; dorso vario inermi. *Gronov. Mus.* n. 136.

*Squalus varius*, naribus ori proximis; foraminibus pone oculos; spiraculis utrinque quaternis; cauda longissima. *Seba thes.* III. 105. tab. 34. fig. 1. Vide *Mantissam I.*

*Le Tigre.* *Broussonet* l. c. p. 658. n. 8. *Leipz. Magaz.* VI. 334.

*Squalus, tigrinus.* *Der getigerte Hayfish.* *Forsteri zool. ind.* p. 24. tab. 13. fig. 2.

Caput obtusum. Nares in apice rostri. P. D. vicinæ. P. analem habet. Cauda longitudine pene totius corporis, infra tantum ad analiem usque pinnam extensa, supra radiis nullis. Corpus una cum pinnis nigrum, prius transversim albo fasciatum. Posteriores albo maculatæ.

*Squalus, longicaudatus*, cirris duobus ad maxillam superiorem; cauda longa. *Gmelini L. S. N.* 1496.

19. *SQUALUS, vittatus*, naribus valvula biloba fere tectis; vittis 7 subnigris a rostro ad caudam extremam ducitis. *W.*

*Squalus, Africanus*, fasciis 7 nigricantibus paralelis longitudinalibus pictus. *Gmelini L. S. N. ref.* 1494.

*Le Galonné.* *Broussonet* l. c. p. 659. n. 9. *Leipz. Mag.* VI. 335. Habitat in mari ad Caput bonæ spei.

20. *SQUALUS, ocellatus*, cinereo punctatus: ocello magno nigro, alba iride cincto, ad utrumque latus colli. *W.*

*L'Oeilé.* *Broussonet.* l. c. p. 660. n. 10. *Leipz. Mag.* VI. 336.

21. *SQUALUS, Tiburo*, capite latissimo, cordato. *L. S. N.* 399.

Cefracion capite cordis figura vel triangulari. *Kleinii M.* III. 13. tab. 2. fig. 3, 4.

## ADDITAMENTUM.

*Schophaay.* *Houttuyn hist. nat.* I. pars 6. p. 496. tab. 56. fig. 2.

*Der Schaufelfisch.* *Müller. L. S. N.* III. 559. tab. 7. fig. 2.

*Le Pantoufleur.* *Broussonet l. c.* p. 662. n. 12. *Leipz. Mag.* VI. 337. Habitat in America australi.

22. *SQUALUS, Nasus*, corpore glabro, crasso; cauda valde attenuata, depressa, utrinque plica eminenti carinata. *W.*

*Squalus, cornubicus.* *Gmelini L. S. N.* ref. 1497.

*Porbeagle.* *Borlasi h. n. cornuv.* 265. tab. 26. fig. 4.

*Pennant. br. zool.* III. 117.

*Le Nez.* *Broussonet. l. c.* p. 667. n. 16.

Corpus fere fusiforme, in medio crassius. Rostrum conicum, valde porrectum ascendens, porulosum. Dentes longi, acuti, basi latiores, mobiles. Foramina temporalia defuncta. Anus remotus. Linea lateralis supra oculos orta, initio angulatim flexuosa, terminatur plica longitudinali ad utrumque latum caudæ angustæ prostante. P. C. biloba, lobo supero longiore: Cutis glabra, leviter marmorata. Habitat in mari Atlantico.

*Varietas.*

α. *SQUALUS, Pennanti*, corpore fusiformi; pinna caudæ lunata. *W.*

*The Beaumaris Shark.* *Penn. br. zool.* III. 118. tab. 17.

Corpus fusiforme, glabrum. Rostrum obtusum. Dentes angusti, compressi, acutissimi, procoffu acuto ad basin utrinque aucti, triseriati, mobiles, P. D. prima triangularis, media. P. D. altera minor lumbaris ad initium extremitatis caudæ depresso utrinque acute carinatae. P. A. dorsali secundæ opposita & similis. P. P. validæ & latæ. P. V. parvæ, acutæ. P. C. semilunata, cuius superius cornu inferius longitudine vincit. Color plumbeus. Longitudo 7 pedum. Habitat in mari Atlantico.

23. *SQUALUS, cinereus*, spiraculis septenis; pinna dorsali unica. *W.*

*Le Perlon,* *Broussonet, l. c.* p. 668. n. 17. *Leipz. Magaz.* VI. 344.

## ADDITAMENTUM.

*Squalo glauco* aliqua ex parte similis, & fere concolor. Oculi grandes, medii. Dentes sejuncti, compressi, acuti, ad latus reclinati, introrsum directi. Spiracula 7 magna. Anus paulo ante medium corporis. P. D. unica post medium dorsi. P. P. retro ultimum spiraculum sitæ. P. V. paulo propiores capiti quam P. D. Pinna caudalis inæqualiter biloba. P. A. minor inter pinnas ventrales & caudalem intermedia. Cutis glabra & cinerea. Longitudo 3 pedum.

24. *SQUALUS, maximus*, dentibus conicis, pinna dorsali anteriore majore. L. S. N. 400. O. Fabricii Fn. grænl. 130.

*The Barking Shark.* Pennant br. zool. III. 101.

Mandibula supera longior infera & obtusa. Dentes intraque parvi, numerosi, anteriores curvati posteriores conici, acuti, itemque laminæ breves corneæ versus œsophagum quales in balæna mysticeto existunt. Spiracula 5 magna. Corpus angustius quam in aliis hujus generis, a tribus ad duodecim ulnas, quandoque ultra in longitudinem extensum. P. D. prima magna ante medium sita; altera multo minor, lumbaris. P. P. magnæ, inferæ pone spiracula. P. V. pinnæ dorsali posteriori fere oppositæ. P. A. minuta. P. C. maxima superne multo longior quam inferne. Genitalia in maribus gemina. Cutis scabra. Color obscure plumbeus, in abdomine albus. Habitat in mari glaciali, aestate versus Scotiam gregatim migrat.

25. *Squalus, maximus*. Brugden. Gunneri in Att. nidos. III. 28. tab. 2. & IV. 13. tab. 4. fig. 2 & 3.

Piscis fere fusiformis, grandissimus, 5 circiter orygias longus & 2 in circuitu latus. Nonnulli tamen duplo & triplo maiores adsunt. Rostrum illis est obtusum, non longe super os prominens. Rictus amplius inferus. Nares inferæ, marginales, extremitati rostri propiores. Foramina temporalia angusta pone oculos. Dentes breves conici, incurvi, a posteriori parte contigui, in seriebus distinctis versus gulam directis jacent. Oesophagus non angustus. Spiracula 5 magna: Branchiæ orygiam circiter longæ, & semipedem latæ versus extremitates angustatae. Constant nitentibus nigris fetis longis, ad instar fibrarum barbæ in pinna scriptoria cohærentibus, quæ super

## ADDITAMENTUM.

Superlatus unum pendent, & arcum cartilagineum unciae crassitie effingunt. P. D. prior magna, acute angulata, altior quam longa, ante medium corporis sita; P. D. posterior, parva, trapezoidea, pone acuta, longior quam lata. P. V. pone medium triangulares, retro excavatae. P. A. minima, pinnæ dorsali similis & fere opposita, tamen pinnæ caudali propior. P. C. maxima forcipata, lacinia superiore duplo longiore fere ossea & validissima inferiore molliore. Cutis valde spissa aculeis minutis recurvis dense stipatis vestita. Color obscure cinereus. Vicitat non solum infectis & vermis marinis sed alia etiam magna animalia integre deglutire dicitur. Habitat in mari septentrionali. Norwegi oleum ex liepate excoquunt.

*Brygd. Friis in Act. Storkh.* XXXIV. 152.

Capturam & usum economicum solummodo descripsit.

26. *SQUALUS, griseus*, spiraculis utrinque sex; corpore subglabro penna dorsali unica. *Le Griset. Broussonet in Act. Paris.* 1780. p. 663.

Caput depresso, obtusum. Rictus amplius, arcuatus. Ad utrumque angulum oris. Scrobs magna, cutis plica verticali tecta. Dentes maxillæ inferæ in pluribus seriebus, lati, compressi prope modum quadrati, incisi; introversi maxillæ superæ oblongi, integri ad basin latiores, anteriores numerosi minores, acutiores, quam illi in lateribus uniseriati. Palatum & lingua scabra. Nares fere marginales, apici rostri vicinæ, lobulo subquadrato obtecta. Oculi ovales apici rostri quam angulis oris propiores. Foramina temporalia minima, ab oculis remota. Spiracula utrinque magna sex, approximata. P. P. magnæ horizontales. P. V. in medio corpore mediocres, semiovatae. P. A. parva, pone acuta, inter pinnas ventrales & basin pinnæ caudalis intermedia. P. D. unica, ante lineam perpendicularem pinnæ analis sita, illique fere similis, sed major. Cauda subtus pennam bilobam habet. Cutis glabra, minutissimis squamis obtecta. Color dilute murinus. Longitudo 2*½* pedum. Habitat in mari mediterraneo.

27. *SQUALUS, spinosus*, corpore spinis inæqualibus, inordinatis, gibberofo. *Bouclé. Broussonet in Act. Paris.* 1780. n. 21. *Leipz. Mag. VI.* 348.

Rostrum

## ADDITAMENTUM.

Rostrum proeminens, conicum. Nares oculis vicinæ. Rictus mediocris. Dentes compressi, fere quadrati, inordinatim ferrati in plures series dispositi. Oculi magni ante foramina temporalia. Spiracula 5. conspicua. P. D. duæ a rostro remotiores. Prima e regione pinnarum ventralium; secunda minor lumbaris. P. P. latæ. P. V. pectoralibus fere æquales, a rostro valde remotæ. P. A. deest. P. C. angulata sub cauda. Cutis glabra, spinis parum recurvis inæqualibus, ad basin latis & rotundis, fixis, quales in Rajis adsunt, inordinatim tecta. Longitudo 4 pedum.

*Squalus, spinosus*, tuberculis magnis, mucronatis, per totam superficiem dispersis. *Gmelin. L. S. N.* 1500.

28. *SQUALUS, squamosus*, squamis maximis, ovalibus; pinnis dorsalibus duabus. *Ecaillieux. Broussonet I. c. n.* 24.

Squalo Centrinæ similis sed squamis maximis diversus. Rostrum oblongum, depresso. Rictus modicus, arcuatus. Dentes ferme quadrati, ad marginem angulati; in maxilla infera majores. Nares magnæ inter apicem rostri & os submediæ, lobulo cutaceo ad partem obtectæ. Oculi ovales, ante foramina temporalia. Spiracula 5. P. D. duæ longæ aculeo in medio armatæ dorsi maximam partem occupant. P. P. mediocres versus basin angustiores. P. V. semiovales pinnæ caudali vicinae. P. C. infra caudam biloba, lobo anteriore rotundato, & posteriore latente. Squamae maximaæ costa longitudinali in medio. Longitudo 3. pedum.

29. *SQUALUS, indicus*, dentibus acutis; dorso vario inermi; pinna ani carens. *Gronovii Mus. ichth. n.* 133.

Caput plagioplateum, anterius obtusum. Corpus cathe-toplateum, oblongum, cinereum, in dorso & capite nigro maculatum, omnino cute scabra tectum. Nares ori vicinae. Oculi oblongi, supremi. Foramina temporalia semilunaria. Dentes in 7 series dispositi. P. D. prima parva magis quam ventrales a capite remota; secunda longe a priore dissipata. P. P. magnæ, subrotundæ, infimæ, in extremo latiores. P. V. capiti propiores, quam prima dorsalis, oblongæ, rotundatae.

P. A.

## ADDITIONAL.

P. A. nulla. P. C. oblonga, linearis. Longitudo objecti descripti fuit 11 unciam et altitudo 8 lineare. Habitat in India orientali.

30. *SQUALUS, americanus.* pinnis dorsalibus inermibus, postica majore prima; ventralibus magnis, caudali vicinis. *Liche, Broussonet.* l.c. n. 26.

Corpus teriusculum. Caput crassum. Rostrum breve, obtusum. Dentes multiseriati, oblongi, acuti, compressi, inter quos maiores ferrati. Nares amplae ad latera apicis rostri locatae. Foramina temporalia magna ab oculis remota. Spiracula 5 parva, duo ultima viciniora. P. D. prima in medio corporis; secunda major prima lumbaris. P. P. subovatae. P. V. maximae, caudali ad modum propinquae. P. A. nulla. P. C. lanceolata. Cutis minutis angulatis squamis exasperata. Longitudo tripedalis.

*Species adhuc dubiae.*

31. *SQUALUS, platyrynchus,* striatus; rostro parabolico; dentibus utrinque crenatis, serie simplici in maxilla superiori & duplice in inferiori; cauda forficata. *W.*

*Breitnäfiger Hay. Schriften berl. Ges. N. Fr. V. 381.*

Caput breve, parabolicum. Rostrum valde depresso, latius quam longum, rotundatum, supra subtusque humiliter convexum ac porulosum, in ambitu carinatum. Nares lineares, incurvæ, transversæ infernæ, marginales, submedie, ori propiores. Foramen temporale parvum utrinque post oculum. Oculi summi, submedii. Rictus transversus, inferus magnus. Maxillæ inæquales, arcuatæ, incumbentes; supera major extus convexa, intus carinata & simpliciter dentata; infera superne plana, interne dupliciter dentata. Dentes acuti, anciptes, inæquales, introrsum declinandi; in maxilla supera magni, triangulares, cuspidi gladii similes, subtiliter ferrati, valde compressi, uniseriati, versus angula oris decrescentes, oblique versus inferam maxillam directi. Cæteri in maxillæ inferæ, limbo interno siti, circa medium erecti, ad latera vero versus angula oris inclinati, subcurvi, inter se remoti, breviores & angustiores superis, subulati, ad basin dilatati utrinque.

## ADDITIONAL.

que crenulati, seriebus duabus ordinati. Series anterior dimidiatio brevior posteriore. Spiracula 5 crescentia & decrescentia super utramque pinnam pectoralem. Truncus fusiformis, microlepidotus. Squamulae, brevissimae, striatae, crenulatae, obtuse angulatae, approximatae, cuti tenaci oblique infixae, oculo armato tantum adspectabiles. Linea lateralis dorso propior & paralela. Pinnæ 8 inæquales ad basin spissæ, margine anterio-ri obtusa & leviter arcuatæ & posteriori tenues atque laceræ, cu-te communi obtectæ. P. D. prior, æquilibris, magna, trapezoidea, altitudine & longitudine æquali, pone ad formam numeri 2 excavata. P. D. posterior lumbaris anteriori similis sed minor. P. P. horizontales, inferæ, falcatae, longæ. P. V. dis-tractæ, triangulares, longiores quam latæ, in fine abdomi-nis ad ani latus utrumque sitæ. P. A. fere triangularis retro pro-funde excavata, extremitati pinnæ dorsalis secundæ opposita. P. C. maxima, biloba; lobo supero, subrecto; spina dorsi, illam percurrente, roborato, prælongo; infero autem ad dimidium breviore, dependente. Color murinus, longitudinali-bus striis nigris maculisque raris distinctus, inferne pallidior. Descriptionem e piscis exsiccati cute stupefacta composui, cu-jus longitududo 6 pedes exæquabat.

*Canis Carchariæ aut Lamiæ species.* Willugby. Append.  
P. 5. tab. 5. fig. 1.

*Galeus rostro brevi, obtuso; ore elliptico.* Kleinii M. III,  
p. 11. tab. 2. fig. 1, 2.

32. *SQUALUS, fullonicus*, squamis pastiniformibus sca-ber; pinna anali nulla; dorsibus monocanthis. W. Vide *Mantissam* II.

33. *SQUALUS, Vanduffeli*, capite obtuso; pinnis dor-sibus duabus; pinna ani nulla. Du Hamel poiss. tab. 25. fig. 1 & 2.

34. *SQUALUS, Spathula*, rostro producto spathulæ for-mi. Journ. de phys. par Rozier. 1774. p. 384.

35. *SQUALUS, Massasa*, edentulus pinnis pectoralibus longis. Forshål l. c. X. n. 17.

36. *SQUA-*

**XLV. R A F A.**

*Foramina branchiarum utrinquè quinque, in pectore non longe infra Os.*

*Caput & totum Corpus admodum plana & plagio-platea sunt.*

*Latera in pinnas terminantur latae, quæ loco pectoralium sunt.*

*Oculi superne in capite & Os plerumque subtus. Foramen utrinque unicum à postica parte oculorum:*

*Cauda plerumque longa & gracilis. (\*)*

*Dentibus obtusis, seu granulosis.*

Uuu 2

L. RAJA

## ADDITAMENTUM.

36. *SQUALUS, Kumal*, edentulus, pinnis pectoralibus brevibus; cirris oris quatuor. *Forskål I. c. ibidem n. 19.*

37. *SQUALUS, edentulus*, capite lato, plano; maxillis osseis, edentulus, superiore longiore; lateribus capitis prominentibus. *Brünnichii ichth. Massil. p. 6.*

Latera sub oculis prominent duabus laciniis, cutaceis, longis acutis.

(\*) *Character generis Rajae.*

LINNÆI: Spiracula 5 subtus ad collum. Corpus depresso-sum. Os sub capite. S. N. 395.

GRONOVII: Corpus subdepressum, utrinque dilatatum in pinnas horizontales, pectorales mentientes, post anum incaudam, plerumque admodum teretem gracilescens. Anus inter pinnas ventrales. Caput subdepressum, a trunco indistinctum. Oculi in superna capitatis parte. Foramen utplurimum post quemlibet oculum. Os transversale, inferum, dentium variis ordinibus in utrisque maxillis munitum. Nares ante os. Aperturæ branchiarum arcuato ordine in inferiore abdome conspicuæ 5 in nonnullis 4. Pinnæ 4 - 7. Dorsales nullæ, vel unica; duæ plerumque in cauda sitæ. P. P & P. V. horizontales P. V. a latere ani. Cauda quandoque impenni. Zooph. pag. 35.

BLOCHII: Spiracula subtus. N. F. D. III. 48.

GMELI-

- I. RAJA oblonga; unico tantum aculeorum ordine in medio dorso. Art. Syn. 99.  
*Rhinobatus ♂ squatino - Raja. Aufitorum.*  
 Rostrum oblongum, acutum. Os subtus.  
 Cutis aspera. Dorsum subfuscum: Venter ex albo rubescens. Iris flava. Nares magnæ, oblongæ.  
 Aculei duo ad foramina pone oculos.  
 Fimbria quædam undulata in margine piscis, seu ad commissuram pronæ & supinæ partis.  
 Longitudo 30 digitorum, ad summum pedem. Podus 12 librarum.  
 Locus: Neapoli frequens. (a)

pag. 71.

## 2. RAJA

## ADDITIONUM.

GMEINI: Spiracula subtus ad collum utrinque 10 obliqua. Os sub capite parvo, acuminato, cum pectore quasi continuo, transversum, dentatum. Corpus tenue, depresso, rhomboideum. L. S. N. reform. 1504.

(a) I. Raja, *Rhinobatos*, oblonga; unico aculeorum ordine in medio dorso. L. S. N. 397. Mus. Ad. Fr. II. 52.

Corpus supra scabrum, magis, quam in reliquis oblongum. Rostrum longe productum. Aperturæ pone oculos coeunt communi apertura cum oculis antice & superne, posterius aculeatæ. Series aculeorum a capite ad pinnas superiores caudæ. Cauda trigona. Pinnæ duæ supra corpus in medio caudæ. Pinna terminalis oblique ovata. Os absque dentibus decussatim striatum.

Raja dorso dipterygio, aculeorum ordine solitario; cauda lata pinnata, inerini; rostro trigono, productiore. Gronov. zooph. n. 156.

Caput non distinctum, valde depresso, latissimum, superne convexiusculum; inferne planum, lateraliter tenui, oblique contractum antice in rostrum rotundatum productum, Oculi summi a rostro longe remoti. Foramen temporale post utrumque oculum. Rictus transversus. Dentes granulosi in labiis. Nares magnæ ante os. Spiracula 15 utrinque subtus

P. P.

2. RAJA aculeata, 'dentibus tuberculosis, 'cartilagine transversa in ventre. Art. Syn. 99.  
*Raja clavata* Auctorum.  
 The Thornback ♂ Maids Anglis.

Uuu 3

Color

## ADDITAMENTUM.

P. P. magnæ, arcuatæ. P. D. duae, ovatae; Prior medium caudæ partem & altera medium inter priorem & pinnam caudæ locum occupat. P. V. semilunares, molles, in lateribus ad exortum caudæ post anum locatæ. P. C. extremitatem caudæ utrinque amplectens ovata, perpendicularis, apice sursum tendente. Cauda corporis longitudinem aequans, corpore & capite perpendiculariter crassior trigona, sensim in acumen attenuata; superne obtuse carinata, & aculeorum reclinatorum serie armata. Praeter hos aculeos nullibi tales existunt.

Rhinobatos five Squatino-Raja. *Fabii Columnæ phytophag.* pag. 101. tab. 26.

Color superne subflavus inferne albus. Cutis aspera, velut arenulis conspersa. Habitat in mari adriatico.

## Varietas.

α. 1. RAJA, percellens, panduræ formis; capite lato, cordato; trunco angustiore, longo, subtereti, variegato. *W.*

*Puraque Brasiliensibus, Peixe viola. Lusitanis. Marcgravii. Hist. n. bras.* 151.

Caput cordatum, depresso rostro producto conico. Oculi superi, inter se remoti iride aurea. Os edentulum e regione oculorum. Foramina duo pone mandibulam inferiorem. Foramen temporale amplum pone oculos. Spiracula quina infera. Truncus dimidio angustior & triplo fere longior capite, subteres parum compressus retrorsum gracilescens. P. P. rotundatae, angustae, a margine laterali capitis ad pectus arcuatim extensa. P. D. duae lumbares, renuotae, triangulares. P. V. capiti propiores acutae, laterales. P. C. oblique truncata parte superiore longiore. Cutis mollis, alepidota. Series longa tuberculorum super spinam dorsi. Color superne sordide flavus maculis fuscis & punctis innumeris caesiis varius, inferue

Color supernè varius, infernè albus. Ordo aculeorum 30. à medio dorso ad extremum caudæ, recta fere continuatus, & interdum 4 majores in anteriori dorsi parte, interdum vero duo tantum.

Aculei præterea ad rostrum, oculos, latera Caudæ, pinnas pectorales. &c. Pinna ani nulla.

Pinnæ duæ in cauda. Foraminula duo sub ano. (b)

⊕ *Rajæ clavatæ altera species, Auctiorum;* quæ tantum varietas videtur esse; vidi enim quasdam superioris speciei, quæ rostrum glabrum & aculeos quatuor vel duos interdum magnos in dorso obtinent, ut & majores quosdam in pinnis lateralibus.

3. RAJA corpore glabro, aculeo longo anterius serrato in cauda apterygia.

*Pastinaca marina, auctiorum.*

*Pastinaca marina lœvis, Bellonii.*

Aculeus caudæ utrinque ferratus est; uncis ad caput versis. Rostrum fatis acutum.

Iris aurea. Dorsum gibbosum, Venter planus.

Cauda

#### ADDITIONALMEN TUM.

inferue in diimido anteriori albus in posteriori roseus. Quando manu tangitur ictu electrico ferit.

Torpedo americana. Willugby 8 tab. D. fig. 2. a Marcgravio mutuata.

(b) 2. *Raja, clavata, aculeata, dentibus tuberculatis: cartilagine transversa abdominali. L. S. N. 397.*

Dasybatus clavatus corpore toto maculis albis rotundis vel ellipticis majoribus interspersis, crebris, nigris circularibus parvis belle variegato. Kleinii Miss. III. p. 35. tab. 4. n. 7.

*Raja, clavata, ordine aculeorum unguiformium uno in dorso caudaque. Der Nagelrothe. Bloch. N. F. D. III. 65. tab. 83.*

*The Thornbak. Pennant. br. zool. III. 93. tab. 11, 12?*

+ *Rajæ clavatæ alteram speciem Blochius sub nomine Rajæ Rubi descripsit.*

Cauda longa, rotunda, non pinnata, sed in apicem setiformem desinens. (c)

4. RAJA corpore glabro, aculeis *sæpe duobus*, postice *serratis* in cauda apterygia. Art. Syn. 100.

*Pastinaca marina altera πτερυγίας. Altavela Neapolitana F. Columnæ Obs. Cap. 2. p. 4. Will. pag. 65.*

Pinnæ Laterales amplæ obtusæ. Unci aculeorum ad posteriora reflexi. Aculei ipsi canales seu fulcos longitudinales habent.

Cauda brevis & minor longitudine, quam dimidium pag. 72. corpus. (d)

5. RAJA corpore glabro, aculeo longo serrato in cauda pinnata. Art. Syn. 100.

*Aquila Bellonii, Salviani, Gesner. Aldr. Will. p. 64.*

*Pastinaca marina, lœvis, altera, ἐξπτερυγίης, Aquilone dicta. F. Columnæ c. l. p. 3.*

*Aquilone Romanorum.*

Rostrum capiti bufonis simile.

Pinnæ Laterales magnæ, apice acuto præditæ. Pinnula utrinque in exortu caudæ, non Ventralis sed alia ad initium. Cauda longa, gracilis.

Os subtus denticulatum, secundum Salvianum p. 147.

Unde

#### ADDITAMENTUM.

- (c) 3. Raja, *Pastinaca*, corpore glabro, aculeo longo anterius serrato in cauda; & dorso apterygio. L. S. N. 396. Mus. Ad. Fr. II. 51.

Corpus rotundatum, antice obtuse angulatum, supra laxe, lateribus parum striatum. Cauda tenuis absque pinnis. Spina in medio caudæ, paralela, acuta, rigida, retrorsum denticulata. Os seabrum. Habitat in mari mediterraneo.

Raja, *Pastinaca*, cauda apterygia; aculeo sagittato. Der Stechrothe. Bloch. N. F. D. III. 62. tab. 82.

The Sting-Ray. Pennant. br. zool. III. 71.

Raja cauda sagittata. Belgis Pylstaart. Basteri opusc. subces. II. 33. tab. 4. Aculei icon.

(d) 4. Est Raja *Pastinacæ* varietas.

Unde vix huc pertinet. (e)

*Dentibus acutis.*

6. RAJA *toto dorso aculeato, dupli ordine aculeorum in cauda, simpliciique ad oculos. Art. Syn. 101.*

*Raja aspera nostras, the White horse dicta. Will. p. 78. Ray p. 26.*

Maculæ aliquot nigræ in dorso. Venter totus albus, dorsum canoflavens. Aculei exigui creberrimi in dorso.

Os dentatum ut Lævirajæ, secundum Listerum: potius.

*Raja superne tota aculeata dentibus acutis dicatur. (f).*

7. RAJA

#### ADDITAMENTUM.

(e) 5. Raja, *Aquila*, corpore glabro; aculeo longo serrato in cauda pinnata. *L. S. N. 396. Mus. Ad. Fr. II. p. 51.*

Corpus rhombeum, lateribus valde angulatum, supra lœve. Cauda teres, pinna unica versus basin. Spinæ post pinnum duæ, acutæ, retrorsum ferratae. Oris labium superius quadratum. Habitat in mari mediterraneo. *Obispo.*

Raja, *Aquila*, cauda pinnata aculeoque unico. *Der Meeradler. Bloch. N. F. D. III. 59. tab. 81.*

#### Varietas.

α. RAJA, *Narinari*, *Marcgravii pag. 175. Willugby.*

66. tab. C. I.

Aculeos duos hamatos incurvos in exortu caudæ gerit.

Raja, *Narinari*, corpore lœvi, supra chalibeo; maculis albis numerosis. *Euphraseni in Nov. Act. Stockh. Tom. 11.*

(f) 6. Raja, *Fullonica*, dorso toto aculeato; aculeorum ordine simplici ad oculos, dupli in cauda. *L. S. N. 396.*

Raja, *fullonica*, dorso toto aculeato; dentibus acutis. *Fabricii Fn. grænl. 125.*

Abdomen undique lœve, album, tinctura rubra. Dorsum fusco-canescens, hinc inde nigro maculatum, totum fere aculeatum. Dentes conferti in utraque maxilla basi plano-ovales, de cuius latere, ori proximo erectus est apex acutus versus faucem

7. RAJA dorso ventreque glabris, aculeis ad oculos, ternoque eorum ordine in cauda. Art. Syn. 101.

*Raja lævis, oculata.* Will. p. 72. Ray p. 27.

*Barracol Venetis.*

Longitudo 10 digitorum. Latitudo 6. Maculæ duæ in dorso medio, purpureæ, circum oras nigricantes. Dorsum rubescit, subtus linea transversæ albicantes. De Dentibus nihil scribit Willough. (g)

### 8. RAJA

#### ADDITIONALMEN TUM.

faucem tendens longitudine diametri baseos. Aculei inæquales. Maximi 6 in medio dorsi & 10 in summitate caudæ, omnes una serie siti. Præterea 2 utrinque linea obliqua pone locum branchiarum; duo retro & unus ante oculos; ad latus utrumque caudæ series mediocrimum aculeorum, reliqui minores sunt. Omnes patelliformes, compresso-conici, sulcati, apice retrospectante hamati, basi ampliati atque radiati. Multis in partibus convenit cum Raja clavata. Verum ab illo diversus est, latere inferiori omnino lævi; dentibus avatis, & rostro minime avato. Convenit magis cum Raja Rubo.

*The Fuller - Ray. Pennant br. zool. III. 86.*

Rostrum breve, acutum. Angula oculorum parum aculeata. Membrana nictitans ciliata. In latere superiori pinnum pectoralium tres series spinarum acutarum recurvatarum similiter ac uncinuli in carmine fullorum. In cauda tres series spinarum validarum, quarum media ad partem dorsi extensa est. Cauda gracilis & corpore longior. Color in parte superiore corporis cinereus, nigro maculatus; in parte inferiore albus.

(g) 7. Raja, *Miraletus*, dorso ventreque glabris; aculeis ad oculos, ternoque eorum ordine in cauda. L. S. N. 396.

*Mus. Ad. Fr. II. 50.*

Corpus supra lævi, molle, exiens antice & lateribus in angulum. Cauda sola a latere superiore trifariam retrorsum aculeata. Pinnæ duæ alternæ supra corpus, ante apicem caudæ. Aculeus ante singulum oculum inclinandus. Dentes scabri. Habitat in mari mediterraneo.

8. RAJA varia, *Tuberculis decem aculeatis in medio Dorsi,*  
*Art. Syn. 101.*

*Raja oxyrinchos major.* Rondel. Gesner. Will. 71.

Pondus 10 librarum. Pinnae Ani duæ (potius Ventrales) carnosæ cum appendicibus duabus crassis, præter penes dictos.

- pag. 73. Pinna jam una, jam duæ in extrema cauda.  
Aculei ad latera caudæ, in adultioribus. Aculei tuberculorum 10 in summo adunci.  
Rostrum longum, satis acutum seu mucronatum respectu ad Congeneres. (h).

9. RAJA varia, *dorso medio glabro, uno aculeorum ordine in cauda.* Art. Syn. 102.

*Raja lœvis, undulata seu tinerea.* Rond. Gesner. Will. p. 69.  
*The Skate or Flair Anglis.*

Longitudo 42 digitorum. Latitudo 31. Pondus interdum 100 librarum.

### Aculei

#### ADDITIONALMEN TUM.

Raja, *Miraletus*, cauda tripliciter aculeata; alis supra ocellatis. Brünnichii ichth. mass. p. 2.

(h) 8. Raja, *Oxyrinchus*, varia; dorso medio tuberculis decem aculeatis. L. S. N. 395.

Aculeus ante singulos oculos.

Raja, *Oxyrinchus*, aculeorum ordine uno in dorso caudaque. Die Spitznase. Bloch N. F. D. III. 57. tab. 81.

Sharp-nosed Ray. Pennant. br. zool. III. 83.

Rostrum prælongum, angustum, acutum, apici lanceæ militari non absimile. Corpus lœve, pertenuus, supra cineraceum, multis albis maculis & paucis nigris insignitum, subtus omnino album. Cauda crassa, ad extremitatem bipinnis, tribus seriebus spinarum parvarum armata, quarum duæ ad latera existunt & tertia superne medium caudæ & aliquam partem dorsi percurrit. Os maximum dentibus parvis acutis incurvis armatum. Magnitudo in longitudinem 7 pedum & in latitudinem 5 pedum se extendit. Habitat in mari Britannico & mediterraneo.

Aculei plurimi tam supernè quam subtus, in pinnis lateralibus marium, qui in foeminis desiderantur: hinc Raja spinosa Rondeletii.

Color cinereus, cum maculis vel lituris nigris. Pinnæ duæ ad anum. Rostrum acutum. (i)

10. RAJA tota laevis. *Art. Syn. 102.*

*Torpedo Latmorum. Νέκην Ἑρετορυμ.*  
*The Cramp-fish Anglis.*

Pinnulae duæ in medio dorso. (k)

Xxx 2

II. RAJA

ADDITIONUM.

(i) 9. Raja, *Batis*, varia, dorso medio glabro; cauda unico aculecrum ordine. *L. S. N.* 395.

Corpus grandissimum, tenuissimum supra lituris nigris flexuosis.

Raja, *Batis*, cauda tantum aculeata. *Der Glatroche.*  
*Bloch. N. F. D.* III. 54. tab. 79.

*The Skate. Pennant. br. zool.* III. 82. tab. 9.

Mares pinnas aculeis plenas habent.

(k) 10. Raja, *Torpedo*, tota laevis. *L. S. N.* 395.

Corpus supra maculis 5 atris orbiculatis. Puncta pertusa sparsa in dorso & ad margines dilatatos ordinata. Cauda utrinque carinata. P. C. obtusissima lobo superiore paulo majore. Habitat in Ihu persico & mari mediterraneo.

Raja, *Torpedo*, *Mus. Ad. Fr.* II. p. 50.

Corpus planum, subrotundum, antice obtusum; colore & mollitie Ranae. Apertura pone singulos oculos ovata, papillis cincta. Puncta pertusa, sparsa in dorso & ordinata ad margines dilatatos. Cauda ad latera baseos lobata & carinata. Pinna terminalis obtusa lobo superiore paulo majore. Aculei nulli. Aperturæ respiratoriæ subtus utrinque 5.

Raja, *Torpedo*, tota laevis. *Der Zitterroche. Bloch. N. A. F. I.* 44. tab. 122.

Raja dorso dipterygio; cauda brevi, apice pinnato: laevis, inermis, rostro obtuso. *Gron. zooph. n.* 153. tab. 9. fig. 3.

*Electric Ray. Pennant. br. zool.* III. 89. tab. 10.

Varietas,

II. RAJA *asteria aspera*, Rondel. & aliorum. (1)+ *Raja*

## ADDITAMENTUM.

*Varietas.*

*Raja*, *Torpedo*, pinna dorsali adiposa; corpore nigro maculato; cirris oris sex. *Forskål descr. animal.* 15.

An cum Mormyri genere potest sociari, aut potius novum genus constituere?

(1) 11. *Raja*, *Rubus*, ordine aculeorum in dorso uno, tribus in cauda. *Der Dornroche. Bloch. N. F. D.* III. 67. tab. 84.

*The rough Ray. Pennant. br. zool.* III. 85.

Rostrum per breve. Spina magna uncinata ante utrumque oculum & alia pone illum minoribus circumdata. Pars superior corporis e cinereo fusca, albo mixta & nigro maculata spinisque parvis omnino tecta. Cauda tribus seriebus magnarum spinarum & de cætero minoribus spinis inordinatis horrida, longitudine corpus fere æquat. Pinnæ & inferior pars similiter ac superior spinis armatae sunt. Dentes plani & rhomboidei.

*Rajæ clavatæ altera species. Willugby. h p. p. 78. tab. D. 2. fig. 4.*

*Dasybatus rostro acuto. Kleinii M.* III. p. 36. n. 7.

12. *RAJA*, *Osbeckii*, corpore inermi; capite aculeato; ore terminali. Hispanis *Machuelo. Nova Act. N. C.* IV. 99.

Figura corporis oblonga, excepta cauda. Caput plagio-plateum, tantum aculeatum, subrotundo-ovatum. Reliquum corpus inerme, supra fuscum maculis albidis; infra rubro-albicau. Os non subtus, sed in apice capitis. Maxilla superior longa. Inter labium superius & maxillam apertura magna adeo, ut labium non adhæreat maxillæ. Dentes acuti, crassi, biseriati. Foramina utrinque ad latera capitum majora, recta, paralela. P. P. rhomboideæ uno angulo corporis affixæ fere ut ala avis. P. V. eadem fere figura sed uno latere corpori accretæ. Pinnulæ duæ superne ad caudam. Longitudo pedalis & quod superat. Habitat in mari mediterraneo circa Hispaniam.

13. *Raja*

+ *Raja asperrima.* Rondeletii.+ *Narinari Brasiliensibus.* Martgraf.

XXX 3

+ *Aiereba*

## ADDITIONAL.

13. RAJA, *gallica*, seriebus duabus spinarum in rostro, totidemque in cauda. *W.*

*The Shagreen Ray.* Pennont. br. zool. III. 87.

Corpus grandescit in modum Rajæ Batidis. Forma angustior est quam in speciebus vulgaribus. Rostrum longum, peracutum, duobus ordinibus brevibus spinarum praeditum. Alius ordo illarum semicircularis ad angulum oculorum adest. Pupilla saphirina. In cauda superne duæ series spinarum gracilium, acutissimarum insunt, quæ haud longe in dorso continentur. Præterea ad utrumque latus ejus adhuc series minutatum spinarum, spiculis aliis minimis intermixta, existit. Pars superior corporis minutis tuberculis scabris e cinereo spadiceus uti cutis squali, stipata. Pars inferior albet. A rostro usque ad initium pinnarum pectoralium adest spatium tuberculosum. Dentes graciles, acutissimi.

14. RAJA, *Lymma*, corpore ovali, testaceo, maculis cæruleis; cauda pinnata, aculeo uno. *Forskål descr. anim.* p. 17.

Corpus ovatum, testaceo-flavum, lœve, maculis inæquilibus, ovatis, cæruleis variis, subtus albidum. Oculi elati. P. P. pone acuminatae. P. V. ovatae. Cauda, aliquanto longior corpore, apterygia, subtus alba, supra testaceo-fusca, vittis duabus cæruleis, aculeo uno (vel duobus?) armata, pone cæruleoscens, apice albo acuto, superne & inferne membrana vestita, inferiore autem multo latiore. Dentes granulati. Habitat in mari rubro.

15. RAJA, *Sephen*, corpore suborbiculato; cauda duplo longiore, subtus alata, supra aculeis longis, utrinque ferratis. *Forskål l. c. p. 17.*

Corpus suborbiculatum verius caput semi-rhombeum supetne tuberculis asperum inferne lœvissimum, planum. Oculi protuberantes. Foramina subverticalia, obliqua. Tubercula 3 magna, alba in medio dorsi, serie longitudinali posita. Den-

+ *Aiereba Brasil.*, *puraque Brasil.* *Pixe viola Lusitanis obfiguram*, *Martgr.*

Huc

## ADDITIONUM.

tés graniformes, planissimi. P. P. latissimæ quadriformes, apice postico rotundato. P. V. multo minores quadriformes. Cauda corpore duplo longior, superne tuberculata & serie aculeorum prædicta. Spine in dorso caudæ duæ, utrinque ferratae una super alteram. Ala nigra membranacea longo, lanceolata sub cauda dependens. Color superne cinereo-fuscus, inferne albo-rufescens. R. Aquilae affinis. Habitat in mari rubro.

## Varietas.

*α.* RAJA, *Uarnak*, priori similis sed tota maculata; spine una vel dupli in cauda apterygia.

16. RAJA, *djiddensis*, caudæ pinnae biloba; aculeorum ordine initio dorsi dupli dein simplici; pinna dorsi prima supra pinnas ventrales. *Fosskål l. c. p. 18.*

Color pallide cinereus, pinnis dorsalibus & ani glaucioribus; maculis in dorso & ad apicem pectoralium albidis ovalis, subtus albescens, post annum vittis aliquot fuscis albisque inæqualibus. Caput triangulare, obtusum. Oculi verticales, iride alba, nigro margine, curva aculeorum serie inclusi. Os subtus ad basin capitatis. Labia callosa. Dentes hemisphaerico ovales, contigui, quincunciales. Nares ante os obliquae, subcurvae, lobo membranaceo, ovali, pendulo fornicatae. Foramina pone oculos transverse ovalia. Dorsum aculeatum, convexius ante pinnam primam dorsalem dein sensim depresso. Abdomen planum. Cauda fere plana. Spiracula utrinque 5. ad latera pectoris operculis flexuose excisis. Pinnae quasi coreaceae. P. D. duae subtriangulares, bilobae pruna in dorso medio, secunda lumbaris. P. P. obtuse, angulatae, marginales, uti P. V. Pinna caudæ dorsali fere similis pone excisa, lobo superiori altiore, longiore & angustiore. P. A. nulla. Cutis subaspera. Aculei in dorso una serie usque pinnam dorsi secundam, debine duabus seriebus divergentibus ordinati. Longitudo 2 ulnarum & latitudo sesqui pedis. Habitat in mari rubro.

17. RAJA

Huc etiam pertinent, & dentes tuberculosos habent.

## ADDITAMENTUM.

17. RAJA, *Halavi*, corpore cordato tuberculoso; aculeorum ordine unico dorsali. *Forskåt* l. c. p. 19.

Cum antecedente specie congruit figura corporis, capitis, oculorum, narium, oris, foraminum, aculorum, branchiolum atque colore sub corpore. Diversus tamen est. Corpus superne cinereum, flavescens, scabrum tuberculis, & serie fere unica aculeorum dorsali a capite usque pinnam dorsalem primam sita, post illam aculci non adfunt sed tubercula majora. Ab initio hujus seriei utrinque exflat callus lateralis, elatus aculeis aliquot armatus. P. P. semicordatae. P. V. semiovatae. P. D. duae triangulares; prima pone aequilibrium, secunda paulo major lumbaris. P. C. integra, ovata caudam ambit.

## Species ad huc dubiae.

18. RAJA, *Vespertilio*, capite bicorni; oculis ad basin cornuum sitis; branchiarum aperturis utrinque senis. *Schneider* in *Leipz. Magaz. zur Naturkunde* 1788. p. 83.

*Raje cornue des Azores. Mobular des Caribes. Du Hamel poiss.* III. 295. tab. 17.

19. RAJA, birostris, rostro bifido; corpore cruciformi pennis pectoralibus praelongis, attenuatis. *W.*

*Diabolus marinus Willngby App.* p. 5. tab. 9. fig. 3.

Cutis versus caput fuscis lituris pingitur. Longitudo 7 pedum & ultra.

*The Devil-Ray. Pennant arct. zool. suppl.* 104.

*The Devil-Fish. Catesby App.* XXXII.

20. RAJA, *Ajereba*, corpore circinato, coloris ferrei; tuberculis in medio dorso nigris. *Marcgravii*, p. 175.

*The Wip-Ray. Pennant br. zool.* III. 88.

21. RAJA, *monstrosa*, corpore ovato, pennis omnibus uncinatis, cirris tribus ad utruinque latus oris. *W.*

*Diable de Mer. Marchais Voyage.*

*Der Seeteufel. Leipz. Magaz.* 1788, tab. I. fig. 3.

22. RAJA,

## ADDITAMENTUM.

22. RAJA, *capensis*, dorso monopterygio; cauda brevi apice pinnato, laevis, inermis; rostro subobtuso. *Gron. zooph.* n. 152.

Corpus a fronte usque ad pinnas ventrales circulare, & ab ano versus caudam sensim conice contrahitur. Superne convexum, subtus planum, antice arcuatum, obtusum, inferiora latera in pinnas breves laterales extenuantur: Caeterum plagio-plateum, laeve, inerme & alepidotum existit. Post utrumque oculum foramen obliquum, ovatum, marginibus elevatis inclusum. P. P. angustae, arcuatae, a capite ad pinnas ventrales extensae, abdomini contiguae. P. V. ferme paralelogrammae, magnae, distinctae, a pinnis pectoralibus ad anum extensae, radio ultimo validissimo obtuso, rigidiore. P. D. parva, ovalis, lumbaris. P. C. perpendicularis, ovalis, brevis, ambitu arcuato, utrinque apicem trunci ambit. P. A. nulla. Longitudo 9. unc. & latitudo summa 5 unciarum. Habitat ad promontorium bonae spei.

23. RAJA, *Arnak*, dentibus granulatis; corpore orbiculato; argenteo; cauda apterygia, spinis duabus. *Forskål.* IX. n. 13.

24. RAJA, *omm es Scherit*, cauda tereti maculata. *Forskål.* IX. n. 12.

Piscis simillimus Rajis Uarnak & Arnak.

25. RAJA, *Tajara*, cauda tereti; ventre niveo. *Forskål.* IX. n. 14.

26. RAJA, *Schoukie*, aculeis remotiusculis. *Forskål* IX. n. 15.

27. RAJA, *Mula*, pelagica, cauda tereti, variegata; ventre niveo; aculeo caudae admodum nocivo. *Forskål*, IX. n. 16.



## ORDO V.

pag. 74.

## PLAGIURI.

## XLVI. PHYSETER.

*Dentes* in inferiore maxilla tantum, iisque curvi.  
Pinna vel spina magna ac alta in dorso.

*Fistula* in Fronte. (\*)

PHYSETER *maxilla superiore longiore, spina longa in dorso.* Art. Syn. 104.

*Balaena Major, in inferiore tantum maxilla dentata, dentibus arcuatis falciformibus, pinnam seu spinam in dorso trahens. Sibbaldi Phalæn. Ray Syn. p. 15.*

Anno 1689, mense februario in portum Lymkils dictum, in boreali latere æstuarii Forthæ, ejecta est.

Caput incisorum testimonio tantæ molis, ut totius, demum caudâ, medium longitudinem haberet, & crassitie reliquam corporis partem, etiam qua crassissimum, superaret.

Rostrum

## ADDITAMENTUM.

(\*) *Character generis Physeteris.*

LINNAEI: Dentes in maxilla inferiore. Fistula in capite sive fronte. S. N. 107.

BRÜNNICHII: Pinnæ muticæ, carnosæ. Fistula verticis unica. Dentes infra tantum. Zool. fundam. 48.

ERXLEBENII: Pedes nulli; antidorum loco pinnæ pectinatales; posticorum loco pinna caudalis horizontalis absque unguibus. Dentes in maxilla inferiore non in superiore. Fistula respiratoria in capite sive fronte. Systema regn. animal. 611.

BRISSONI: Dentes in maxilla inferiore tantum. Alveoli in maxilla superiore, ad dentes inferiores includendos aptati. Regn. anim. 225. Editionis in 8vo.

Arte di Genera.

Yyy.

Rostri inferior pars ultra maxillam inferiorem circiter  $2\frac{1}{2}$  pedes excurrit, superior autem pars quinque fere.

Oculi minimi non maiores oculis Aselli Hadoci dicti. Fistula parum supra rostrum medium, in duos meatus divisa, uno operculo tecta.

Dentes 42, omnes forma falcis messioriae, rotundi & parum compressi; in medio crassiores & magis arcuati, superius in conum acutum, intus versum desinentes, inferius etiam de crassitie perdentes & in radicem tenuiorem desinentes.

Spina longa in dorso pro pinna. (a)

## 2. PHY-

### ADDITAMENTUM.

(a) i. *Physeter, microps*, dorso pinna longa; maxilla superiore longiore. S. N. 107.

*Physeter, microps*, dorso pinnato; dentibus arcuatis, apice acuto. Grœnlandis *Ardluk*. Fabricii fn. grænl. 44.

Rostrum obtusiusculum. Dentes in maxilla inferiore 22. falciformes, intus usque apicem cavi, compresso-conici, apice acuto, introrsum curvato, quorum medii maiores sunt anticus & posticus. Præter pinnas pectorales, in dorso pinnam longam, erectam habet. Cutis glabra, nigra. Caro rubra.

*Cetus tripinnis*, dentibus acutis, arcuatis, falciformibus. Brissoni regn. anim. 229.

Balena macrocephala, quae tertiam in dorso pinnam five spinam habet & dentes in maxilla inferiore arcuatos, falciformes. Sibbaldi phal. p. 33. tab. 1. fig. 1. mala.

Caput gradissimum, crassius & parum brevius truncò ipso, oblongo-rotundum, superne aliquantum compressum. Rostrum rotundatum supra os proflat. Rictus ingens, profunde incisus, subrectus. Maxillæ inæquales. Supera præalta, edentula, aveolis excavata totidem, quo sunt dentes in infera maxilla. Hæc brevior & multo humilior supera, pone lata, ante sensim angustata, 42 dentes continet. Dentes incurvati, superne conici, in medio crassiores, quam in parte inferiore, intus

2. PHYSETER *pinna dorsi altissima, apice dentium plano.*

*Art. Syn. 104.*

*Balena macrocephala, tripinnis, quæ in mandibula inferiore dentes habet minus inflexos, & in planum definentes.*

*Sibbaldi Phal. Ray p. 16.*

Anno 1687, in Insulam unam ex Orcadibus ejecta est. pag. 75.

Dentes parum introrsum flexi, & apice plano prædicti,  
Caput magnum.

Yyy 2

Fistu-

### ADDITAMENTUM.

intus excavata, parum compressi, & forsitan mobiles, aveolos superæ maxillæ, ore clauso, introeunt. Parum supra medium rostri fistula respiratoria duobus orificiis aperta, operculo clauditur. Oculi minimi, supercilio eminenti proteguntur. P. P. oblongæ. P. D. (quam spinam appellat,) longa, lumbaris. P. C. horizontalis, biloba. Cutis tenuis, laevis, nigra. Longitudo 52 pedum & latitudo perpendicularis 12 pedum.

*The blunt-headed Cachalot. Penn. br. zool. III. 61. tab. 6.*

Caput enorme, crassissimum, quod tertiam circiter partem totius piscis occupat. Extremitas maxillæ superioris omnino obtusa, ad 9 pedes prope modum alta, 5 pedum longitudine inferiorem maxillam humillimam vincit & tot cavitates, quot dentes in maxilla inferiore insunt, habet. Fistula respiratoria prope finem rostri locata. Dentes in maxilla infera 42, conici, versus apicem incurvi, ad basin crassissimi, & intus ad medium fere excavati. Oculi minimi a rostro remoti. P. P. ovato lanceolatae, subinseræ, 3 pedes longæ, prope angula oris sitæ. Loco pinnæ dorsalis magna protuberantia in medio dorsi. P. C. parum bifurca. Longitudo 54 pedum. Maxima circumferentia prope oculos 30 pedum.

*Die dritte Art der Cachellotten. Anderson islandæ, §. 48.  
p. 221. c. tab. ænea.*

Præter dentes maxillæ inferioris falciformes, acutos, aliquot molares, 5 uncias longos, superne eminentiis acutis inæqualibus terminatos (forsitan in utraque maxilla) habere hoc animal, Auctor annotavit.

*Kleinauge. Mülleri L. S. N. I. pag. 501.*

*Fistula in Fronte.* Pinna maxima & altissima in medio dorso malum navis the mizen-mast dictam æmulans. (b)

## *XLVII. DELPHINUS.*

*Dentes in utraque maxilla.*

*Fistula in medio capite.*

*Dorsum pinnatum.* (\*)

i. DEL-

### ADDITAMENTUM.

(b) 2. *Physeter, Turfo,* dorsi pinna altissima; apice dentium plano. L. S. N. 107.

*Balaena macrocephala tripennis,* dentibus in mandibula inferiore minus inflexis & in planum desinentibus. *Sibbaldi phalain.* 43.

Caput 8 vel 9 pedes altum. *Fistula in fronte.* Dentes eburnei, minus in medio inflexi, in planum desinentes, inæquales, solidi, ponderosi intusque non vel rima tantum angusta excavati. P. P. duæ. P. D. in medio fere dorso erecta altissima instar arboris navis. Hæc foemina erat. Mas fuit longitudinis orygiarum 24.

*Physeter, Catodon,* dorso pinnato; apice dentium plano. *Grænlandis Parnak.* *Fabricii Fn. grænl.* p. 44.

Dentes in planum obliquum, politum desinentes auctor tantum vidit. Angustioreni longioreisque maxillam inferiorem habere dicitur. Cæterum cum macrocephalo maxime convenit. Raro capitur.

*The high-finned Cachetot.* *Pennant br. zool.* III. 64. tab. 1. fig. n. 23. dentem repræsentat.

Dentes perparum curvati; utrinque valde compressi apice potius obtuso quam plano. Basis tenuis, canali per angusto vel rima ultra medium excavata.

*Mastvisch.* *Houttuyn n. h. I. pars 3.* pag. 536.

*Mastfisch.* *Mülleri L. S. N. I.* pag. 503.

(\*) *Delphini generis character.*

*LINNÆI:* Dentes in utraque maxilla. *Fistula in capite.* S. N. 108.

*GMELINI:* Dentes in utraque maxilla. *Fistula in calvarie* parte anteriore & superiore. *L. S. N. reform.* I. 229.

i. DELPHINUS *corpore fere coniformi, dorso lato, rostro subacuto.* Art. Syn. 104.

*Phocæna & Turfo Auditorum.*

*Parvus Delphinus, vel Delphin Septentrionalium aut Orientalium.* Schonev. p. 77.

*A porpesse or Porpoisse Anglis.*

*Marfwin Suecis, Danis & Cimbris.*

A rostro prima mensura est, ad angulos rectus. 2<sup>da</sup>. ad aculos. 3<sup>a</sup>. ad fistulam tantillum remotiorem à rostro quam oculi. 4<sup>a</sup>. ad Pinnas pectorales. 5<sup>a</sup>. ad Pinnas Dorsi. 6<sup>a</sup>. ad vulvam seu vaginam Penis. 7<sup>a</sup>. ad anum. 8<sup>a</sup>. ad Caudam. Latitudo ad Longitudinem magis quam dimidia, scilicet ut 2 pedes, 1 digitus ad 3 pedes, 7 digitos; Rostrum porrectum.

Ambitus corporis subrotundus. Ad radicem caudæ corpus compressum est.

Foramina sex minora in capite ad rostrum & nares, præter fistulam.

Foramina auditus ob exilitatem vix conspicua.

Dentes acuti & parum mobiles, in utraque maxilla numero 48.

Cauda parum bifurca, horizontalis.

Ventriculus triplex. Intestina longissima. Renes ex plurimis lobulis constantes. Costæ 13 utrinque.

Omeutum nullum: Pancræas, lien, vesica urinaria, testes & sternum adfunt. (a)

Yyy 3

2. DEL-

#### ADDITIONALMEN TUM.

(a) i. *Delphinus, Phocæna, corpore subconiformi; dorso lato; rostro subobtuso.* L. S. N. 108.

Corpus supra nigro-cærulescens; subtus album. Caput obtusiusculum. Foraminulum pone oculos. Spiraculum lumen, sinu antrorum verso, inter oculos. Dentes utrinque 46. Foramen penis lineare pone umbilicum s. sub pinna dorsali. Foramen ani medio loco inter penem & caudam pinnatam.

Delphi-

*pag. 76. 2. DELPHINUS corpore oblongo subtereti, rostro longo acuto. Art. Syn. 105.*

*Delphin & Delphinus omnium Auctorum. Porpoise item Anglis. Antiquitus Dolphin.*

*Corpus minus crassum, quam in Phocæna. Rostrum longius & acutius. Oris scissura magna, ad thoracem incisa.*

Puden-

**ADDITIONALMEN TUM.**

*Delphinus, Phocæna. Groenlandis Nesa vel Nisa. Fabricii Fn. grænl. p. 46.*

Maxilla inferior vix longior superiori. Dentes in maxilla singula 50, minuti, compressi, margine rotundati, subseriati, basi angusti, antice interstitium relinquunt nudum, eminens. Capitis longitudo 7 unciam. P. P. 5 uncias longæ, extrorsum acuminatæ. P. D. fere 8 unc. longæ, sed vix 2 uncias lata. Post hanc dorsum subplanatum, angulo longitudinali in caudam excurrente. Vivus aspidue se curvat, dorso eminente.

*Delphinus Phocæna rostro obtuso, dentibus acutis. Der Braunsch oder Springer. Bloch. N. F. D. III. 119. tab. 92.*

Corpus breve, crassum, fusiforme, versus caudam angustatum. Caput ante declive, superne spiraculo lunato præditum. Oculi parvi, haud procul a rictu siti, pupilla nigra, iride alba. Post hos orificium auditus. Cutis glabra, tenuis. P. C. perpendicularis.

Alii scriptores pinnæ caudæ situm horizontalem annotaverunt. Accuratisimam descriptionem a Beningio datam, invenies in *Hannoverischen Magazin* A. 1780. p. 114 sub nomine *Tünler*. Anatomiam descripsit *Dan. Major, Thomas Bartholinus, Kulmus, Klein, Tyson & Bening*. Vide *Arte di renovati partem I. & de ossibus sceleti Merckii observationem in Hessischen Beyträgen zur Gelehrsamkeit* 6 Stück p. 292.

*Niser. Gunneri in Act. Nidros. II. Cap. 7. tab. 4.*

*Porpoise. Pennant. br. zool. III. p. 69.*

*Tursio sive Phoræna. Kleinii M. II. 26. tab. 1, fig. 3. & tab. 3, fig. B.*

Pudenda medio inter umbilicum & anum. Renes Conglomerati (b).

3. DELPHINUS rostro sursum repando; dentibus latis serratis. Art. Syn. 106.

*Orca omnium fere Auditorum.*

*Balaena minor, utraque maxilla dentata.* Sibbaldi. Ray p. 15.

*A Grampus Anglis, à North Caper Scotis. Taudtheye & Springer Hilinglandis. Loper in Oceano.*

Corpus admodum crassum. Latitudo dimidia vel major ad longitudinem.

Maxilla inferior major & crassior superiore, 40 dentibus armata (c).

+ An

#### ADDITIONALMEN.TUM.

(b) 2. Delphinus, *Delphis*, corpore oblongo, subtereti; rostro attenuato, acuto. L. S. N. 108.

Rostrum supra cinctum fascia lata transversa. Dentes subulati.

Delphinus, *Delphis*, corpore oblongo, subtereti; dorso pinnato; rostro attenuato, acuto. Greenlandis *Ardluarsuk. Fabricii Fn. groenl.* 48.

Caput antice attenuatum in rostrum longum, acutum; dentibus multis approximatis in utraque maxilla praeditum. Dentes hujus paulo maiores quam Phocænæ, illaque facile longior sed angustior. Totus niger, pectore albo & linea alba a rectu oris trans latera capit. In reliquis Phocænæ fere similis.

*Dolphin.* Pennant. br. zool. III. 65. *Borlase cornwall.*

364. tab. 27. fig. 1.

Delphinus. Kleinii M. II. 24. tab. 1, fig. 2. & tab. 3, fig. A.

*Der Tummel.* Müller L. S. N. I. 505.

(c) 3. Delphinus, *Orca*, rostro repando; dentibus latis serratis. L. S. N.

Maxilla inferior multo major. Dentes obtusi. (An ferrati?)  
Delphi-

⊕ An Butskopf Fr. Martensi, *Ray p. ii.* ad hanc (3) speciem pertinet?

*XLVIII.*

ADDITIONALMEN TUM.

*Delphinus, Orcæa*, dorsi pinna altissima; dentibus subconicis, parum incurvis. Norwegis *Stoir-Vagn*. *Gunneri* in Act. nidos. IV. cap. 9. tab. 12. fig. 2. dentem repræsentat.

Corpus, ut in *Phocæna conicum*, 4 orygias longum & sesqui orygiam in circumferia crassum. Cauda horizontalis. Oculi super angula oris. Maxillæ æquales. Dentes subconici, intermeantes, apice semiconico, brevi, extus convexo, intus plano ibidemque parum incurvo, in latere uno fovea oblonga glabra, excavato. Spiraculum in summitate capitis. P. P. uti in congeneribus sed longiores & versus basin angustiores. P. D. pone æquilibrium est paucus 3 ulnas longus, osseus, cute vestitus, utriusque planas, a basi latiore versus apicem obtusiusculum angustatus, uti gladius. Color supra niger, nitens, subtus albus.

*Delphinus, Turfo*, corpore crasso, dorso pinnato, rostro sursum repando, dentibus obtusis. *Grœnlandis Næsernak*. *Fabricii Fn. groenl.* p. 49.

Frons rotundata, declivis sive sursum repanda, desinens rostro attenuatiore; sic fronti anatis mollissimæ non absimilis. Dentes in utraque maxilla distantes, apice obtusi. Corpus admodum crassum. Cauda minus attenuata quam in reliquis. P. D. ut *Balaenæ rostratae*. Totus nigricans, abdomine parum albidente. Reliqua ut in *Phocæna*.

*Varietas.*

ꝝ. *Balaena minor*, in utraque maxilla dentata. *Orca dicta*. *Scotis North-Caper*. *Sibbaldi phal.* 17. tab. 2. figura dentis.

Dorsum nigruum. Venter albus. Latera intermedia maculis albis nigrisque pulcherrime variegata. Cæterum rostro, fistula, pinnis & cauda *Delphinis* similis, corpore tamen longiore & multo-crassiore.

*Balena minor* utraque maxilla dentata; pinnam gladio curvo similem in dorso habente. *Scheerdfisch* grœnlandorunt. *Anderson island*. pag. 105 & 228. §. 53.

*Caput*

## ADDITIONAL.

Caput habet obtusum, uti Butskopf (Balena rostrata?) Os dentibus parvis, acutis plenum & caudam horizontalem. In extremitate dorsi gladius sic dictus 4 circiter pedes altus, & in basi 1 vel  $1\frac{1}{2}$  latus, superne multo angustior, recurvus, crassus, obtusus, cute dura vestitus. Corpus 10-12 longum.

*Grampus. Penn. br. zool. III. p. 72.*

4. DELPHINUS, *Leucas*, rostro conico obtuso, deorsum inclinato; pinna dorsali nulla. *Gmelini L. S. N. I. p. 232.*

Delphinus, *albicans*, dorso impenni; dentibus brevibus, apice plano. *Grænlandis Keleluak. Fabricii Fn. grænl. p. 50.*

Totus albicans, interdum tintura rubicunda, in junioribus autem cærulecente mixtus. Caput breve, rostro obtuso attenuato, vertice convexo, gibboſo, ubi fistula, oblique retrorsum tendens. Dentes breves obtusi 18, distantes, anticis minoribus in maxilla infera, acutiores vero & parum flexi, totidem in maxilla superiori. Oculi minuti, cærulecentes. Rictus parvus. Lingua lata, ligata. Maxillæ æquales. In superiori 4 vel 5 pori. Cauda horizontalis bifida, marginibus rotundatis. P. P. latæ, subovatæ. Corpus subteres versus caudam attenuatum, dorso carinato.

Delphinus, *Leucas*. *Die See-Beluge oder der Weißfisch. Pallas itin. III. 84. tab. 4. fig. 1, 2. cranium repræsentant.*

Caput oblongum, parvum, rostro conico, aliquantum depresso, leniter declivi, obtuso. Oculi parvi, rotundi, prominentes. Spiraculum in rostro, simplex. Aures conspicæ. Maxillæ labiatæ una serie dentium brevium obtusorum armatae utrinque 9, quorum superiores priorsum inclinati excavati sunt foveola, ad quam dentes inferiores magis erecti & detriti quadrant. Secundus & tertius dens superæ maxillæ longiores & acuti. Corpus pisciforme, in medio crassum, versus caput coarctatum, versus caudam sensim angustatum. P. P. ad basin crassæ, deinceps in modum palæ dilatæ, planæ. Cauda cartilaginea, biloba, horizontalis. Cutis glabra, lubrica, nuda, alba. Longitudine tres orygias non superat.

*XLVIII. BALÆNA.*

*Laminæ Corneæ in maxilla superiore Dentium loco,  
in inferiore nullæ.*

*Fistula duplex vel in medio capite, vel in fronte seu  
rostro.*

*Dorsum plerumque impenne.*

I. *BALÆNA fistula in medio Capite; dorso caudam versus  
acuminato. Art. Syn. 106. Spec. 106.*

*Balæna Vulgaris Auctorum.*

*Balæna Spitzbergenſis Martenſii.*

*Balæna Vulgaris edentula, dorso non pinnato. Ray. p. 6.*

*Balæna Major, Laminas Corneas in superiore maxilla ha-  
bens, fistula donata, bipennis. Sibbadi Phal. Ray p. 16.*

*à Whale or Groenlands Whale Anglis. Grönlands Hua-  
fisk Suecic.*

*Maxilla inferior superiore multo latior, & illam à la-  
teribus tegens; superior angusta & oblonga.*

*Fistula duplex in medio capite ante oculos.*

*Oculi exigui, à se invicem multum distantes, lon-  
gius paullo à rostro remoti quam fistula.*

*Mammæ duæ in foeminis, non in peccore sed in in-  
fimo ventre supra pudenda.*

*Angulus subacutus in extremo dorso longitudinaliter  
extensus ad caudam usque. Ambitus reliqui corporis  
subrotundus fere. Cauda parum bifurca. Caput pa-  
rum plagioplateum (a).*

*Ex observatione propria, Londini 1734 in Novembri.*

2. BA-

*ADDITIONUM.*

(a) I. *Balæna, Mysticetus, naribus flexuosis in medio  
capite, dorso impenni. L. S. N. 105.*

*Maximus omnium animalium, saxe 100 pedum. Victi-  
tat medusis. Caput grande, maxilla inferiore multo latiore.  
Dorsum impenne. Fistula nulla sed duo foramina flexuosa.  
Aires infra oculos. Mammæ 2 abdominales ante vulvam. Ma-  
xillosi dentes flexiles, fissilesque usuales. Pinguedo copiosissima.*

BA-

2. BALÆNA fistula in medio capite, tubere pinniformi in extre-  
mo dorso. Art. Syn. 107.

Zzz 2

Balæna

## ADDITIONALMENNTUM.

Balæna, *Mysticetus*. Erxleben *systema regni anim.* Col.

Caput pars tertia corporis. Os longum, forma litteræ S curvatum. Dentium loco laminæ corneæ circiter 700, apice margineque fissæ in setas, media longissima. Lingua mollis, alba, lateribus nigro maculata, ligata. Maxilla inferior latissima. Oculi parvi, lateres remotissimi cum aliquot pilis. Caput supera planiusculum, testiforme cum tuberculo & in hoc spiracula flexuosa. Aures infra oculos. Dorsum impenne; pone carinatum. Cauda parum bifida. Tota nigra, nitida, ventre albo. Raro tota nigra vel nigro flavoque varia, vel alba. Cutis crassitie pollicis, epidermis calami scriptorii. Habitat circa Grœnlandiam.

Balæna *Mysticetus*. Groenlandis Arbeck vel Arguek. Fa-  
by. *Fn. groenl.* p. 33.

Color pulli fusco-marmoratus; majoris fere niger; ve-  
teris ex nigro alboque maculatus; in plerisque mandibula infe-  
rior alba; nonnulli veteris etiam habent cingulum album, a  
dorso ad ventrem currens.

Balæna dorso impenni; fistula in medio capite; dorso  
versus caudam carinato. *Gronovii zooph.* p. 29.

*Wallfisch.* Martens *Spitzb. Reis.* 78. tab. Q fig. a. b.  
*Zorgdrager.* *groenl.* p. 128. c. fig. bona adjecta.

*Der groenländische Wallfisch.* *Andersoni isl.* p. 189.  
§. 39.

*Varietas.*

α. Balæna, *islandica*, bipennis, ex nigro candicans, dor-  
so laevi. *Briffoni regn. an.* p. 220. n. 2.

*Der Nordcaper.* *Andersoni island.* p. 95 & 195.

Habitu corporis *Mysticeto* similis, sed corpore graciliore,  
capite, laminis corneis multo minoribus, maxilla magis rotun-  
data & colore parum albidiore diversus. Habitat in mari circa  
Islandiam & Norwegiæ promontorium boreale.

Ba-

*Balæna edentula*, corpore strictiore, dorso pinnato. *Ray*  
*Syn. p. 6. 10.*

*The Fin-Fish Anglis. (b)*

⊕ *Physeter & Physalus, Veterum.*

Huc forte pertinet.

*Longi-*

#### ADDITIONALMENUTUM.

*Balæna, glacialis.* Norwegis *Sild- Qual, Nordkaper.*  
*Mulleri prodr. zool. danicæ 7.*

β. *Balæna novæ Angliæ bipennis unico in dorso gibbo.*  
*Briffon regn. an. 221. n. 2.*

*Balæna gibbo unico prope caudam.* Anglis *Bunch vel*  
*Humpback- Whale. Kleinij M. 11. 12.*

*Der Flockfisch. Anderson island. p. 200.*

Tuber, instar paxilli; uniusque pedis altitudine & capitis  
 humani crassitie, loco pinnæ dorsalis adest. Pinnas habet late-  
 rales in medio fere corpore sitas, candidissimas, 18 pedes  
 longas.

γ. *Balæna bipinnis* 6 in dorso gibbis. *Briffon regn. an.*  
*221. n. 4.*

*Balæna major edentula;* dorso versus caudam nodoso.  
*Der Kuotenfisch. Anderson island. p. 201. §. 44.*

Loco pinnæ dorsalis tubera sex & in ore laminas corneas  
 albas habet. Facie & copia lardi Mysticeto proxime accedit.  
*The Srag- Whale in littoribus Novæ Angliæ appellatur.*

(b) 2. *Balæna, Physalus,* fistula dupli in medio capi-  
 te; dorso extremo pinna adiposa. *L. S. N. 106. Fabricii Fn.*  
*groenl. p. 35.*

Non longitudine sed latitudine B. Mysticeto cedit. Lami-  
 næ oris etiam multo breviores, longissimis pedem non mul-  
 tum superantibus, licet latæ satis. Corpus ejus teres, strictius.  
 Lardem tenuem, minus oleosum. Habitat in mari grœnlandico.  
 Lardum ab incolis editur.

*Finfisch. Martens Spitzb. pag. 125. tab. Q. fig. c.*

*Balæna tripinnis,* pinna in dorso mucronata; ventre lævi.  
*Le Gibbar. Briffoni regn. an. p. 221.*

Longitudo ut in Balæna grönlandica, sed moles corporis triplo minor. Figura corporis longa & angusta. Pinnæ in dorso non longe à cauda. Dorsum minus pandum seu inflexum quam in Grönlandica.

Vehementer aquam per fistulam efflat.

3. BALÆNA *fistula dupli in rostro, protuberantia corniformi in extremitate dorso. Art. Syn. 107.*

*Balæna tripinnis, nares habens, cum rostro & plicis in ventre. Sibbald. Ray. p. 16.*

Anno 1690 d. 17 Novembris in finum quendam portus Bruntisland, in latere æstuarii Forthæ Boreali in Scotia, ejæcta fuit.

Rostrum respectu ad congeneres acutum. Plicæ in ventre adsunt. Longitudo 46 pedum.

Fistulæ nasiformes ab apice rostri 6 pedes & 8 pollices longæ & septo divisæ. Oculi exigui (c)

Zzz 3

4. BA-

#### ADDITIONALMEN TUM.

- (c) 3. Balæna, *Boops*, fistula dupli in rostro; dorso extremitate protuberantia cornea. L. S. N. 106.

Abdomen rugis longitudinalibus.

Balæna, *Boops*, fistula dupli; dorso extremitate protuberantia pinnæformi; capite recto obtuso; ventre sulcato. Grœnländic. *Keporkak. Fabricii Fn. groenl.* p. 36.

Fistulam duplice sive nares approximatas, operculo obteclum, in tuberculo super medium caput habet. Rostrum rectum elongatum, magis magisque angustatum, apice fatis lato, obtuso desinit. In vertice tres ordines convexitatum circularium. Maxilla inferior superiore parum brevior & strictior versus superiore oblique tendens. Oculi pone nares, magnitudine ut Phocænæ leoninæ, nigri iride alba. Aperturæ aurium minutissimæ pone oculos. Laminæ corneæ nigrae vix pedem superantes. Interstitium anticum sine lamellis. Lingua magna, rugosa, pinguis colore hepatis; de hac versus faucem cutis laxa quasi operculum dependet. P. P. obovato-oblongæ, magnæ. P. D. a capite remotior, cartilagineo-adiposa, basi latior, apice

pag. 78. 4. BALÆNA fistula dupli in fronte, maxilla inferiore multo latiore. Art. Syn, 107.

*Balaena tripinnis*, maxillam inferiorem rotundam, & superiore multo latiore habens. Sibaldi. Ray. p. 17.

Anno 1692. Mense septembri in littus australe Aestuarii Forthæ ejecta est. Longitudo 78. pedum.

Maxilla inferior amplior & figuræ semicircularis. Fistula figura pyramidalis & septo divisa versus frontem. De ceteris vide Sibbaldum. (d)

XLIX, MO-

#### ADDITIONUM.

apice acutiuscula. Corpus fusiforme post pinnam superne carinatum. P. C. horizontalis biloba, incisura media. Subtus a gula ad umbilicum rugas s. fulcos, se invicem cingentes, habet. Magnitudo interdum 50-54 pedum. Color superne niger, inferne albus. Fundi autem fulcorum sanguineus, sed interstitia eminentia; ut etiam abdomen totum & P. C. subtus ex albo nigroque marmorata. Habitat in mari greenlandico.

*The pike-headed Whale.* Pennant. br. zool. III. 36.

*Balaena tripinnis* rostrum acutum & plicas in ventre habet, Sibaldi phal. 68.

Descriptionem ejus contractam invenies in Briffoni regn. an. p. 224.

#### Varietas.

*Balaena major* corpore strictiore edentula, dorso pinnato. *Der Jupiterfisch.* Anderson isl. p. 197. §. 42.

Capite & ore est angustiore acutiore, longiore, itemque corpore angustiore & interdum longiore, quam *Mysticetus*. Spiracula illi sunt duo, ex quibus a quam cum sonitu fistula efflat. Cutis iu multas rugas plicata, laxe inhæret. Color ejus e nigro cæruleus. P. D. obtusa, parum curva, altitudine duorum pedum. Pone hanc tuber multo humilius. oblongiusculum existit. Laminæ cornæ, breves, latæ, albæ, fragiles, fere triangulares, loco dentium. Lardum coctione vix oleum dat.

(d) 4. *Balaena Musculus*, fistula dupli in fronte; maxilla inferiore multo latiore, L. S. N. 1c6.

Abdo-

## ADDITAMENTUM.

Abdomen rugis plurimis. Dorsum pinna adiposa.

Balæna tripinnis maxillam inferiore rotundam & superiore multo latiore habens. *Sibbaldi phal.* 78. tab. 3.

Caput ante rotundatum. Maxilla inferior semicircularis, multo latior superiore, 13 pedum longitudine, labro crasso, lævi prædita. Superior angustior versus extremitatem contractior in acutum definit. Rictus ingens, tuberibus 2. femi globosis, rubris ad radicem linguae coarctatus. Palatum fetis nigris super linguam dependentibus tectum. Laminæ cornæ, nigræ, breves, in fasciculos dispositæ. Oculi haud procul ab angulo oris siti, velamento tecli. Spiracula duo angulata versus frontem septo divisa. P. P. oblonga, versus extremitatem angustata, 10 pedes longa, duosque lata. P. D. 3 pedes longa & 2 alta, a pinna caudæ fere 13. pedes remota. P. C. bilo- ba 18½ pedes lata & 10 pedes longa. A maxilla inferiore usque umbilicum venter plenus est plicis seu rugis. Longitudo hujus pisces erat 78 pedum & crassities in ambitu circiter 35 pedum. Color ater in ventre albicans.

Balæna, tripteris, nares habens cum rostro acuto, & pli- cis in ventre. Norwegis *Rörquaal. Ascanii icon.* tab. 26.

An hic pisces cum illo Nordkaper dicto una eademque species sit, sicut quidam credunt, non constat ob descriptionem de Nordkaper imperfectam quæ affinitatem cum Mysticeto potins indicat.

5. BALÆNA, *rostrata*, minima; rostro strictiore; dorso pinnato; laminis oris albis. Grœnlandis *Tikagulik. Fabricii Fn. grænl.* p. 40.

Laminæ oris brevissimæ, albæ. P. P. latæ, obovatæ, margine rotundatae. P. D. prope caudam longior, retro tendens, antice parum attenuata. Cauda horizontalis, bifida. Abdomine habet sulcos profundos. Color supra niger, infra albus, mixtura rubicunda. Lardum compactum minus oleosum.

Balæna, *rostrata*, minima; rostro longissimo & acutissimo. *Müller's zool. dan. pr.* pag. 7.

*Beaked Whale. Pennant br. zool.* III. 59. tab. 5. fig. 1.

*Nebbe-Hval. Pontopidan h, n, norw.* II. Cap. 5. p. 233.

*Buts-*

*XLIX. MONODON.*

*Dens unicus, prælongus in maxilla superiore.*

*Dorsum impenne.*

*Fistula in summo capite seu vertice.*

**I. MONODON.** *Art. Syn. 108.*

*Monoceros pisticis*, è genere *Cetaceo*. *Will.* p. 42. *Ray* p. 11.

*Monoceros, unicornu marinum*. *Charleton. O. Z.* p. 168.

*Narwhal Islandis.*

Figura Balænæ. Longitudo 16, 20 ad 22. pedum. Latitudo 12 circiter.

*Dens unicus, rectus, striatus seu turbinatus in sinistra parte maxillæ superioris*, 9 ad 10 pedes longus.

*Caput Cyprino simile.*

Locus: ad Islandiam, Grönlandiam, &c. (a)

*L. CATO-*

**ADDITAMENTUM.**

*Butskopf. Martens Spitzb* p. 95.

Caput rostratum fronte obtuso, descendente. Rostrum ante & retro æquali crassitie. Oculi parvi. Spiraculū in cervice, ex quo quam nec alte nec cum magno strepitu efflat. P. D. versus caudam excavata. P. P. & C. figura similes sunt illis in *Mysticeto*. Color in dorso fuscus, in fronte ex fusco alboque marmoratus, in ventre albus. Longitudo 16 vel 20 pedum. Naves interdum committantur.

*Butzhöft. Hesselii Elbestrom.* p. 50. cum iconē mediocri.

*Schnabelfisch. Chemnitzi in Beschäftigungen. N. Fr.*

IV. 183.

(a) I. *Monodon, Monoceros, L. S. N.* pag. 105.

Cornu spirale hujus dens est. Dentes tales 2 in junioribus, labium superius perforantes. Pinnæ 2. P. D. nulla.

*Monodon, Monoceros*, dente cornuformi, spirali, radius dupliei, recto, prælongo, exerto in maxilla superiori, Grœnlandis. *Tugalik vel Kernektak. Fabricii Fn. grænl.* 29.

*Narwahl Kleinii M. II.* 18. tab. 11.

*Einhornfisch. Anderson isl.* p. 201. §. 44. c. tab. ænea.

2. Mo-

## L. C A T O D O N.

*Dentes* in inferiore maxilla tantummodo.

*Dorsum* impenne.

*Fistula* vel in capite, vel in rostro.

CATODON *fistula in rostro.* Art. Syn. 108.

*Balaena minor*, in inferiore maxilla tantum dentata, sine pinna aut spina in dorso. Sibbaldi. Ray p. 15.

Anno 1693. ad portum Orcadensem Kairston dictum hæc species appulit.

Longitudo maxima 24 pedum. Caput rotundum.

Rictus parvus. Fistula nasiformis in rostro. (a)

pag. 79.

## 2. CA-

## ADDITAMENTUM.

2. MONODON, *spurius*, dentibus duobus minutis in maxilla superiore; dorso pinnato. Grœnlandis *Anarkak Fabricii* Fr. grænl. 31.

Os edentulum. Dentes nulli in ore, 2 minuti, conici, obtusi, apice parum curvi, debiles, vix uncia longiores, de extremo mandibulæ superioris prominent. Corpus elongatum, teres, nigrum. Præter pinnas pectorales & caudam horizontalem habet pinnam minutam dorsalem. Fistula capitis anhelet. Habitat in mari alto grœnlandico. Inter minimos cetos numerandus.

(a) 1. Physeter, *Catodon*, dorso impenni; fistula in rostro. L. S. N. 106.

*Balaena minor*, maxilla inferiore tantum dentata, sine pinna aut spina in dorso. Sibbaldi phal. 24.

Caput rotundum. Rictus parvus. Dentes inferioris maxillæ in planum finientes, dimidiam pollicis tantum extra gingivam prostant. Maxilla superior aveolos habet. Fistula absit. Nares in rostro. Duas pinnas laterales & asperitatem quandam absque pinna aut spina in dorso habet. Longitudo diversa, maxima 24 pedum est.

The round-headed Cachalot. Pennant, br. zool. III. 63. tab. 7. n. 22. figura dentis.

Arredi Genera.

Aaaa

Dens

2. **CATODON** *fistula in cervice.*

*Balaena Major*, in inferiore tantum maxilla dentata, macrocephala, bipennis. *Sibbaldi*. *Ray* p. 15.

*Cete. Clusii Exot. I. 6. c. 17.*

*Cete Clusio Exot. I. 6. descriptum, Pot-Walfisch Batavis maris accolis dictum. Will. p. 41.*  
à *Trunpe, Purchasii.*

Longitudo 50 ad 60 pedum. Crassities ad 30 ad 36.

Dentes 42 in maxilla inferiore, dupli ordine dispositi, & totidem in superiore alveolo. Magnitudo dentis ut pollex viri prægrandis. Caput magnum.

Fistula magna in postica capitatis parte.

Anno 1598 & 1601 in littus Hollandicum ejectus fuit.

Ex cerebro hujus pisces conficitur sperma Ceti dictum. (b)

*LI. TRI-*

## ADDITAMENTUM.

Dens hujus pisces  $1\frac{3}{4}$  uncia longus & in maxima parte unciam crassus. Summitas ejus omnino plana, lineis curvis concentricis notata; basis multo angustior sumitate & parvo orificio perforata.

*Cetus minor bipinnis fistula in rostro. Le petit Cachalot. Briffoni regn. an. 228. n. 4.*

*N o t a.*

An singularis species & a sequente diversa? Descriptio de Phyletere Catodonte *Robertsoni* in *Phil. Transact.* Vol. 60 potius ad sequentem quadrat.

(b) 2. *Physeter, macrocephalus*, dorso impinni; fistula in cervice. *L. S. N. 107.*

Longitudo sœpe 60 pedum: Dentes 46 inferioris maxillæ. Sperma ceti ex ventriculis cerebri.

*Physeter, macrocephalus*, dorso impinni; dentibus inflexis, apice acutiusculo. *Grænlæs, Kiguti lirksvak. Fabricii Fn. grænl.* pag. 41.

Caput longissimum, fere tertiam partem totius faciens, Maxilla superior longior, latiorque inferiori, lateribus versus hanc

## ADDITIONUM.

hanc se incurvans; intus excavata lacuna lanceolata, ut receptaculo maxillæ inferioris ejusdem figuræ. In maxilla inferiori duobus ordinibus dentes permulti, conici, antice posticeque subcompressi, curvi, introrsum tendentes, validi, longi, obtusiusculi, exterioribus minoribus, curvioribus, acutioribusque, albi, medulla cinerea minus dura impleti, numero ut dicitur, 40 - 46. In maxilla superiori dentes veros five visibles quidem non habet; attamen in lacuna, supra memorata, dantur cavitates, ut receptacula dentium inferioris maxillæ, quarum interstitia eminentia condunt dentes minutos, fere horizontaliter jacentes, curvatos, acuminatos, latere interiori ad apicem obliquo explanato-concavos, quæ planities ad cavitatem sequentem offendit, ubi etiam apex dentis inferioris occurrit. Frons prærupta, perpendiculariter descendens, in cujus summitate (quæ ab auctoribus minus recte cervix dicitur) lateribus angulata, est eminentia notabilis, antice rima magna (quæ fistula, per quam anhelat) intus ad angulos frontis progrediens, ubi utrinque rima lunaris; sic fistula extus quidem solitaria, intus duplicata. Vertex, magis convexus, sub lardo compacto condit cameram magnitudine & figura fere fornacis, repletam, cerebro sub nomine spermaceti noto, quod quidem oleosum, fluidum, sed effluens super aquam momento coagulat. Oculi minimi, juxta pinnas pectorales. Aures minutissimæ. Caput a corpore distinguitur sulco transverso, infra quem P. P. basi angustatæ, margine rotundatæ. In medio fere dorsi pinna spuria five tuber callosum, antice convexo-declive, postice præcisum, immobile. E regione hujus genitalia & pone illa anus. Lingua rugosa. Gula minuta. Corpus post pinnas pectorales cylindricum, de ano angustatum, terminatum cauda adiposa, horizontali, biloba, non crenata. Color undique niger; seniores abdomine albescunt. Longitudo 60 pedum & ultra. Habitat in alto mari freti Davidis.

Potfisch. Zordrager. grænl. Fisherey. p. 391. c. fig. ad pag. 238.

Capitis pars superior est grandissima, & multo crassior capite aliorum cetorum. Spiracula in anteriore capitis parte.

Aa aa a

Dentes

**L. TRICHECHUS.**

*Dentes plani in utraque maxilla,  
Dorsum impenne.  
Fistula.*

**TRICHECHUS. Art. Syn. 109.**

- Manatus. Rondelet. Icht. p. 490. Gesner p. 213.  
Manati. Aldrovani. pag. 728. Jonstoni p. 223. Charletoni  
O. Z. p. 169.  
Manathi. Clusii Th. Hasei dissert. Philolog. 8. & 9.  
Manati, seu vacca marina. Ray Syn. Quadrup. p. 193.  
Taurus marinus. Antonii de Herrera desc. novi orbis  
Cap. 12.  
La donna. Ant. Zucchell. in itinerario regni Congi. p. 146.  
Manathi vel manati: Incolarum Hispaniolæ & Hispanorum.  
Manatee Anglis quibusdam.  
Lamantin, Namantin & les Vaches Marines; Gallis:  
Seekoejen Rochefortii & Belgarum.  
Pezze Mouller vel Muger. Lusitanis (a).*

*Da.***ADDITAMENTUM.**

Dentes 42 in maxilla inferiore. Lingua acuta, tenuis, subflava. Corpus cum Mysticeto magis convenit, quam caput; item oculi, pinnæ & cauda horizontalis. Color dorsi fuscus, abdominis albus.

*Sperma-Ceti Whale. Dudley. in Phil. Transact. Vol. 33.  
n. 387. pag. 259.  
Die Cachette in der Elbe 1720 gefunden. Anderson. it-  
land. p. 216. §. 46.*

(a) i. *Trichecus, Manatus, dentibus laniariis inclusis.*  
*L. S. N. 49.*  
*Der Manati Schreibers Sauge-th. I. 269. tab. 80.*  
*Lamentin Buffon. XIII. 277. tab. 57.*  
*The roundtailed Manati. Pennant. hist. quadrup. II. 536.*  
*Varietates.*

α. *Trichecus Manatus australis, pilosus, pedibus tetra-  
dactylis unguiculatis. Gmelini S. N. L. 60.*

*β. Tri-*

*Du jung vel Doujong. Amboinenibus (b).*

pag. 80.

*Cojumero. In provincia Guajana Americæ.*

*Pege-buey. Incolarum ad fluvium Amazonum.*

*Tachas vel Thachash: Mosis Exod. 25, vel 5 &c. Secundum Cl. Hasæum.*

Longitudo 10. 12. 14. 15. vel plurimum pedum. Latitudo 6 ad 7 pedum. Ponderis 70. 80. 100 ad 200 librarum.

Ambitus corporis rotundus, 8 circiter pedum.

Caput oblongum, teres, porcino præ reliquis simile.

Oculi exigui. Foramina exigua in capite aurium loco.

Labia magna.

Dentium duo utrinque eminent, longitudine spithamæ, crassitie pollicis.

Pinnæ pectorales duæ in thorace, quinque ossibus ceu digitis membrana junctis constantes, singulum Os habet tres articulos, sed tamen contrahi nequit pinna. Cauda horizontalis. Pinna in dorso nulla.

Mammæ duæ globosæ in fœminis, inter pinnas pectorales.

Aa aa 3 Partes

#### ADDITAMENTUM.

*B. Trichecus Manatus borealis, nudus pedibus nec digitis, nec unguibus instructis. Gmelini L. S. N. 61.*

*Manati, Russis, Morskua Korowa. Stelleri in Nov. com.*

*Petropol. II. 294.*

*Meerkuh. Stellers Beschreib. sonderbarer Meerthiere. 41.*

*Krascheninnikow. Kamtschatka 162.*

The whaledtailed Mannati. *Penn. hist. quadrup. II. 536.*

Pinna caudæ horizontalis, fissa, lobis æqualibus, forcipi aliquantum similis.

(b) *Trichecus, Dugon, dentibus laniariis superioribus exsertis, approximatis. Gmelin. L. S. N. 60.*

*Le Dugon. Buffon. h. n. XIII. tab. 56. figura capitis.*

*Der Dugong. Schrebers Seugeth. II. 267. Mülleri L. S.*

*N. Suppl. 21.*

*The indian Walrus. Pennant. hist. quadr. 517.*

Partes genitales tam marium quam sc̄eminarum, humanis similes, ut & umbilicus.

Cutis crassa, dura & pene impenetrabilis. Pili breves & rari ex cinereo fulci, cuti hinc inde innascuntur: Clusius. Crassi & satis longi.

Habitat præcipue in ostiis fluminum & gramine ac algâ vescitur.

Caro saporis boni & salubris, coloris candidi.

Mansvescit valde & hominum genio se accommodat.

Vocem gemitus & suspiria edit.

Hostes ejus sunt Crocodilus & Carcharias.

Locus: Africæ varia loca. Mare rubrum. Insula Magdagascar. Manaar ad Ceylonam. Insulae Moluccæ, Philippinæ, Vissayæ, Antilles, Fluvius Amazonum, Brasilia, Surinamia, Peruvia &c.

Iconem ejus vide in Fr. Legati libello pag. 39. vel in Th. Hafæi dissertat. Philolog. 8. p. 510.

## pag. 81. LII. SIREN.

*Dentes . . . .*

*Pinnæ* duæ tantum in toto corpore, eæque in pectori. Cauda pinnata nulla.

*Caput*, collum & pectus ad umbilicum usque, humanam speciem habent.

### I. SIREN. A:

*Syrene. Thom. Bartholini in Historia Anatom. rariorum. Homo marinus, quem vidit & descripsit C. E. Barchewitzius in Hodæporico Indicæ Orientalis 1730. 8°. quemque dicit à Manati & aliis omnino diversum esse: Idem forte cum Sirene Bartholini est. Confer Th. Hafæi Dissertat. Philolog. 9. p. m. 520. vide etiam Historico political Geography. Londini 1729. 8°. in descriptione Insularum Lusson & Mindanao p. 227.*

Siren nostra seu Bartholini prope Massiliam in America, à mercatoribus inventa & capta fuit in mari.

Ab umbilico, ad extreum corporis, informis erat caro, sine caudæ signo.

*Pinnæ*

Pinnæ pectorales duæ in thorace, quinque ossibus  
ceu-digitis, membrana conjunctis, constantes, qui-  
bus natat. Radius in cubitu vix 4 digitorum transver-  
orum longus. Utinam existeret verus Ichthyologus,  
hoc qui examinaret animal, fabula utrum sit, an ve-  
rus pisces? De re non visa potius est non judicare,  
quam audacter quid pronuntiare (a)

## ADDITAMENTUM.

(a) 1. Siren, *anthropomorpha*, parte anterior e specie in  
hominis præ se ferente. W.

Historia naturalis sirenis anthropomorphæ fabulis adhuc  
obnubilata est quia omnes de illo narrationes ab hominibus na-  
turalis historiæ plane ignarisi adlatæ sunt, quorum plerique tale  
monstrum semel tantum & e longinququo ad dimidium fere ex  
aqua emersum viderunt. Vide *Pontopidani hist. nat. Norwe-  
giae* II. cap. 8. §. 2.

*Straem Südmær.* I. 287. *Mohr isl. n. h.* 16. *Olaffen  
Reise.* §. 656.

*Act. Harlemens.* Tom. 22. & in *Renard. Histoire nat.  
des Indes* II. tab. ultimam.

Subscriptio hujus tabulæ hæc est: „Monstre semblable  
„à une Syrene pris à la Cote de l'isle de Borneo ou Boeren dans  
„le departement d'Amboine. Il étoit long de 59 pouces, gros  
„à proportion comme une Anguille. Il à vecu à terre dans une  
„cave plein d'eau quatre jours. Il pouffoit de temps en temps  
„des petits cris, comme ceux d'un fourris. Il ne vouloit point  
„manger quoiqu'on lui offrit des petits poisssons, des coquilla-  
„ges des crabes, écrevisses &c. On trouva dans sa cave après,  
„qu'il fut mort, quelques excrements semblables à des crottes  
„de chat.“

Hæc Siren monstrosa, prout imagò illam repræsentat,  
in parte anteriori hominis & posteriori, triplo fere longiore,  
pisces formam habet. Caput cum pilis, pectus cum mammis,  
venter & brachia foeminae similia sunt, præter digitos 5, qui  
membra

**ADDITIONAL** ADDITAMENTUM.

membra natatoria connexi sunt. Sub ventre squamæ magnæ lanceolatæ, in una seriæ sitæ, corpus cingunt. Pars posterior anguillæformis lineam lateralem medium, reclam & 5 pinnas habet nempe duas dorsales, lineares & pinnam ventralem, atque analem prioribus similes & oppositas & unam caudalem bifurcam. Color in parte anteriore carneus & posteriore cæruleus est.

*SIREN, cynocephala*, capite canino; auribus erectis; corpore piloso, tereti, cauda biloba. *W.*

*Simia marina. Sea-Ape Stelleri. Pennant. hist. quadrup. pag. 544.*

Caput, canino simile, labiis barbatis. Aures acutæ, erectæ. Oculi magni. Corpus teres, pilis densis in dorso cineris, in ventre rubris vestitum. Cauda biloba. *Stellerus* ad latus Americæ vidit ipsam circa navem, qua iter faciebat, mirabiliter gesticulari.



## APPENDIX.

pag. 82.

1. **TÆNIA altera dicta.** Art. Syn. 115.  
*Tænia rubra*: *Genuæ, ubi frequens est, Cavagiro & Tregia dicta*, Will. 117. Ray p. 71.  
 Longitudo 10 digitorum. Corpus cathetoplateum, à Capite sensim gracilescens. Os amplum.  
 Unus ordo dentium acutorum in maxillis.  
 Ossiculum triangulare ad oris aperturam. Oculi magni, cute tecti. Iris argentea.  
 Dorsi pinna, ab occipite ad caudam, ossiculorum 69.  
 Ani 60. Pectorales 16. Ventrals 6. Cauda ossiculorum 12. Pinnæ omnes coloratæ.  
 Intestina longa. Appendices oblongæ 7 ad 8.  
 Macula nigra utrinque ad maxillam superiorem. Videlur esse sui generis. (a)
2. **SILURUS cirris quatuor in mento.** Art. Spec. 107. Syn. 110.  
*Silurus Auditorum. Mal Suecorum. Glanis Salviani* fol. 210, vel 2ii. (\*)

Lon-

## ADDITAMENTUM.

(a) Est Cepola Linnæi, quam inter Nova Genera Linnæi invenies.

(\*) *Character generis Siluri.*

**LINNAEI:** Caput nudum. Os cirris aliquot filiformibus tentaculatum. Membrana branchialis radiis 4-14. Radius pinnarum pectoralium aut dorsalis primus spinosus, retro-dentatus. S. N. 501.

**GMELINI:** Caput nudum, magnum, latum, compressum; os cirris tentaculatum; rictus & fau ampla; labia crassa mandibulae dentatae; lingua crassa, laevis, brevissima; oculi parvi. Membrana branchiostega radiis 4-16. Corpus elongatum, compressum, squamis nudum, muco tenaci obductum. Linea lateralis

*Artedi Genera.*

Bb bb

dorsō

Longitudo 16 pedum. Pondus 80, 100, 120 & 150 librarum.

Color varius ut in anguilla fere. Corpus lubricum, mucosum, squamis destitutum.

Caput valde depresso, resumum & latum. Rictus amplissimus. Oculi cute tecti.

Corpus ad anum usque crassum & teretiusculum, venter tamen imus planus: inde in caudam magis compressum. Lingua fundo oris adnata.

Cirri duo prælongi in maxilla superiore ante oculos; & Cirri quatuor breviores in mento.

Denticulorum 1°. areæ duæ in maxilla superiore, in inferiore unica. 2°. Tubercula quatuor in faucibus. 2 superne & 2 inferne.

Pinna in dorso unica, exigua, officulorum 4. ad 5, rostro propior quam ventrales. Cauda non divisa officulorum 17. Pinna Ani longissima, officulorum 20. Pectorales 16, quorum 1<sup>um</sup> robustum, durum & postica parte ferratum, ut in dorso Cyp. Nob. Pinnæ ventrales inferius in ventre sitæ mox supra anum, officulorum undecim.

Vesica aërea figuræ insolitæ, secundum longitudinem in duas partes divisa: una membrana nigra.

Locus: Albis, Vistula, Danubius, raro Rhenus. Lacus quidam Helvetiæ, Bavariæ, Hungariæ, ut & Bawen in Sudermannia Sueciæ, & præterea Locus quidam in ditione Smolandiæ. (b)

+ CLA-

---

#### ADDITAMENTUM.

dorso propinqua. Pinnarum pectoralium aut dorsalis radius primus spinosus retro dentatus. *L. S. N. reform.* 1353.

BLÖCHII: Corpus desquamatum, mucosum. Os cirriform. *N. F. D. I.* 240.

(b) 1. Silurus, *Glanis*, pinna dorsali unica mutica; cirsis 6. *L. S. N.* 501. Br, 14. D. 4. P.  $\frac{1}{2}$ , V, 12, A. 88. C. 17.

Silu-

**CLARIAS Nilotica Bellony**, in multis cum Siluro conuenit, & forte ad idem genus pertinet.

Bb bb 2

3. TÆ-

## ADDITAMENTUM.

Silurus, *Glanis*, pinna dorsali unica; cirris sex. *Der Wels.* *Bloch.* *N. F. D.* I. 442. Br. 16. D. 5. P. 18. V. 13. A. 96. C. 17.

Silurus cirris 6; pinna dorsali mutica, cauda integerrima. *Gronov.* *zooph.* n. 323. tab. 6. fig. 1.

Silurus cirris duobus supra oris angulum, quatuor in mento. *Kleinii Miss.* IV. 10. tab. 1. fig. 1.

Europäische Meirval, *Houttuyni* h. n. I. P. 8. pag. 101.

2. SILURUS, *Astutus*, pinna dorsali unica; cirris 4. *L. S. N.* 501. Br. 16. D.  $\frac{2}{3}$ . P.  $\frac{1}{4}$ . V. 13. A. 82. C. 16.

Cirri duo supra os, duo infra. Dentes numerosi. Spina nulla rigida in pinna dorsali; at ferrata in pectoralibus. P. A. longa, caudæ connexa. Habitat in Asia.

*Der Asiatische Wels.* *Mulleri L. S. N.* IV. 289.

3. SILURUS *Myctus*; pinna dorsali unica radiis 6, cirris 8. *L. S. N.* 504. *Mus. Ad. Fr.* II. 96. D.  $\frac{1}{2}$ . P.  $\frac{1}{2}$ . V. 6. A. 57. C. 19.

Cirri 4 supra labium superius, quorum 2 ad nares & præterea 4 sub labio inferiore. Abdomen tumidum. P. D. radio primu spinoso laevi. P. P. radio primo spinoso introrsum ferrato. P. C. bifurca.

Silurus *Schilbe niloticus*. *Hasselquist.* *itin.* 419. Br. 10. D.  $\frac{1}{2}$ . P.  $\frac{1}{2}$ . V. 6. A. 62. C. 20.

Caput plagioplateum vertice sulcato, apice semicirculari. Maxillæ æquales. Dentes conferti densissimi. Cirri 8; duo supra nares, duo longiores in gingivis & quatuor in gula. Iris flavescens. Pupilla nigricans. Truncus cathetoplateus. Nucha ascendens. Dorsum convexum, abdomen saccatum. Anus capiti propior. P. D. parva, scapularis. Radius primus ejus spinosus introrsum ferratus. P. P. medieæ, radio primo interne aculeato. P. V. abdominales. P. A. longitudinalis, parum declinata. P. C. admodum bifurca. Linea lateralis recta dorso approximata. Squamae nullæ. Color superne fuscus, infra lineam late-

## 3. TÆNIA Authorum. Art. Syn. 114.

*Cepole ichthypolis Romanis ditta.* Will. p. 116. Ray. p. 39.  
Cauda

## ADDITAMENTUM.

lateralem argenteus. Linea nigricans in summum dorso & alia cana, lata supra lineam lateralem a capite ad caudam percurrentes. Longitudo spithamalis. Habitat in Nilo.

*Der Bartwels.* Müller. L. S. N. IV. 293.

4. SILURUS *Aspredo* pinna dorsali unica, radiis 5; cirris 8. L. S. N. 502. *Amœnit. acad.* I. 311. tab. 14. Br. 4. D. 5. P.  $\frac{1}{8}$ . V. 6. A. 55. C. 9.

Cirri laterales basi lati. Dorsum carinatum. Cauda bifurca.

*Aspredo* cirris 8; corpore lœvi; pinna ani ad caudam usque bifurcatam extensa. Gronov. zooph. n. 326. Br. 4. P.  $\frac{1}{8}$ . V. 6. A. 55. C. 9.

Cirrorum duo breves latera inferiora rostrum occupant. Duo longissimi ad angula oris siti, ad basin membrana annexa dilatantur. Ad margines maxillæ inferioris præcise cirris maxillæ superioris oppositus est utrinque cirrus paryulus. In pectore ferme e regione intermedia inter maxillam inferiorem & opercula branchiarum adest quartum cirrorum par latis conspicuum. Abdomen molle papillis minimis adspersum. Maxillæ binis areis convexis, denticulatis scabré. Palatum & lingua glabra. P. A. radiis 55 simplicibus suffulta.

*Der rauhe Wels.* Müller L. S. N. IV.

## Varietas.

α. *Aspredo* cirris sex corpore oblongo lœvi; pinna ani ad caudam usque bifurcatam extensa. Gronov. zooph. n. 324. Mus. n. 26. B. 4. D. 5. P.  $\frac{1}{8}$ . V. 6. A. 55. C. 9.

Forma corporis & reliquarum partium convenit cum specie antecedente; differt tamen cirris 6, quorum utrinque supremus in maxilla superiore reliquis major, pinnas pectorales fere attingens; præter hos utrinque unicus ad latera labii inferiores & duo sub mento adsunt. Cauda oblonga, angusta ita bifurca ut ossiculum utrinque extreemam in prominentiam longam desinat. Color in quibusdam albus, rufu mixtus, in aliis bru-

Cauda longissima & tenuissima. Caro per totum pelucida. Aperturæ branchiarum amplissimæ.

Bb bb 3

Maculæ

## ADDITAMENTUM.

bruneo-niger. Longitudo semipedalis. Habitat in fluviis Surinamæ.

*Mystus cirris* sex; appendice dorsi carens. *Sebæ thes.* III. 86. tab. 29. fig. 9. D. 5. P.  $\frac{1}{8}$ . V. 6. A. 55. C. 9. Vide *Mantiss.* I.

5. *SILURUS, anguillaris*, pinna dorsi unica, radiis 70; cirris 8. *L. S. N.* 502. *Mus. Ad. Fr.* II. 96. D. 70. P.  $\frac{1}{8}$ . V. 6. A. 55. C. 17.

Caput semicylindricum, tectum osse postice trilobo; sub-tus & ad latera album. Cirri 4 supra labium superius. quorum 2 ad sinus oris & 4 sub labio inferiore. P. D. longitudinalis, uti P. C. Radius primus pinnarum pectoralium brevior spinosus utrinque serratus. P. C. rotundata. Habitat in Nilo.

*Silurus, anguillaris. Charnuth niloticus. Hasselquistis itiner.* 415. Br. 10. D. 72. P.  $\frac{1}{8}$ . V. 6. A. 59. C. 21.

*Clarias Gronov. zooph.* n. 322. tab. 8. a. f. 3. 4. 5. Br. 9. D. 69. P.  $\frac{1}{8}$ . V. 7. A. 50. C. 20. Vide *Nova Genera Gronovii.*

*Der Aalwels. Müller L. S. N.* IV.

6. *SILURUS, Batrachus*, pinna dorsali unica radiis 60; cirris 8. *L. S. N.* 502. *Mus. Ad. Fr.* II. 97. B. 5. D. 60. P.  $\frac{1}{8}$ . V. 6. A. 48. C. 14.

Caput depresso, supra laeviusculum. Maxillæ scabrae copiosis denticulis. Cirri 4 supra labium superius; 4 sub labio inferiore filiformes longitudine capitis. Corpus cutaceum, molle, oblongum, antice teriusculum, postice compressum. Linea lateralis recta. P. D. radiis 60 simplicibus, mollibus tamen, extensa a pectorale ad caudam, ubi abrupta. P. P. radiis 8, quorum primus crassissimus, scaber, brevior, quasi diffractus. P. V. radiis 6. P. A. radiis 48 molibus ad caudam abrupta. P. A. radiis 14 integra. Habitat in Asia & Africa.

Der

Maculæ argenteæ recta linea sitæ in medio utrinque lateris. Dentum unus ordo in maxillis. Iris argentea.

Pinnæ

ADDITIONALMEN TUM.

*Der Froschwels.* Müller L. S. N.

7. SILURUS, *inermis*, pinna dorsali postice adiposa, pinnis inermibus; cirris duobus. L. S. N. 503. D. 7, o. P. 17. V. 7. A. 38. C. ....

Caput depresso, latum, lubricum. Maxillæ scabrae. Cirri 2. quasi tentacula brevia ante nares. P. D. incipit prope caput, radio primo vix spinoso, robustiore, laevi. P. A. radii 4 anteriores breviores. Cauda subtruncata, vix biloba. Habitat in Surinama.

*Die Weichflosse.* Mülleri L. S. N.

8. SILURUS, *Bagre*, pinna dorsali postica adiposa; radio primo dorsalis, pectoraliumque fœtaceo; cirris 4. L. S. N. 505.

Myctus cirris 4, lateralibus longissimis; ossiculo pinnæ dorsalis pectoraliumque primo filiformi, longissimo. Gronov. zooph. n. 382. D.  $\frac{1}{2}$ , o. P.  $\frac{1}{2}$ . V. 8. A. 32. C. 15.

Linea lateralis recta utrinque ramosa, in fine dichotoma. Pinna dorsi prima parva, triangularis, mutica, cuius radius primus ante uncinulis scaber, ad basin triqueter, in apicem subulatum desinens, longitudine eximia truncum æquat. P. P. infimæ ossiculis 12 instructæ, quorum primum validum acuminatum, depresso, ante serratum est. Apici subtus adhæret filamentum longissimum, ultra ani regionem extensum. P. V. parvæ, ovatae. P. A. oblongo-triquetra. P. C. admodum bifurca. Anus medius. Cutis alepidota ex argenteo & auro splendida, in dorso ex cœruleo obscura. Habitat in fluminibus Americes meridionalis.

*Bagre tertia Raji.* Syn. 82. n. 3.

*Die Schmeerflosse.* Müller. L. S. N. IV. 301.

9. SILURUS, *militaris*, pinna dorsali postice adiposa; cirris 2 rigidis. L. S. N. 503. D.  $\frac{1}{2}$ , o. P.  $\frac{1}{2}$ . V. 7. A. 20. C. 18.

Oculi

## ADDITAMENTUM.

Oculi ad latera capitinis. Cirri 2 ad os compressi, rigidi, osseli. Linea lateralis recta. Dorsum ad pinnam dorsi afflurgens. Habitat in Asia.

*Der Steifbart. Müller. L. S. N.*

10. SILURUS, *galeatus*, pinna dorsali postica adiposa; ani radiis 24; cirris 6; cauda integra. *L. S. N.* 503.

*Mycterus* cirris 6; cauda æquali. *Sebæ thes.* III. 85. tab. 19. fig. 2. Vide *Mantissam* I. D.  $\frac{1}{7}$ , o. P.  $\frac{1}{2}$ . V. 6. A. 24. C. 19.

11. SILURUS, *Felis*, pinna dorsali postica adiposa; ani radiis 23; cirris 6; cauda bifida. *L. S. N.* 503. Br. 5. D.  $\frac{1}{8}$ , o. P.  $\frac{1}{12}$ . V. 6. A. 23. C. 31.

Cirri sub labio inferiore 4; supra sinus oris utrinque unus. Dorsum cæruleoscens. P. V & A. rubescentes. Cauda bifida. Affinis *S. Cato*. Habitat in Carolina. *D. Garden.*

*Der Katzenwels. Mülleri L. S. N. IV.* 297.

12. SILURUS, *Catus*, pinna dorsali postica adiposa; ani radiis 20; cirris octo. *L. S. N.* 504. Br. 5. D.  $\frac{1}{8}$ , o. P.  $\frac{1}{12}$ . V. 8. A. 20. C. 17. Habitat in America & Asia.

*The Catfish. Catesby carol.* II. tab. 23.*Der Kater-wels. Müller. L. S. N. IV.* 298.

13. SILURUS, *Afrita*, pinna dorsali postica adiposa; ani radiis 18; cirris 6. *L. S. N.* 505.

*Afrita ventricosa* *Mus. Ad. Fr.* I. 79. tab. 30. fig. 2. D.  $\frac{1}{8}$ , o. P.  $\frac{1}{12}$ . V. 6. A. 18. C. 18.

Corpus minimum, cute glutinosa. Caput breve, obtusum. Narium foramina ad apicem capitinis duplicata; alterum horum valvulae instructum. Cirri 4 in maxilla superiore 2 (utrinque solitarius) ad canthum oris. P. D. anterior lanceolata 8 rad. Radio primo oblique truncato, ut basis spinosa & apex mollis evadat; posterior adiposa minor. P. P. 12 rad. primo basi spinoso. P. V. 6 rad. pone abdomen, muticæ. P. A. 18 rad. reliquis major, latior, mutica. P. C. 18 rad. bifurca.

*Silurus, Afrita*, cirris 6; radiis 18 in pinna ani. *Der Platzbauch. Bloch. N. F. D.* II. 249. tab. 35. fig. 3 - 7. D. 9. P. 13. V.  $\frac{1}{2}$ . A. 18. C. 18.

Cirri in superiore mandibula 2 & 4 in inferiore.

14. SILU-

## ADDITAMENTUM.

14. *SILURUS, fasciatus*, pinna dorsali postica adiposa; ani radiis 13. cirris 6. *L. S. N.* 505.

Corpus nudum. Caput depresso, antice rotundatum  $\frac{1}{2}$  totius longitudinis. Dorsum utrinque fasciis albis nigro inductis. Abdomen album. Pinnae omnes adspersae punctis nigris. Dorsalis pone caput sita, P. A. adiposa versus caudam. Habitat in Brasilia & Surinama.

*Mycterus maculosus* cirris 6 longis; capite longo, plano. *Seba thes.* III. 84. tab. 19. fig. 6. Vide *Mantissam* I.

*Mycterus cirris sex*; maxilla inferiore breviore; rostro plagioplateo, lato. *Gron. zooph.* n. 386. D. 7, o. P.  $\frac{1}{2}$ . V. 6. A. 14. C. . . .

Color inferioris corporis albidus; superius corpus & caput rufescunt. Latera superiora maculis latis obscuris variegata. Pinnae nigro adspersae.

*Der bandirte Wels. Mülleri L. S. N.* IV. 300.

15. *SILURUS, carinatus*, pinna dorsali postica adiposa; linea laterali spinosa; cirris 6 pinnatis. *L. S. N.* 504. D. 6. P. 8. V. 8. A. 12, C. 24.

Corpus cum capite compressum. Cirri ad latus oris solitarii, latere inferiore pinnati: reliqui 4 sub labio inferiore æquales, connexi, breves, subtus papillosi. Linea lateralis sublerrata & carinata spinis ut in *Scombris*. P. D. anterior radio primo antrorum sursum dentato. Pedoralium primo contrarie utrinque dentato. Cauda bifurca. Habitat Surinam: An specie aut sexu a sequente diversus?

*Silurus, costatus*, pinna dorsali postica adiposa; squamis serie simplici; cirris 6; cauda bifida. *L. S. N.* 506.

*Mycterus cirris 6* longissimis unico squamorum aculeatarum ordine, in utroque latere. *Gron. zooph.* n. 383. tab. 5. fig. 1. 2. *Mus. ichthyol.* II. n. 177. D.  $\frac{5}{2}$ , o. P.  $\frac{1}{2}$ . V. 7. A. 12. C. 17.

Corpus oblongum, cathetoplateum, versus caudam sensim contractius, superne carinatum: Caput latitudinem corporis æquans pone fere trigonum, superne declinatum & corio osseum scripto tectum, alepidotum, ante obtusum. Rictus angustus;

## ADDITAMENTUM.

gustus. Dentes minimi, confertissimi. Cirri 6: duo maxi ad angulos oris, reliqui 4 sub maxilla inferiore, quæ brevior est superiore. Apertura branchialis lateralis. Truncus alepidotus. Linea lateralis dorso propior, recta aculeata, quæ uno ordine squamarum transversarum, numero 34 constat. Hæ squamæ sunt oblongæ, angustæ, mucrone reverso in medio præditæ. Anus caudæ propior. P. D. prima ante æquilibrium sita, alta, ossiculis 7 decrescentibus, quorum primum rigidum, compressum, lineare, validissimum, ante denticulos sursum vergentes & pone denticulos deorsum inflexos, membrana communis obtectos habet. P. D. secunda humilis, longa, adiposa. P. P. infimæ, longæ, angustæ ossiculis 9 decrescentibus. Primum eorum parum incurvum, similiter formatum ut primum pinnæ dorsalis primæ. P. V. abdominales, parvæ, ovatae, 7 rad. P. A. opposita piunæ dorsali secundæ radiis 12 instructa. P. C. magna admodum bifurca ossiculorum 17 majorum præter minora lateralia.

16. SILURUS, *Bajad*, pinnæ dorsi postica adiposa; cirris 8. *Forskål.* l. c. 66. Br. 5. D.  $\frac{1}{10}$ , o. P.  $\frac{1}{12}$ . V. 6. A. 12. C. 20.

Corpus pedale. Color corporis & pinnæ dorsalis adiposæ glaucus, reliquarum pinnarum rufescens. Caput obtusum, depresso. Maxilla superior longior, intus duplice arcu transverso denticulorum perimotorum. Cirri utriusque labii 4: in superiore laterales longissimi, ad medium pinnæ dorsalis adiposæ extensi: medii ante nares, capite breviores. Inferioris maxillæ cirri extremi, capite longiores. Caverna in utroque latere capitidis ante oculos. Supra pinnas pectorales aculeus fortis sub cute, retro spectans. Linea lateralis principio descendens, inde rectissima. Cauda recte protensa, versus apicem dilata cum pinna bifida. P. A. opposita dorsali adiposæ, quæ multo longior. Habitat in Nilo.

17. SILURUS, *electricus*, pinnæ dorsali unica, adiposa; cirris 6. *Gmelini L. N. S. reform.* 1354.

*Le Trembleur.* *Broussonet in Act. Paris.* anno 1782. Br. 6. D. o. P. 9. V. 6. A. 12. C. 18.

Caput depresso. Mandibulæ, denticulis acutis, confertis armatae. Labium superius cirris duobus, inferius 4 barba-

## ADDITAMENTUM.

ttim, quorum extimi longissimi. Corpus oblongum, lubricum, alepidotum, ante latissimum & depresso colore subcinericio, ad latera caudæ maculis nigricantibus aliquot notato. Habitat in fluvii Africæ.

Raja, *Torpedo*, pinna dorsali adiposa; corpore nigro maculato, cirris oris sex. Arabibus *Raasch.* *Forskål* l. c. pag. 16. D. o. P. 9. V. 6. A. 12. C. 18.

Corpus alepidotum, spithameale, latitudine duorum semis pollicum. Color dorso & capite fuscus, maculis nigris ad caudam pluribus. Latera albescentiæ maculis circularibus nigris lentis magnitudine. Abdomen album. Dorsum & caput depresso. Os in apice capitis truncatum, rectum. Dentes numerosissimi, conserti, utriusque maxillæ setacei. Tentacula ad os sex pollicaria; unum in utroque limbo labii superioris. Illis interjacent calli 4 elevati. In labii inferioris margine tentacula 4, e quibus exteriora paulo longiora. Oculi medii parvi, iride slava, pupilla nigra. Apertura branchialis linearis, obliqua, semipollicaris supra pinnas pectorales. Pechus planum. Anus paulo post medium corpus. Linea lateralis retta, media elatiuscula. P. D. adiposa lumbaris, pone rotundata maculis paucis nigris. P. C. fulca maculis nigris, margine rotundato rubro. P. P. obovatae, rubræ, maculis paucis nigris, unciam longæ, remotissimæ, spatio sesqui pollicari distantes. P. V. prope anum, semipollicem remotæ, lanceolatae, unciam longæ, rubræ. P. A. pollicaris pone rotundata, rubro, nigro maculata. Habitat in inferiori Nilo. Proprietatem tremitfaciendi possidet.

18. SILURUS, *Clarias*, pinna dorsali posticâ adiposa; anni radiis 11; cirris 6. L. S. N. 504. *Mus. Ad. Fr.* II. 98. D.  $\frac{1}{2}$ , o. P.  $\frac{1}{10}$ . V. 7. A. 11. C. 17.

Corpus nudum, molle. Caput durum, scabrum, osseum; substantia ossea postice exente ad pinnam dorsi, ubi emarginata & pone aperturam branchiarum osse acuminata. Cirri labii superioris ad finum oris solitarii, ad labium inferius 4. Dentes in maxilla superiore plurimi, in inferiore pauciores, rubri. Membrana branchiostega vix numeranda. P. D. prior radiis 7; primo semper erecto, fixo, rigido, alto, antice acie

## ADDITAMENTUM.

acie acuta, apice tam antice quam postice ferrato. P. D. posterior adiposa, longior; humilis P. P. radiis 10; primo osseo subulato, ferrato utrinque dentibus: extus antrorsum intus in spina ipsa retrorsum. P. V. radiis 7. P. A. radiis 11. P. C. radiis 17, bifurca, valde acuminata, lobo superiore longiore. Habitat in Nilo & in Brasilia.

Silurus, Scheilan, niloticus, pinna dorsali secunda adiposa. Hasselquist itin. 413. Br. 6. D.  $\frac{1}{7}$ , o. P.  $\frac{1}{9}$ . V. 7. A. 12. C. 23.

Silurus, Clarias, cirris corpore longioribus. Der Langbart, Bloch N. F. D. I. 247. tab. 35. fig. 1, 2. Br. 6. D. 8, o. P.  $\frac{1}{7}$ . V. 7. A. 11. C. 18.

## Varietates.

$\alpha$ . *Mystus* cirris sex-longissimis; appendice dorsi a pinna dorsali ad caudam extensa. Sebae thes. III. 84. tab. 29. fig. 5. D.  $\frac{1}{7}$ , o. P.  $\frac{1}{10}$ . V. . . . A. 12-13. C. 17. Vide Mantissa I.

$\beta$ . *Mystus* cirris 8, capite longioribus; pinna dorsali secunda longissima, a priore ad caudam ferme extensa. Gron. zooph. n. 388. tab. 8. fig. 6.

Vix differt a Siluro Claria nisi numero & longitudine cirrorum, qui octo sunt, 4 nempe in superiore totidemque in inferiore maxilla. Maximi cirri ad angulum oris vix capite duplo longiores existunt. Cauda bifurca lobis rotundatis, superiore longiore. Radius primus pinnarum pectoralium margine postico ferratus. Habitat in fluvio prope Halepum.

19. SILURUS, *Cous*, pinna dorsali postica adiposa, ani radiis 8; cirris octo; cauda bifurca. L. S. N. 504.

*Mystus* cirris 8, capite brevioribus; pinna dorsi secunda ovata. Gronov. zooph. n. 387. tab. 8. a. fig. 7. D.  $\frac{1}{7}$ , o. P. 9. V. 6. A. 8. C. . . .

Corpus latum prope caput plagioplateum ferme trigonum, versus caudam valde cathetoplateum, alepidotum, mucosum. Dorsum obsolete carinatum. Abdomen rotundatum. Caput plagioplateum, superne convexum, ante obtuso acuminatum, pone truncu crassius. Rostrum carnosum ante os prominet. Maxilla infera multo brevior supera. Denticuli in areis latis dispoliti, quarum unica in utraque maxilla transver-

## ADDITAMENTUM.

sim sita est. Lingua & palatum edentula. Oculi minimi, summi, medii, cute communi obtecti. Cirri 8 inæquales, capite breviores. Primum par 6 lineas longum, naribus superimpositum: secundum ad angulos oris 14 lineas longum: tertium par 9 lineas longum prope marginem maxillæ inferioris accretum; quartum 4 lineas longum inter tertium par locum obtinet. P. D. prima haud magna ante medium dorsi sita, radio primo spinoso. P. D. secunda adiposa, parvula, ovalis. P. C. bifurca. Color ex pallido argenteus, superne cinereis maculis marmoratus. Habitat in Syria.

20. SILURUS, *Dorcak*, pinna dorsali postica adiposa; ani radiis decem; cirris 8; radiis branchialibus 2. Br. 2. D.  $\frac{1}{10}$ , o. P.  $\frac{1}{12}$ . V. 6. A. 10. C. 18.

Corpus nudum ulnare. Caput depresso. Tentacula utrinque 4, exteriora longiora, extima labii superioris longitudine dimidii corporis; extima labii inferioris dimidio breviora. Dorsum convexum. Cauda bifida. Linea lateralis recta supra dimidium corpus. Color pisces cinereus subtus albidus. Radius primus pinnæ dorsalis & pectoralium pone dentatus, osseus, sed apice mollis. Habitat in Nilo.

21. SILURUS, *cataphractus*, pinna dorsali postica uniradiata; squamis ordine simplici; cirris 6; cauda integra. L. S. N. 506.

*Cataphractus americanus*. *Catesby carol.* III. tab. 19.

Callichthys cirris 6; lateribus unico squamarum ordine utrinque vestitus; cauda subrotunda. *Gronov. zooph.* n. 390. tab. 3. fig. 4. 5. *Mus. ichth.* p. 28. Br. 6. D.  $\frac{1}{5}$ ,  $\frac{1}{4}$ . P. . . . V. 6. A. 9. C. 19.

Corpus cathetoplateum, hic squamosum, illic alepidotum, bruneum, albo mixtum. Caput plagioplateum, pone trunco latius, superne osseum, super cerebrum autem inter oculos cutaceum, ubi macula albescens. Os terminale. Cirri 6 capite longiores. Duo ad angulos oris & 4 sub maxilla inferiore unico ordine dispositi. Rictus oblongus, angustus. Maxillæ æquales. Denticuli vix conspicui, conferti, recti in maxillis & faucibus. Oculi supremi, exigui. Dorsum usque pinnam dorsalem, latum, convexum & scuto osseo capitinis teclum, asurgens

## ADDITAMENTUM.

surgens, de hinc fit angustius. Linea lateralis ex uno ordine squamarum ossiculari numero 25 constat. Squamæ hæ angustæ, longæ, transversim sitæ, aculeo prælongo, recurvo, versus caudam directo, prominent. Pectus & venter plana. Anus submedius caudæ propior. Pinnæ dorsalis ossiculum primum longissimum quadrangulum rigidissimum undique aculeatum est. P. D. secunda lumbaris unico radio rigido, scabro, inermi instructa est. P. P. infimæ, horizontales, radio primo maximo compresso, incurvato, ad utrumque marginem ferrato. P. V. abdominales, minimæ, rotundatae. P. A. 9 radiata inter anum & caudam media. P. C. subrotunda ambitu ferrato. Vertebræ 24. Cottæ 6.

22. SILURUS, *Callichthys*, pinna dorsali postica uniradiata; squamis ordine duplice, cirris 4. L. S. N. 506.

*Callichthys*. *Linnæi Amoen. acad. I.* 317. tab. 14, fig. 1.  
Br. 3. D.  $\frac{1}{8}$ ,  $\frac{1}{4}$ . P.  $\frac{1}{7}$ . V. 5. A. 5.

Caput rotundum, antice depresso, superne variis suturis, in orbem positis, circum centralem squamam majusculam. Cirrus utrinque duplex ad sinus oris, quorum posterior longior, ambo vero capite longiores. Corpus compressum oblongisculum, ad latera modo utrinque duplice ordine squamarum, quorum alter supra, alter vero infra lineam lateralem. Squamæ hæ latissimæ 26, sublineares, margine subciliatae & postremæ juxta caudam triplici futura incisæ. Abdomen latiusculum, laxe, nudum. Cauda rotundata. Pinnæ dorsalis radius primus brevissimus antice scaber. P. D. secunda prope caudam parva, radio unico antice scabro, rigido, mutico. P. P. rotundatae radio anteriore crasso utrinque denticulato. P. V. utrinque juxta anum radiis 5, articulatis. P. A. prope caudam 5 radiis, anteriore scabro.

*Callichthys* cirris 4; lateribus duplice utrinque squamarum ordine vestitis. *Gronov. mus. ichth.* n. 70. Br. 3. D. 8, 1. P. 17. V. 7. A. 7. C. 14.

Plecostomus cirris quatuor longis. *Sebæ thes. III.* 87. tab. 29. fig. 13. D. 9,  $\frac{1}{4}$ . P.  $\frac{1}{6}$ . V.  $\frac{1}{6}$ . A. 7. C. 14. Vide *Mantiss. I. Tamoata. Marckgravii bras.* 151.

23. SILURUS, *undecimalis*, pinna dorsali unica radiis 11; cirris 8. L. S. N. 503. *Mus. Ad. Fr. II.* 97. D.  $\frac{1}{12}$ . P.  $\frac{1}{12}$ . V. 6. A. 11. C. 17. Caput

## ADDITAMENTUM.

Caput laxe depresso. Cirri 4 supra labium superius; 4 sub labio inferiore, quorum laterales superiores longitudine corporis. Corpus nudum. P. D. radiis 11 primo spinoso non ferrato. P. P. radiis 11, primo spinoso utrinque ferrato, flexili. P. V. radiis 6. P. A. radiis 11. P. C. radiis 11, valde bifurca & acuminata.

*Der Eilfstrahl. Mülleri L. S. N. IV. 295.*

24. SILURUS, *verrucosus*, cirris 6; corpore verrucoso, pinna ani parva radiis 6, cauda rotundata. *W.*

Aspredo cirris 6; corpore verrucoso; pinna ani parva; cauda rotundata. *Gronov. zooph. n. 325 & Mus. ichth. n. 153.* tab. 5. fig. 3. D. 5. P.... V. 6. A. 6. C. 10.

Figura corporis & capitis convenit cum Siluro Aspredine, verum ab illo difficit in quibusdam partibus. Cutis alepidota, verrucis perparvis levata. Caput, oculi, cirri, P. P. ut in Siluro Aspredine. P. V. parvae perpendiculariter sub pinna dorsali sitae. P. D. fere triangularis, inermis. P. A. parva medio inter pinnas ventrales & caudam sita. P. C. subrotunda, oblonga. Color bruneus albo varius. Longitudo 4 pollicum.

*Species adhuc dubiae.*

25. SILURUS, *cornutus*, pinnis pectoralibus inermibus; radio primae pinnæ dorsalis dentato. Massiliensibus Chardonneret. *Forskål descr. anim. p. 66.* D.  $\frac{3}{2}$ . 6. P.... V.... C. 9.

Piscis ovalis. a rostro ad caudam spithamalis. Rostrum rectum, compressum, apice parum recurvum, obtusum, dimidiis corporis longitudine, ab oculis dimensum. P. D. prima radiis 3 pungentibus, incipiens post medium dorsi: primus radius ad medium pinnæ caudæ extensus, cultratus, striatus rectus, acutus, subtus duplice ordine spinarum dentatus ultra dimidium. Ad basin pinnæ dorsalis secundæ corpus format angulum fere rectum, & pinna sita in declivitate radiorum 6. P. C. radiorum 9. Habitat in mari mediterraneo.

26. SILURUS, *chilensis*, *Luvur dictus*, pinna dorsali postica adiposa; cirris 4; cauda lanceolata. *Molinæ h. n. chil.* p. 199. & 307. Br. 4. D.  $\frac{1}{2}$ , o. P. 8. V. 8. A. 11. C. 13.

Piscis alepidotus utrinque bruneus, subtus abdomen albus. Caput grande. Rostrum obtusum cirris uti in Cyprino Barbato prædictum. Caro flava, sapidissima.

27. Si-

Pinnæ 3 in toto corpore, scilicet duæ Pectorales, & tertia Corpus cingens. Longitudo pedali major. Latitudo vix digiti transversi. Corpus admodum tenue. (c)

4. MUSTELA Lumpen Antwerpiaæ dicta. Ray p. 40.

Longitudo 8 digitorum. Corpus Cathetoplateo subteres varium. Cauda rubescens. Os magnum. Sulcus quidam lateralis à Capite ad Caudam pro linea laterali. Dentium unus ordo in maxillis. Lingua glabra. Oculi cute tecti. Iris flava.

Cirri nulli. Aperturæ Branchiarum exiguæ.

Pinna in dorso Unica, non procul à Capite incipiens, caudam ambiens ad anum definens, officulorum 180 circiter. Pectorales 18. Ventrals sub gula, 2 cirris seu officulis constant.

Meatus aliis ad anum, qui compressus humorem aqueum fundit. (d)

Hepar bilobum. Odor gravis.

+ MUSTELA vivipara. Schonev. p. 49. idem pisces est cum pag. 84.

Lumpen Antwerpianum, ut ex descriptione patet vid.

Schonveld. loc. citato. vide Blennium VI. Art. Syn. 45. (e)

5. PHYCIS Art. Syn. III. seu Tinca marina Auditorum.

Blennii generis cognatus pisces est.

Longitudo pedalis vel 17 digitorum. Corpus Cathetoplateum nigrescens. Caput rubescens. Squamæ exiguae.

ADDITAMENTUM.

27. SILURUS, inermis, japanensis. Belgis Weerlooze Meirval. Houttuyni in Act. Harlemonibus XXII. p. 338.

n. 27. Br. 6. D  $\frac{7}{7}$ , 11. P. 20. V. 6. A. 10. C. 13.

Corpus teres, microlepidotum. Caput valde depresso. Oculi magni, approximati, ut in Uranoscopo. Operculum duabus subtibus spinulis pone armatum. Mandibulæ edentulæ. Cauda rotundata, albo nigroque varia & similiter reliquæ pinnæ. Color corporis rubicundulus. Longitudo semipedalis.

Silurus, imberbis, capite imberbi. Gmelini L.S.N. 1361.

(c) Cepola Tænia L. Vide Nova Genera Linnæi.

(d) Blennius, Lumpenus. L.

(e) Blennius viviparus. L. a Blennio Lumpeno diversus.

guæ. Os amplum. Dentes in maxillis, palato & faucibus. Lingua glabra, lata. Oculi magni, cute tertiæ. Iris alba. Cirrus unicus sub mento.

Pinnæ dorsi 2. 1<sup>a</sup>. officulorum 10. 2<sup>a</sup>. 62, summo limbo nigro. Ani 56. Pectorales 12. Ventrals longæ, 2 officulorum. Cauda in extremo subrotunda.

Appendices plurimæ ad Pylorus. Vesica aërea tripartita. Locus: Italia. (f)

#### 6. SPHYRÆNA & Sudis Auditorum.

*Luzzo marino Livornensis & aliis Italies.*

Figura Lucii Fluvialis, sed corpus longius & teretius. Rostrum oblongum, ore clauso conicum. Squamæ exiguæ.

Maxilla inferior superiore longior, cuspidata. Dorsum fuscum, Venter argenteus. Rictus amplius. Os intus flavum. Oculi magni. Iris argentea.

Dentes in maxillis lingua & faucibus. Maxillares magnitudine inæquales. Areæ duæ oblongæ supra rostrum. Opercula Branchiarum amplissima.

Pinna Dorfi 1<sup>a</sup>. in medio Dorso, è fulco enata, aculeorum 5. 2<sup>da</sup>, officulorum 10 in apice indivisorum. Ani 10. Pectorales 13. Ventrals 6. præ 1<sup>um</sup>. ramosorum. Cauda admodum bifurca.

Ventriculus angustus, prælongus. Intestinum à pyloro ad Anum recta extensum. Appendices pylori 40 circiter. Vesica aërea longa, dorso adhærens. Longitudo 18 digitorum. Caro suavis & sicca.

Locus: Italia, in variis Locis. Oceano videtur deesse. Scombris admodum affinis est. (g)

#### ADDITAMENTUM.

(f) Vide supra Gadum bifurcum.

(g) Esox Sphyræna L.

NOVA GENERA  
POST  
ARTEDI OBITUM  
AB  
ALIIS AUCTORIBUS CONSTITUTA.

*Artedi Genera.*

Dd d<sup>r</sup>



# NOVA GENERA KLEINII.

Naturalium indefessus scrutator Kleinius, cui systema Ardei, tunc novum & nomina generum, ab illo stabilita dispicebant, suum proprium construxit systema, aliisque generum nominibus græcanicis, minus notis, usus est. Exinde genera illa tanquam nova consideranda sunt.

Pisces vel potius Animalia aquatica, pinnis natantia, generatim in tres ordinavit classes, quarum prima pisces pulmonibus respirantes; secunda branchiis occultis, & tertia branchiis, apertis præditos comprehendit. Vide schema hujus systematis, in Parte II. *Artei renovati* pag. 131. & *Kleinii M.* 2. p. 7. *M.* 3. p. 4. *M.* 4. p. 8. *M.* 5. p. 3. & 78.

## CLASSIS I.

PHYSETERES germanice *Bläser*, quia foramine aut fistula in summo capite aquam resorptam, cum impetu rejiciunt.

1. BALENA, der *Walfisch*: Corpus grandissimum. Os edentulum laminis corneis obseptum, vel in quibusdam ad maxillam inferiorem dentatum. Caput maximam, tertiam propemodum partem corporis obsolvit. *Miss.* 2. pag. 10. (Balenæ & Physteres. Linnæi).

2. NARWHAL, das *Einhorn*: Caput minimum. Os unico dente exerto armatum. *Miss.* 2. p. 12. (Monodon L.)

3. DELPHAX, das *Meerschwein*: Corpus tripinne. Caput in rostrum porcinum exiens. Utraque mandibula dentata. *M.* 2. p. 21. (Delphini genus L.)

## CLASSIS II.

### PISCES BRANCHIIS OCCULTIS.

Scilicet sine dissectione non conspicuis.

#### I. AD LATERA PINNATA.

(\*) *Spiraculis quinque.*

4. CYNOCEPHALUS, der *Hundeskopf*: Caput rostratum. Os longitudinaliter fissum, horride dentatum. Rostrum os superans. *Miss.* 3. p. 5. (Squalus Caccharias & glaucus L.)

Dd dd 2

5. GA-

5. GALEUS. *Der Spitznase.* Caput rostratum. Os transversale, primum. *Miss.* 3. p. 7.

6. CESTRACION. *Der Grobschmidt.* Caput mallei ad instar transversum. Oculi in utraque ejus extremitate siti. Os primum transversale. *M.* 3. p. 12. (*Squalus Zigæna & Tiburo. L.*)

7. RHINA. *Der Engelsh.* Caput depresso. Os in extremitate. *M.* 3. p. 13. (*Squalus Squatina. L.*)

Hæc 4 genera in unum genus Squali Artedi contulit.

\*\*) *Spiraculo unico.*

8. BATRACHUS. *Der Froschfisch.* Corpus quasi pedatum. *M.* 3. p. 15. (*Lophius L.*)

9. GRAYRACION. *Der Kropffisch.* Corpus strumosum. *M.* 3. p. 18.

(Ostracionis, Tetrodontis & Diodontis genus Linnæi & species quædam Syngnathi sub hoc congregata sunt.)

10. CAPRISCUS. *Der Maus - Bocks - Maul.* Corpus compressum; cute nuda, asperita. Branchiæ quaternæ, modicula scissura perviæ. Aculei in dorso, membrana juncti, plerumque tres. *M.* 3. p. 24.

(A Linnæo & Artedi Ballistes vocatur.)

11. CONGER. *Die Aalschlange.* Corpus teres pinnis pectoralibus præditum. *M.* 3. p. 26. (Muræna quædam Species. *L.*)

## II. AD LATERA APENNIA.

\*) *Spiraculo unico.*

12. MURÆNA. *Die Murane.* Corpus anguillæforme, pinnis branchialibus (†) & ventralibus carens. *M.* 3. p. 28.

\*\*) *Spiraculis septem.*

13. PETROMYZON. *Der Neunauge:* Corpus anguillæforme.

*Branchiis occultis 8<sup>3</sup> spiraculis 5 in thorace.*

## I. CAUDA LAEVI.

14. NARCACION. *Der Krampffisch.* Cauda laevis pinnata. *M.* 3. p. 31. *Raja Torpedo. L.*

15. RHI-

(†) Pinnæ branchialis ab aliis pectorales nominantur.

15. RHINOBATUS. *Der Engelsray.* Caput & anteriora raja & posteriora squatinæ similia. Os in prona parte ut raja. Cutis aspera. Pinnæ quinque prout Naracion. Cutis velut arenulis adpersa. M. 3. p. 32.

16. LEILOBATUS. *Der Glattray.* Corpus læve, raja-rum in modum attenuatum. Cauda non aspera spinis, quandoque unico, vel duobus radiis osseis praedita. M. 3. p. 32.

17. DASYBATUS. *Der Brumbeerschwanz.* Cauda aspera spinosa ad instar rubi sentis. M. 3. p. 34.

### CLASSIS III.

#### PISCES BRANCHIIS APERTIS.

##### I. Series a partibus notabilibus & corpore anguillæformi.

###### FASCICULUS I.

*Capite et ventre notabilis.*

18. SILURUS. *Der Wels:* Caput depresso. Rictus & venter amplissimi. Os cirrosum. Corpus post anum strictius. M. 4. p. 9.

###### FASCICULUS II.

*Notabiliter rostrati, ore vario.*

\*) *Ore edentato sub rostro solido.*

19. ACIPENSER. *Der Stöhr.* M. 4. p. 11.

(Chimæram, Callorynchum ex defectu cognitionis huic generi subjunxit.)

\*\*) *Ore fisso.*

20. LATHARGUS. *Der Seewolf.* Rostrum retusum. Rictus vastus. Dentes horridi. M. 4. p. 16. (Anarichas L.)

21. XIPHIAS. *Der Schwerträger.* Mandibula superior in rostrum notabile exiens; inferiore brevi, triangulati, mucronata. M. 4. p. 17.

22. MASTACCEMBELUS. *Der Wurffspies.* Mandibula inferior ultra superiorem producta. M. 4. p. 21. (Elocis species L.)

23. PSALLISOSTOMUS. *Die Zangenschnauze.* Mandibulæ æqualiter rostratae. Rostrum forcipatum longum. Os denticulatum. (Elocis species L.)

\*\*\**Ore in rostri tubulosi extremitate.*

24. SOLENOSTOMUS. *Die Röhrfischnautze.* Caput in rostrum tubulosum protensum. Os simum, operculo, inferne adnato, clusile. Opercula branchiarum membranacea. *M. 4.* p. 23. (Syngnathi & Fistularia *L.* subsunt.)

\*\*\*\**Capite et cauda rostratus.*

25. AMPHISILEN. *Der Janusfisch.* Caput rostratum: Cauda rostriformis recta, aculeo adunco terminata. *M. 4.* p. 28. Est Centriscus scutatus: *L.*

## FASCICULUS II.

*Notabiliter plani et oculati.*

\*) *A dextro latere.*

26. SOLEA. *Die Zunge.* Branchiæ constrictæ. Corpus longiusculum. *M. 4.* p. 30.

27. PASSER. *Der Flunder.* Corpus oblique quadratum. Caput productius, quam in Solea & Rhombo. *M. 4.* p. 32.

\*\*) *A latere sinistro.*

28. RHOMBUS. *Die Botte.* Corpus rhomboidale. Lateralia fere æqualia; anguli autem inæquales. Caput magis latum & contractum, quam productum. *M. 4.* p. 30.

\*\*\**Utrinque oculati.*

29. RHOMBOTIDES. *Der Bott-Bastard.* Corpus planum utrinque oculatum specie rhomboidali. Ducta linea a capite ad caudam, pars corporis dorsalis arcuata, prout in Rhombo, amplior appetat ventrali corporis parte. *M. 4.* p. 35. (Species Teuthidis & Chetodontis *Liunæi.*)

30. TETRAGONOPTERUS. *Der Flunder-Affe.* Corpus planum figura ad passerem accedens. Ducta linea a capite ad caudam corpus in duas partes, propemodum æquales, dividitur. *M. 4.* pag. 37. (Species quædam Chætodontis & Zei hoc genere comprehenduntur.)

31. PLATIGLOSSUS. *Der Zungendrescher.* Corpus planum, lingulatum figura ad Soleam accedens. *M. 4.* pag. 40. (Chetodontis & Labri species esse mihi videntur.)

## FASCICULUS IV.

*Thoracati sive Loricati.*

32. CATAFRACTUS. *Der Kuraffirer.* Corpus loricatum & caput galeatum. *M. 4. p. 41.* (Cotti, Trigla & Siluri species *L.*)

33. CERYSTION, *Der Helmfish.* Galea sive crusta ossea capitis valida, ad instar cranii quadrati, scabra plerumque cassidibus fortibus armata. Truncus corio granulato, non squamo-vestitus. *M. 4. p. 45.* (Species quædam Triglæ, Cotti, Trachini, Callionyini. *L.*)

34. CENTRISCUS. *Der Pikenier.* Aculei dorsalis distincti. Quibusdam caput galeatum est. *M. 4. p. 48.* (Gasterosteï & Siluri species *Linnæi.*)

## FASCICULUS V.

*Tenaciter adhaerentes.*

35. ONCOTION. *Der Klebpfost.* Corpus tumefactum, sterno omnibus corporibus aliisque piscibus adhærens. *M. 4. p. 49.* (Est Cyclopterus *Linn.*)

36. ECHENEIS. *Der Stopffisch.* Corpus productum. Superior capitis pars adhærescens. *M. 4. p. 50.*

## FASCICULUS VI.

*Anguillaformis branchiis apertis.*

37. ENCHELIOPUS. *Der Aalbastart.* Pinna dorsi longa in quibusdam; & in aliis pinna dorsalis brevis. *M. 4. p. 52.* (Variorum generum, nempe Trichiuri, Ophidii, Ammodytis, Cepolæ, Blennii, Gadi, Cobitidis & Cyprini species *Linnæi* sub hoc genere ordinatæ sunt.)

## FASCICULUS VII.

*Tripterus.*

38. CALLARIAS. *Pamuchel.* Pinnis dorsalibus revera trinus; ventralibus thoracicis; duabus caudalibus; ano prominulo; capite coniformi, barbato vel imberbi; ore denticulato; linea laterali plus minusve arcuata; corpus laxe squamu-sum colore vario. *M. V. p. 4.* (Gadi genus *L.*)

## FASCICULUS VIII.

## Pseudotripterus.

39. PELAMYS. *Thun-Makrele.* Post secundam pinnam dorsalem versus caudam, item post pinnam analem, aut penicillis filamentosis aut pinnulis cutaneis triangularibus 5 vel 8 vel 10; pinnis ventralibus sub thorace. *M. 5. p. 10.* (Scomber *L.*)

## FASCICULUS IX.

## Dipterus pinnis dorsalibus revera duabus.

40. TRUTTA. *Die Föhre.* Pinna dorsali altera cutacea; Ore vel dentato vel edentulo. *M. V. p. 16.* (Salmo *L.*)

41. MULLUS. *Die Mulle.* Pinnis dorsalibus radiatis plus minus aculeatis. Capite inermi, glabro, valde declivi, compresso, barbato vel imberbi; maxillis scabris; dorso plano, lato; colore flavo aut rubro, maculis nigris, aut argenteo, maculis cyaneis distincto; squamis densis, deciduis.

42. CESTREUS. *Die Meeräfche.* Squamis ad nares usque innascentibus vestitur. Ore est parvo, edentulo, rotundusculo. *M. V. p. 23.* (Sciænæ unam speciem & alias quasdam Mullilis generis *Linnæi* comprehendit.)

43. LABRAX. *Der Seewolf.* Pinnas tot habet, quot Cestreus & Mullus; squamas ferratas; os magnum denticulis tenuissimis, confertis. *M. V. 25.* (Perceæ & Esocis speciem huic generi supposuit.)

44. SPHYRÆNA. *Der Pfeilfisch.* Corpus spissum sed castigatum. Caput productum; rostro cuneato; ore rescisso. Mandibula superior obtusa, brevior. Dentes acutissimi. Oris hiatus longissimus. Linea lateralis squamis mira arte contexa. *M. V. 26.* (Esocem Sphyraenam & Barracudam supposuit.)

45. GOBIO. *Der Rockfisch. Wapper.* Piscis marinus pinnis ventralibus coadunatis; cauda rotundata; ore denticulato; capite crasso, cervice lata. *M. V. 26.* (Gobius *L.*)

46. ASPERULUS. *Der Zindelzüngel. Strever.* Ex squamis parvis, elevatis asper; ventre æqualiter in caudam gracilescere; capite macro, superne & ad latera presso; pinnis in dorso aculeatis, æqualis magnitudinis. *M. V. 28.* (Est Perca Zingel *Linn.*)

47. TRICHIDION. *Der Haarfisch.* Dorsum dipterygium. Pili ex pinnis pectoralibus vel ex squamis. M. V. 29. (Unicam speciem adhuc minus notam, neque Piracoabam *Marcgravii* subjecit.)

### FASCICULUS X.

#### *Pseu d o d i p t e r u s.*

Hic ordo pisces acantopteros, qui ante pinnam dorsalem, caudæ proximam, aculeis nulla membrana communi combinatis & cristatos pinnulis in capite pisces continet.

48. GLAUCUS. *Der Blauling.* Aculeis Pseudodipterus. (Scombri & Gasterosteï species quædam subsunt.)

49. BLENNUS. *Der Stocknarr.* Pinnulis Pseudodipterus. Caput altum sed contractum. Oculi grandes, summi. In superiori parte pinnulae vel cutacei processus. Pinna dorsalis longitudinalis. M. V. 31.

### FASCICULUS XI.

#### *Mono pterus.*

Pinna dorsali revera unica 1) longa interrupta, aut sinuosa, aut coæquata; 2) brevi vel media vel remota.

50. PERCA. *Der Parßch.* Pinna unica, longa, interrupta. (Huius generi quasdam Percas, Sciænas & Sparos L. subjecit.) M. V. 35.

51. PÉRCIS. *Der Kaulparßch.* Pinna unica, longa, sinuosa, continua; medietate antice spinis suffulta, postice radiis mollibus inermi, in concursu sinum plus minus altum formantibus. M. V. 39. (Species quædam generis Percæ, Labri, Spari & Cotti L. subsunt).

52. MÆNAS. *Der Parßch-Bastart.* Pinna unica dorsalis longa, coæquata; radiis ad summum 24, prioribus duris & posterioribus mollibus. Denticuli plures acuti in utraque maxilla, labiis coniecta. Caput productum. Corpus colore vario, vel maculis, plerumque lineis in lateribus. M. V. 44. (Species nonnullas Spari, Labri, Blennii & Percæ continet.)

53. CICLA. *Das Drosselmaul.* Pinna dorsi longa, coæquata. Corpus spissum vel quadantenus complicatum (i. e. rompessum.) Caput productum. Os satis fissum, acutis dentibus

instructum. Cauda complicata. Mandibula superior adeo mobilis est, ut supra inferiorem exseri & recurvari, rursusque ad Iubitum sub ossea cranii parte recondi possit. M. V. 46. (Labri & Spari species subsunt.)

54. SYNAGRIS. *Der Meerbrassem.* Pinna longa, coæquata, uno vel pluribus spinis armata. Dentes acuti plerumque ferrati. Labia carnosa. Oculi magni. M. V. 49. (Species Spari & Labri, Teuthidis unamque Coriphænæ L. comprehendit.)

55. HIPPURUS. *Der Schwänzel.* *Der Doracke.* Pinna dorsi coæquata, longissima, a summo retuso & in altum educato capite ad caudam usque protensa. Pinnæ branchiales (*nunc pettorales appellatae*) latæ; ventrales angustiores. Corpus productum, latum & plus minus compressum; dorso cutellato; ano medio. Os acute denticulatum. M. V. 55. (Coryphænæ & Blennii species subsunt.)

56. SARGUS. *Der Breitzahn.* Dentes in utraque mandibula lati; vel in inferiore tales & obtusi, in superiori autem tales & ferrati. Dorsum repandum; venter prominens. M. V. 56. (Spari & Labri species subsunt.)

56. CYPRINUS. *Die Karpe.* Pinna dorsi longa, coæquata, unico aculeo hamato fulta. Labra carnosa. Pinna ani brevis. Os edentulum, Ossa in gula loco dentium. M. V. 58.

58. PROCHILUS. *Butzmaul.* Os edentulum labris prominentibus. M. V. 60. (Speciem Latjoni & Holocentri Blochii continet.)

59. BRAMA. *Der Bradem, Bressem.* Pinna brevis ad medium dorsi. Pinna ani longior. Corpus latum & spissum. Os edentulum. M. V. 61. (Cyprini species quædam.)

60. MYSTUS. *Der Wanzenfisch.* Corpus castigatum, barbatum. Pinna dorsi, cuius radius secundus spina curvata & ferrata est, pinnæ ventrali exacte opposita jacet. M. V. 63. (Est Cyprinns Barbus Linnæi.)

61. LEUCISCUS, Schwall, Rettel, Rappe, Geister. Corpus castigatum, in longitudinem productum, imberbe, argenteum vel albicans, dorso & ventre æqualiter arcuato, rotundiore. Pinnæ plerumque albislimæ in quibusdam rubentes. Os edentulum imitantis dentium in faucibus M. V. p. 64. (Cyprini species quædam.)

62. HARENGUS. *Der Heering.* Corpus argenteum, lateraliter plus minus pressum & productum, dorso lato, ventre plerumque admodum cutellato. Os sursum spectans. Pinnae 6 breves exiles; ventrales e diametro dorsali oppositæ. M. V. 10.

63. LUCIUS. *Der Hecht.* Monopterus, pinna brevi caudæ proxima. M. V. (Esocem; Lucium; Cyprinum cultatum; Gasterosteum saltatricem & Exocetum evolantem illi supposuit.)

### FASCICULUS XII.

#### *Pseu domonop terus.*

64. PSEUDOPTERUS. *Der Flossen-Bastart.* Pinnatum dorsale vel & reliquarum loco radii discreti sine membrana communi uniente. M. V. 75. (Gasterosteus volitans LINNÆI.)

### NOVA GENERA LINNÆI.

#### A M P H I B I A, N A N T E S.

##### *Chimæra generis Charakter.*

LINNÆI: Spiracula solitaria quadripartita sub collo; oris labium superius quinque partitum. Dentes primores incisores bini supra infraque. S. N. 401.

GME LINI: Caput acuminatum. Spiracula solitaria, quadripartita sub collo. Os sub capite; labio superiore quinquepartito. Dentes primores incisores bini supra infraque. Corpus productum, aculeo dorsi solitario; cauda in setam desinente; reliquo corpore longiore. L. S. N. reform. 1488.

BLOCHII: Aculeus dorsalis solitarius.

1. CHIMÆRA, *monstrosa*, rostro subtus, plicis pertusis. L. S. N. 401.

Corpus teretiusculum, lave, flavescentia. Caput venosum, punctis excavatis, concatenatis, communicantibus. Oculi grandes. Maxilla superior dentibus 2 incisoribus & 2 molaribus, triangonis, interioribus. Maxilla inferior lamellis 2 ossibus. Spiracula solitaria, intus quadrifida. P. D. prior triangularis ferrata. P. D. posterior humilis fere ad caudam extensa. Cauda corpore sesquialongior, lanceolata, subtus pinnata, desinens in filum. Mas penibus 2. Habet in capitib. vertice cirrum brevissimum,

Eee 2 apice

apice penicilliformi, cincto aculeolis & in abdomine ante pinnas ventrales pedicellos 2 brevissimos, unguiculatos.

*Chimæra*. Suecis *Vidunder-Fisken*, *Ap-Fisken*, *Mus. Ad. Fr. I.* pag. 53. tab. 25.

*La Chimere*. Danis *Sölohaaen*. *Aſcanii icon.* tab. 15.

*Seekatze*. Danis *Hav-Kat*. *Gunneri in Aſt. Nidros.* II. 248. tab. 5. & 6.

*Fis-Galte*, s. *Guul-Haae*. *Stræm fundm.* I. 289.

*Chimæra monſtroſa* cauda filiformi. *Die Seeratze*. *Bloch N. A. F. I.* 61. tab. 124.

*Callorinchus, atlanticus*, pinna dorsali secunda linearis; rostro subadſcendente, acuminato. *Gronovii Aſt. Helv.* VII. 52.

*Gedrochtelyke Zeedrak*. *Houttuyni h. n. I.* pars 6. p. 525.

*Der Pfeildrache*. *Müller L. S. N.* III. 275.

2. *CHIMÆRA, præcisa*, fronte compressa, rostro prominente nullo. *W.*

*Callorynchus, americanus*, pinna dorsali secunda linearis; fronte compressa; retusa; rostro nullo. *Gronovii in Aſt. Helvet.* VII. 49.

*Piscis Oceani Americani incola, cartilagineus, teretiusculus, oblongus, a capite sensim gracilescens versus apicem caudæ. Caput parvum, inuticum, compressum, antice retusum, carinato- contractum, fronte summa rotundata compressa; superne est angustius, inferne ad branchias inflatum ac latius. Utrinque ut in congeneribus futuris ornatum. Rostrum prominens nullum. Os in apice anguloque inferiore capitum situm, angustum. Oculi in mediis summisque capitum lateribus prominenti maximi, cute capitum communis obiecti. Dentes prominenti maximi latissimi truncati, striati, conniventes, contigui, bini in maxilla superiori & totidem remoti in inferiore. Apertura branchiarum utrinque unica, subtus ante pinnas pectorales patentissima. Opercula branchiarum membranacea. Dorsum cum summo capite æquale, rectum, carinato- contractum. Latera angustata, convexa, medio inter pinnas pectorales & ventrales, latissima, capitum altitudinem æquantia sensim versus caudæ apicem contractissima evadunt. Abdomen inter pinnas ventrales pectoralesque rotundum, prominens. Anus inter pin-*

*nas*

**nas ventrales situs.** Linea lateralis atque cartilagineæ pinnæ ut in Chimæra a Cl. Linnæo in Museo Adolphi Friderici descripta. Pinnæ pectorales admodum magnæ atque ample, in imis pectoris lateribus sitæ, lanceolatae inermes. Pinnæ ventrales invicem approximatæ, lanceolatae, satis insignes ad latera ani sitæ muticæ, ori multo propiores, quam apici caudæ. Pinnæ dorsibinæ, totum dorsum occupantes; harum anterior elevatissima triquetra, mox post caput sita, armata radio primo rigido. Posterior mox post anteriorem oritur, linearis, triplo humilior præcedente, longissima, ad caudæ pinnam procurrens, quam Cl. Linnæus tertiam pinnam dorsalem erronae nuncupat. Pinna analis nulla. Caudæ lobus superior est proprie continuatio prælonga subulataque corporis, utrinque pinnata, pinna superiore tres lineas a pinna dorsali posteriore emergente, eaque parum humiliore & versus apicem evanescente; pinna vero quæ hunc lobum subtus obtagit, parum major est ea, quae superne conspicitur. Lobus caudæ inferior exiguus, lobo superiore humilior: eique subtus adeo adnatus, ut vix pro lobo distincto haberi possit, extremitati pinnae dorsalis secundæ diametraliter oppositus. Cutis nuda, glabra. Longitudo fere sesquipedalis.

Centrinas. *Aldrovandi de piscibus lib. 3. cap. 41.*

3. CHIMÆRA, *Callorynchus*, rostro subtus; labro inflexo, lævi. *L. S. N. 402.*

*Callorynchus, elephantinus.* *Gronov. Mus. ichth. I. 59.*  
*tab. 4.*

Piscis cathetoplateus, oblongus, alepidotus, argenteus superne aureus. Caput tunc initio æquale, a dorso declive convexum, a lateribus planum, cute laxa tectum, variis lineolis ornatum. Rostrum protractum quasi uncinatum; membranaceum, acutum duabus partibus constructum. Primo cutis capitis protrahitur per longitudinem 7 linearum, eaque in exertu satis lata & quo longius a capite recedit. eo latior evadit, ibique admodum compressa & inferne poris plena est; secundo, alia pars membranacea obverse cordata parti priori transversim affixa est. Os inferum angustissimum, labiatum. Dentum loco tubercula aspera in maxillis. Nares inferæ sub rostro. Oculi supremi mediocres, ovales iride argentea pupilla

perpendiculariter ovata. Opercula branchiarum fere unidique clausa inferne ante pinnas pectorales parvo foramine hiant. Dorsum a capite sensim declive, convexum, angustum ante & post pinnam dorsi secundam utrinque uno minimorum aculeorum ordine instructum; Venter latus & planus. Anus caudæ propior inter pinnas ventrales. Ante hunc propendebat penis 7 lineas longus & 4 lineas latus. Linea lateralis supera, dorso fere parallela. P. D. prima scapularis, triangularis, altior quam longa cartilagineis radiis instructa, excepto primo osseo, ante glabro & pone bifurcam ferrato. P. D. secunda lumbaris, triangularis, longior & humilior prima. P. P. sub thorace sibi approximatæ, maximæ triangulares. P. V. fere triangulares parvæ ad utrumque latus ani sitæ. P. A. nulla. P. C. inæqualiter biloba, cujus lobus superior vel potius posterior longissimus, acuminatus, extremitatem subulatam caudæ superne & inferne amplexat; lobus inferior sive anterior minimus, rotundo-oblongus, posteriori ad basin adjunctus est. Longitudo tota 9 unciarum & 8 linearum. Habitat in mari pacifico.

*Poisson cotq. Pejegalio. Demoiselle, ou Elephant. Frezier Voyage I. 211. tab. 17. fig. 1.*

*Elephant-Fish. Ellis itin. Cook. I. p. 18.*

*Haanvisch Houttuyni h. n. I. pars 6. p. 526.*

*Der Seehahn. Mülleri L. S. N. III. 276.*

### *Tetradontis generis character.*

**LINNÆI.** Maxillæ ossæ, porrectæ, apice bipartitæ. Aertura linearis. Corpus subtus muricatum. Pinnæ ventrales nullæ. *L. S. N. 410.*

**GOÜANI:** Corpus subtus muricatum sèpius. Caput parvum. Dentium loco ossa maxillaria porrecta, nuda, bipartita. Apertura branchialis linearis, lateralis juxta pinnas pectorales. *Hist. pist. 109.*

**BLOCHII:** Dentes lati bini in unaquaque maxilla. *Stachelbüche. N. A. F. I. 120.*

**I.** **TETRODON,** *teſſindineus*, abdomine plano, laeviore; dorso futuris curvis, albis picto. *L. S. N. 410.*

Corpus supra scabriuscum, subtus punctis pertusum, intra quæ aculei latent.

Ob-

Ostracion oblongus, glaber capite longo, corpore figuris variis ornato. *L. Amæn.* I. 309. tab. 14. fig. 3. D. 6. P. 14. A. 6. C. 9.

Ostracion, Tetrodon subrotundus, dorso lineis nigris, variis: aculeis brevissimis undique. *Sebæ thes.* III. 60. tab. 24. fig. 1. Vide *Mantiss.* I.

Tetrodon, testudineus, corpore oblongo; maxilla superiore prominente. *Der Schildkrötenfisch.* *Bloch. N. A. F.* I. 123. D. 10. P. 20. A. 8. C. 8.

Caput permaguum superne latum, ante declive & obtusum. Rictus parvus, Labia crassa. Oculi parvi, pupilla nigra & iride rubra. Maxilla supera longior infera. Apertura branchiarum lunata, remota ad basin pinnarum pectoralium. Color capitis & corporis e rufo fuscus vittis incurvis irregularibus, maculisque cæruleis variegatus, sub ventre albidus. Pinnae omnes rotundatæ, croceæ ad extremitatem subfuscæ. Habitat in utræque India.

2. TETRODON, *Honkenii*, maxilla inferiore longiore. *Der getiegerte Stachelbauch.* *Bloch. N. A. F.* tab. 143. D. 8. P. 14. A. 7. C. 7.

Caput parvum fronte declivi. Maxilla infera longior supera. Nares simplices, tubulosæ. Oculi parvi, pupilla nigra, iride subcærulea. Dorsum rectum, convexum, spadiceum, maculis gilvis notatum. Latera superiora spadicea cælio maculata scabra. Abdomen & latera inferiora alba, spinis brevissimis exasperata. Linea lateralis ab oculis assurgens, dorso dein paralela. P. D. lumbaris, trapezoidea, fusca. P. A. dorsali similis & opposita. P. P. mediocres, rotundatæ, fuscae, versus marginem cærulescunt. P. C. rotundata, fusca. Habitat in India orientali.

*De kaapsche Opblaazer.* *Houttuyni h. n.* I. pars 8. pag. 482. tab. 69. fig. 2. D. . . . P. 14. A. 6. C. . . .

Color in dorso fuscus maculis albidis distinctus. Abdomen & latera sordide alba, spinulis aspera.

*Der capische Bläser.* *Müller's L. S. N.* III. 314. tab. 9. fig. 2.

3. TETRODON, *lagocephalus*, abdomine aculeato, corpore laxe; humeris prominentibus. *L. S. N.* 410.

Ostracion cathetoplateus, oblongus ventre tantum aculeato & subrotundo. *Artedi gen.* 58. *L. Amœnit.* I. 310. tab. 14. fig. 4. D. 9. P. 17. A. 9. C. 7. *Seba thes.* III. 58. tab. 23. fig. 5.

Tetrodon, lagocephalus aculeis stellas efformantibus in ventre. *Der Sternbauch.* *Bloch. N. A. F.* I. 126. tab. 140.

*The Globe Diodon.* *Pennant. br. zool.* III. 129. tab. 20.

Orbis lagocephalus. *Seba thes.* III. 59. tab. 23. fig. 6. Vide *Mantissam* I.

4. TETRODON, *Spengleri*, cirtis plurimis. *Der Zottensfisch.* *Bloch. N. A. F.* I. 135. tab. 144. D. 8. P. 13. A. 7. C. 8.

Caput magnum. Oculi parvi, pupilla nigra, iride flava. Nares tubulosæ, oculis propiores. Rictus perparvus. Maxillæ æquales. Frons lata, declivis. Dorsum convexum humiliter arcuatum. Trunci latera cirrosa. Linea lateralis in exortu sub oculis incurva ad dorsum assurgens, cui est paralela. Color fundamentalis capitis, dorsi & laterum est subruber fusco maculatus præsertim in medio laterum series recta macularum rotundarum fuscuarum magnarum conspicitur. Pinnæ omnes parvæ cinereæ, inter quas dorsalis & analis lumbares, trapezoideæ & P. P. cum caudali rotundatae sunt.

5. TETRODON, *lineatus*, fasciis longitudinalibus fuscis pallidisque. *L. S. N.* 411. *Mus. Ad. Fr.* II. 55. D. 11. P. 18. A. 9. C. 11.

Corpus nudum, molle. Fasciæ fuscæ & pallidæ alternæ, incipiunt a pinnis pectoralibus & ducunt longitudinaliter, secundum latera fusca, versus postrema corporis. Abdomen admodum gibbum & hispidum. Dentes duo supra & totidem in ore infra. Linea lateralis mirabilis. Habitat in Nilo.

Tetrodon, *lineatus*, ventre prominente, capite elevato. *Der gestreifte Stachelbauch.* *Bloch N. A. F.* I. 128. tab. 141. D. 12. P. 19. A. 9. C. 12.

Tetrodon, *Fahaka*, corpore teretiusculo; abdomine inflato, utrinque aculeato, infra anum glabro. *Hasselquist Itin.* 441. Br. 4. D. 12. P. 21. A. 9. C. 11.

Tetrodon, *lineatus*. *Arabibus Fahaka.* *Forskål desc. an.* 76. D. 12. P. 19. A. 9. C. 10.

*Gestripte Steckelbuyk.* *Houttuyni h. n.* I. pars 8. p. 384. 6. Te-

6. TETRODON, *rostratus*, maxillis porrectis. *Der Schnabelfisch.* Bloch. N. A. F. II. 8. tab. 146, fig. 2. Br. 1. D. 9. P. 16. A. 8. C. 10.

Maxillæ æquales, porrectæ. Frons declivis. Rostrum turbinatum. Oculi magni, summi prope verticem. Pupilla nigra, elliptica. Iris rubella. Truncus compressus, ovato-oblongus in dorso & anteriore parte abdominis tantum spinosus, cæterum glaber. Anus capiti propior. Linea lateralis inconspicua. P. D & A. lumbares, oppositæ, rotundatae. P. P. breves, retusæ, latiores quam longæ. P. C. modica, rotundata. Color corporis superne obscure cinereus, inferne albus. Pinnæ ebrunneo flavent. P. C. in extremitate insulcata. Fasciæ transversæ spadiceæ supra rostrum & lineæ spadiceæ radiatim directæ circa oculos conspicuntur. Habitat in India.

7. TETRODON, *hispidus*, totus hispidus; papillis setaceis. L. S. N. 412.

Ostracion tetrodon ventricosus; corpore toto muricato. *Lagerstræm in Amænit.* IV. 247. D. 8 - 9. P. 17 - 18. A. 10. C. 10.

Corpus ovatum, ventricosum, tectum undique, excepto ore & cauda, setis rigidiusculis, brevissimis, obtusiusculis: insuper supra fuscum, subtus pallidum. Labia crassa. Dentes primores duo & totidem infra. Oculi rotundi, palpebris crassiusculis. Narium loco utrinque duo ramenta cutacea, oblonga, compressa, paralela. P. D. versus caudam sita. P. P. brevissimæ, latæ & obtusæ pone rimam respirationi dicatam. P. A. opposita pinnæ dorsi, ejusdem magnitudinis. P. C. rotundata. Cauda brevis pone pinnam dorsi & ani. Habitat in China.

Tetrodon, *hispidus*, ventre prominente; fronte plana. *Der Seekröpfer.* Bloch. N. A. F. II. 130. D. 9. P. 18. A. 10. C. 10.

Corpus breve vel ventre inflato, crassissimum. Caput parvum, fronte plana. Labia crassa. Nares haud procul ab oculis. Oculi parvi, pupilla nigra & iride aurea. Dorsum convexum; cauda brevis & parum compressa. Totum corpus præter caudam spinulis scabrum. Pinnæ omnes parvae.

**cinereæ.** Color corporis fundamentalis griseus in dorso subfuscus, qui in lateribus adintar fasciarum imperfectarum varie distensus est.

Tetron hispidus. *The Toadfish.* Schæpfii in Schriften N. Fr. VIII. 189. D. 8. P. 15-16. A. 8. C. 9.

Corpus oblongum, inflatu fit globosum spinulis setosis basi tetracantha cuti inhærentibus fere undique scabrum præter partem posteriorem, quæ glabra est. Maxilla utraque ossea, protrusa ad apicem divisa. Oculi bulbus viridis. Iris-flava. Dorsum & summitas capitis plana. Color in dorso subfuscus, in lateribus subflavus, in abdomine albus. Macula nigra rotunda sub pinnis pectoralibus & post hanc fasciæ 4 vel 5 nigræ, a dorso versus abdomen ductæ, conspicuntur. Cutis laxa operæ cellulosa largæ intermediae corpori adhæret. Pulmones in parte anteriore pectoris superne jacent. Vesica aërea biloba inter pulmones & ventriculum adest. Aliud specimen hujus speciei majus vidit auctor, dorso sordide flavo nigroque punctato, spinulis crassioribus, cartagineis, basi tetracanthis præditum. Habitat in America ad Rhode Eyland.

8. TETRON, *oblongus*, maxillis æqualibus. *Der gestreckte Stachelbauch.* Bloch. N. A. F. II. 6. tab. 145. fig. 1. D. 12. P. 16. A. 11. C. 19.

Caput oblongum superne planum ante rotundatum. Labia crassa. Maxillæ æquales. Nares medie binæ in macula rotunda alba. Oculi prope verticem, pupilla nigra, iride flava. Apertura branchialis ampla. Operculum inferne in acumen exit. Truncus teres, oblongus, pone angustior superne sicut caput fasciis fuscis variegatus, & usque pinnam dorsalem uti abdomen spinulis scaber. Latera glabra, argentea. Lineæ laterales duæ. Supera post oculum in semicirculum descendit iterumque ascendet deinceps dorso paralela ad pinnæ caudalis partem superiorem abit. Infera sub latere, abdomini fere paralela, a mento oriunda, sub pinna pectorali arcuata, ad partem inferiorem pinnæ caudalis terminatur. Anus valde remotus. Pinnæ omnes flavo-cinereæ, rotundatæ. Habitat in India orientali.

9. TETRODON, *lævigatus*, abdomine antice aculeato.  
L. S. N. 411. D. 13. P. 18. V. o. A. 12. C. 11.

Corpus magnum, dorso cærulefcente; lateribus lineis utrinque duabus: ventre albo, ab ore ad finem pinnarum pectoralium tantum aculeato. Habitat in Carolina. Auctore D. Garden.

Tetrodon, *lævigatus*. *The Rabbit - Fish.* Schöpfii in Schriften N. Fr. VIII. 189.

Corpus sesquipedale, dorso glabro, e cæruleo nigricante, abdomine albo. Ab ore usque ad pinnas pectorales tantum spinulis exasperatum. Lineam unam modo in lateribus observavit. Oculi cute communi tecti. Caro albida. Habitat in mari prope Rhode-Eyland.

10. TETRODON, *ocellatus*, fascia humerali ocellata.  
L. S. N. 411. Mus. Ad. Fr. II. 55. D. 14. P. 18. A. 12. C. 7.

Caput obtusum. Dentes 2 supra & infra. Corpus fusiforme, abdomine submureato. Dorsum fuscum, in cuius medio fascia nigra transversa, obliqua inter pinnas pectorales ducta, undique cincta linea alba. P. D. notata ocello nigro, iride alba. P. P. obtusissimæ P. C. integra. Tetrodonti lineato valde affinis sed imprimis pictura diversus.

Tetrodon, *ocellatus*, fascia semi lunari in dorso. *Der gefleckte Stachelbauch.* Bloch, N. A. F. II. 3. D. 15. P. 18. A. 12. C. 8.

Tetrodon, *ocellatus*. *Kai-po-y.* Chinensibus. Osbeckii itin. 494. D. 15. P. 18. A. 11. C. 8. Habitat in Chiu.

Tetrodon, *Conspicillum*, fascia humerali conspicilliformi nigra, & ocello nigro circa pinnam dorsalem. *Der Brillenträger.* Walbaum in Hannöverisch. Anzeig. A. 1779. 99 Stück.

*Species adhuc dubiae.*

11. TETRODON, *sceleratus*, tetragonus; capite maximo. Gmelin. L. S. N. 1444. Forster itin. I. p. 403.

12. TETRODON, *electricus*, maculis rubris, viridibus & albis, supra fuscus, subtus thalassinus ad latera flavus; pinnis viridibus. Gmelini L. S. N. 1445.

*The new Electrical - Fish of W. Paterson.* in Phil. Transact. Vol. 76. p. 382, tab. 13. & Gentleman's Magaz. 1786.

Dec. c. tab. æn. *Voigts Magazin der Physik und Naturgesch.*  
6. B. 2 St. p. 78.

Piscis 7 uncias longus &  $2\frac{1}{2}$  uncias latus, rostro producto.  
Ex genere Tetrodontis esse videtur. Dorsum fuscum. Latera  
flava. Abdomen thalassinum. Pinnae & cauda e rufo virides.  
Corpus maculis rubris, viridibus & albis nitentibus conspersum.  
Oculi ampli. Iris rubra externe flava. Habitat ad Insulam  
S. Ioannæ. Vide tab. 2. fig. 2.

*Diodontis generis character.*

**LINNÆI:** Maxillæ ossæ, porrectæ, indivisæ. Apertura  
linearis. Corpus spinis acutis, mollibus undique adspersum.  
Pinnæ ventrales nullæ. S. N. 412.

**GMELINI:** Maxillæ ossæ, porrectæ, indivisæ, in aciem  
excurrentes. Branchiarum apertura linearis. Corpus spinis  
longis, validis, ex albo nigroque variis, cute communi obdu-  
ctis, intus cavis, triradicatis, mobilibus undique adspersum.  
P. V. nullæ. L. S. N. ref. 1448.

**BLOCHII:** Maxillæ porrectæ, indivisæ. *Igelfische.* N.  
A. F. I. 65.

1. **DIODON**, *Atringa*, *Sphæricus*, aculeis triquetris,  
L. S. N. 412. D. 14. P. 21. A. 6? C. 10.

Ostracion bidens *sphæricus*, aculeis undique densis tri-  
quetris. *Artedi gen.* 39. *Syn.* 83. n. 3. *Sebae thes.* III. tab.  
23. fig. 4.

Ostracion *sphæricus* bidens, aculeis brevibus triquetris.  
*Gronov. zooph.* n. 180.

Orbis echinatus. *Museo Calceolarii* 91. cum figura bona  
adjecta.

*Klootronde Egelvisch.* *Houttuyn.* n. h. I. pars 8. p. 498.  
tab. 70. fig. 1.

Runder stachlicher Kropfisch. *Knorrii Delit.* II. 141.  
tab. H. III. fig. 5.

Der Kugelfisch. *Müller's L. S. N.* III. 325. tab. 10. fig. 1.

*Varietates.*

æ. Diodon, *Histrix*, rotundus. *Der runde Stachelfisch.*  
*Bloch.* N. A. F. I. 69. tab. 126. D. 14. P. 22. A. 12. C. 10.

Caput

Caput parvum. Oculi ampli. Pupilla nigra. Iris flava. Nares oculis vicini. Dorsum subcæruleum: Latera & abdomen alba. Anus remotus. Pinnæ breves nigro maculatæ. P. C. excavata. Totum corpus maculis bruneis, partim dilutioribus, & partim obscuris ornatum. Aculei in lateribus sunt longiores quam in dorso & abdomine.

*Orbis pinnatus. Knorrii del. II. 49. tab. H. fig. 1.*

*β. Diodon, reticulatus, subrotundus, aculeis triquetris.*

*L. S. N. 413.*

*Duifje. Houttuyn n. h. I. P. 8. p. 409. tab. 70. fig. 2.*

*Die Seetaube. Mülleri L. S. N. III. 325. tab. 10. fig. 2.*

*γ. Diodon, echinatus, subrotundus, aculeis basi triquetris. L. S. N. 413.*

Ostracion subrotundus aculeis undique densis, basi triquetris. *Art. syn. 82.*

*Diodon, echinatus. Hystricis varietas γ. Gmelini L. S. N. 1450.*

2. DIODON, *Hystrix*, oblongus, aculeis teretibus. *L. S. N. 413. D. 14. P. 22. A. 14. C. 9.*

Ostracion conico-oblongus; aculeis undique teretiformibus, imprimis in lateribus *Artedi gen. 60. L. Amoenit. I. 310.*

Caput minimum ore acuminato; maxillis edentulis fere ut in avibus. Interius duplex ordo dentium obtusorum transversalium, in singulo ordine 3. Oculi majusculi: supra singulos spinæ longiores. Apertura branchiarum ante & juxta pinnas pectorales. Corpus rotundum undique tectum spinis fetaceis subulatis, basi triquetris, digitum transversum longis. P. C. radiis novem. Color in dorso fusco maculatus, subtus albus.

*Diodon, conicus. Hystricis varietas δ. Gmelini L. S. N. 1450.*

*Diodon, Atinga, oblongus. Der lange Stachelfisch. Bloch N. A. F. I. 67. tab. 75. D. 14. P. 21. A. 17. C. 10.*

Caput parvum supra latum, a lateribus compressiusculum; intus cartilagine validiore præditum. Nares simplices, tubulofæ, mediae. Oculi magni. Pupilla nigra. Iris flava. Maxilla supera, parum angulata, inferam superat. Aculei & totum corpus nigro maculata. Latera compressa, subcærulea. Abdo-

men albet. Anus remotus. Pinnæ omnes flavæ, nigro maculatæ & spadiceo marginatae. P. C. rotundata.

Ostracion oblongo-ovatus aculeis undique longis teretibus & retroverlis. Sebæ thes. III. 62, tab. 24, fig. 10. Vide Mantissam I.

*Guamajacu guará.* Marcgraf. bras. 159.

Pennevisch. Houttuyni n. h. I. P. 8. p. 502. tab. 70. fig. 3.

*Der grosse Stachelfisch.* Mulleri L. S. N. III. 326. tab. 10. fig. 3.

*Der länglichste Igelfisch.* Leske Naturgesch. 380.

### Varietas.

Diodon, *holocanthus*, aculeis capitatis collique longioribus. L. S. N. 413.

Diodontis Atingæ varietatem esse Gmelinus aestimat. L. S. N. reform. 1451.

3. DIODON, *orbicularis*; aculeis brevibus. *Die Stachelkugel.* Bloch N. A. F. I. 73. tab. 127. D. 11. P. 21. A. 11. C. 8.

Corpus inflatum, plane globosum, nihilque nisi aculei pinna & os prominent. Os parvum. Maxillæ loco dentium sunt. Labia brevia. Nares prope os. Oculi iride alba, post rectum adsunt. Aculei breves pungentes, inter se remoti ad basin tribus longis spinis transversis sub cute affixi. Dorsum rufum. Latera & abdomen sordide alba. Pinnæ subruberæ. Præterea maculæ rotundæ varie spadiceæ in lateribus conspicuntur. Habitat in mari pacifico & indico.

Ostracion subrotundus, aculeis undique brevibus, triquetris rariss. *Artedi gen. 59.*

Diodontis Attingae varietas β. L. S. N. 413.

Diodon, *reticulatus*. *Hystricis varietas β.* Gmelini L. S. N. 1449.

Orbis echinatus seu muricatus. Willugby 144. tab. G. 4. fig. 6.

4. DIODON, *Mola*, corpore lato cauda truncata. *Der schwimmende Kopf.* Bloch N. A. F. I. 75. tab. 128. D. 17. P. 13. A. 16. C. 14.

Corpus

**Corpus latum, breve, ovatum, pone truncatum, valde compressum, anceps, scabrum.** Margine cutaceo, tenui, supra & subtus auctum. Caput ante arcuatum a trunco non distinctum. Rictus parvus. Maxillæ denudatae, in medio incurvae, rostro avium similes. Oculi summi, magni prope verticem. Pupilla nigra. Iris gilva. Nares simplices mediae. Dorsum cinereum. Latera & abdomen argentea. P. P. parvae, subrotundæ, transversæ, mediae. P. D. & A. oblongæ, rotundatae, sibi similes & oppositæ ad extremitatem trunci sitæ appendicibus in fine praeditæ, cum pinna caudali breviore parum rotunda connexæ. Habitat in mari mediterraneo & britannico.

Tetrodon, *Mola*, laevis, compressus; cauda truncata, pinna brevissima, dorsali analique annexa. *L. S. N.* 412.

Tetrodon, *Mola*, inermis, asper, compressus, rotundatus; cauda brevissima, rotundata, pinnis dorsali analique annexa; spiraculis ovalibus. *Retzii in Nov. Act. Stockh.* VI. 116. tab. 4. D. 17. P. 14. A. 17. C. 6.

Os apertum, ovale, maxillis duabus, parum prominentibus; quarum supera parum fissa, infera autem integra, subacuta, eminentiis minutis intus ad apicem subaspera. Utraque maxilla intus ad apicem denticulorum inversorum; absconditorum 5 seriebus armata. Praeterea in fauce 3 paria cartilaginum dentibus acutis incurvis armata, in musculis latent. Fascia rugosa, arcuata radiis 11 suffulta, quae sub basi pinnarum dorsi, ani & caudæ extremitatem trunci includit, in siccato pifce plana evadit. Oculi orbiculares, velamento tecti. Spiraculum ovale, valvula obtectum. P. P. parvae, ovales, reversæ radiis 14. P. D. & A. sibi similes & oppositæ, obsolete acutæ, duplo longiores quam ad basin latae, supra & infra extremitatem trunci sitæ, radiis 17 crescentibus & decrescentibus instructæ. P. C. adiposa, brevissima, rotundata, fere linearis, undulata, extremitatibus angustioribus cum pinna dorsali & anali coadunata. Corpus ovatum pone latius & minus rotundatum quam caput, cathetoplateum, supra & infra anceps. Color dorsi & pinnarum niger, laterum e cinereo argenteus; abdominis albus. Captus est ad littora Sueciae. Longitudo hujus speciminis fere uniaris & latitudo summa inter pinnas 16 unciarum fuit.

*The Sunfish from Lo.* *Borlase Cornwall.* 267. tab. 26.  
fig. 6.

*The short Diodon.* *Pennant br. zool.* III. 131. tab. 19.  
figura n. 64. mutuata.

5. *DIODON, dimidiatus,* striis transversis dilutioribus 5  
sub gula & pectore; corpore duplo longiore quam alto. *W.*

*The Sun-fish from Mounts-Bay.* *Borlase cornwall.* 268.  
tab. 26. fig. 7.

*The oblong Diodon.* *Pennant br. zool.* III. 129. n. 54. tab. 19.  
fig. 4. a *Borlasio* mutuata.

Corpus grandissimum, fere oblongum ante acutum, pone  
truncatum. Braiae per medium dissectae simile, alepidotum.  
Os valde angustum. Maxilla utraque duos dentes latos, ina-  
gine acuto continent. Oculi parvi. Pone utrumque oculum aper-  
tura branch. semilunaris, parva existit. Haud proxime post  
aperturas has sequuntur P. P. parvae. P.D. & A. altae ad ex-  
tremitatem corporis sitae. P. C. brevissima, interstitium trans-  
versum inter P. D. & A. explet. Color dorsi obscurus, scu-  
tulatus; abdominis argenteus.

6. *DIODON, nummularis,* corpore parvo, subrotundo,  
verrucis mucronatis exasperato. *W.*

Diodon, *Mola*, verticaliter semiovalis; posterius fere  
truncatus; ventre carinato, semidiscoideo. *Gmelini L. S.*  
*N.* 145°.

*Pisciculus indicus rotundus spinosus & planus, Nummu-  
risa me dictus.* *Fr. Ruyschii thes. anim.* 26. tab. 3. fig. 7.

*Mola aculeata,* limbo abdominalis producto, attenuato  
carnoso. *Koelreuter in Nov. Comm. Petrop.* X. 337. tab. 8.  
fig. 2 & 3. D. 15. P. 13. A. 16.

Longitudo  $7\frac{1}{4}$  lin. Latitudo maxima ad aperturam bran-  
chialem  $8\frac{2}{3}$  lin. -

Diodon, *Mola. Der scheibenförmige Seemonde oder Ygel-  
fisch.* *Pallasii Spic.* VIII. 39. tab. 4. fig. 7.

Corpus cathetoplateum, verticaliter semiovale, postice  
fere truncatum; ventris carina prolixa, exenuata, plana, semi-  
discoidea. Caput indistinctum, ore prominulo, labiato, ro-  
strato, osseulis molibus, aduncis. Gula ad ventrem didyma,  
bimu-

bimucronata. Venter bisariam canaliculatus, usque mucronem in fronte. Latera capitis in medio unimucronata. Orbitæ de-  
vexæ supra mucronibus binis. Iris argentea. Mucrones 4 co-  
nico-acutissimi, in serie ab aculeis gülæ ad caudam, infra pinnas pectorales longitudinali. P. P. arrectæ, 14 radiatæ. Aper-  
tura branchialis exigua supra pinnas pectorales. Branchiæ intus  
distinctæ, confertæ. Dorsum subarcuatum mucronibus, præter  
illum nuchæ impositum, binis, interjectis tuberculis varicosis  
ternis & post ultimum mucroneum uno. Postremo dorso af-  
surgit lacinia carnosæ - cutacea, acuta, poslice radiis ciliata,  
quæ pinna dorsi. Carina ventris semicircularis mucronibus an-  
teriorius binis, posterius uno, interjectisque parvulis varicibus  
submucronatis, varicosa. Latera ventris pupillis duabus acutis,  
distantibus. Præterea ad dorsum utrinque bini aculei. Margo  
corporis posticus argutus, integer, in medio lacinia carnea,  
obtusa, deorsum directa, producitus, quæ est cauda, supraque  
eam integerrimus & versus laciniam dorsalem ciliatus, infra  
caudam leviter excisus. Anus sub cauda & pinna tenerima in  
margine longitudinalis. Color versus dorsum nigricans, infra  
albo argenteus usqne supra pinnas pectorales. Ad volæ manus  
tantum magnitudinem ex crescere.

7. DIODON, *Schoepfii*, oblongus, spinis brevibus, cul-  
tratis horridus; cirris duobus in maxilla superiore & totidem in  
inferiore. *W.*

*The Toadfish. Schöpfii in Schriften berlín. Gesellsch. n. Fr.*  
**VIII. 192.** D. 11-12. P. 21. V. o. A. 9. C. 9.

Caput parum, angustius trunco. Frons & latera capitis  
plana. Oculi prominentes, summi sub fronte, flavi, cute com-  
muni tecti. Nares deficiunt. Maxillæ ossæ, protrusæ, indivi-  
sæ. Supera parum longior & latior infera. Apertura br. linearis  
ante pinnas pectorales, quæ membrana branch. ossiculis desti-  
tuta, tegitur. Opercula br. nulla. Truncus oblongus, dorso  
planusculo & abdomine aliquantum arcuato. Spinæ quæ totum  
corpus, præter anteriorem colli partem & posteriorem abdo-  
minis, instar loricæ investiunt, breves, parum recurvæ, cute  
communi vestitæ; ordine quincuncis dispositæ, apicem cultra-  
tum & basin, tricuspidem, qua omnes inter conjunguntur,

habent. Cirri duo,  $\frac{1}{4}$  uncia longi, in maxilla supera ante oculos & duo adhuc minores in maxilla infera, itemque duo longiora & crassiora circa anum prominent. Color in dorso fuscus, lineis albis longitudinalibus notatus; in abdome albus; in pectore & gula flavus. Una vel plures maculae nigrae post pinnas pectorales, & una major concolor utrinque ad pinnam dorsalem conspicuntur. Longitudo 10 unciarum. Branchias intusque pulmones, vesicam aëream, intestina angusta & tenuia, quæ cavitatem amplam ventris non plane explet, paucosque musculos, caput & caudam moyentes, & osseum sceletum habet. Raro capitul in nova Emborac.

*Species adhuc dubiae.*

g. DIODON, *Meulenii*. spinofus, spadicens, lineis albis, longitudinalibus, pone ad ventrem curvatis, & ocellis ovalibus retro pinnas pectorales insignitus. *W.*

*Sierlyk getekende Oostindische Penne-Visch. Houttuyni hist. nat. Tom. I. P. 8. pag. 501. tab. 69. fig. 3.*

Corpus ovato-oblongum, depresso, dorso subrecto, gula & abdome arcuatis; spinis erectis inter se relictis, brevibus, compressis, apice recurvis undique teatum, quæ inter lineas albas corporis ordinatim exstant. Caput breve, depresso, ante rotundatum, a trunco non distinctum. P. D. parva, ovata lumbaris, pinnæ caudali propinqua. P. A. pinnæ dorsalis similis & opposita. P. P. infimæ, latæ, breves, trapezoideæ, obtuse. P. C. parva, oblonga, rotundata. Color spadicens lineis albis longitudinalibus fere parallelis, in dorso & capite, sed ad gulam & abdomen curvatis, itemque ocellis ovalibus duobus post pinnas pectorales variis. Longitudo erat semipedalis.

*Cyclopterus spinosus. Der Stachelhase. Mülleri L. S. N. III. 332. tab. 9. fig. 3.*

*Centrisci generis character.*

LINNÆI: Caput productum in rostrum angustissimum. Apertura repanda. Abdomen carinatum. Pinnæ ventrales unitæ. *S. N. 416.*

FORSTERI: Pinnæ ventrales unitæ. Corpus oblongum, spina loricatum. Abdomen carinatum. Caput rostratum. Apertura repanda. *Enchir. h. n. 82.*

Geüani:

**GOÜANI:** Corpus oblongum, spina loricatum.. Caput productum in rostrum angustissimum. Maxilla inferiore superiore claudente. Apertura branchialis repanda. Membrana branchialis radiis tribus. P. V. in carina abdominis reconditæ. *Hist. pise. 110.*

**GRONOVII:** corpus linearis-lanceolatum, cathetoplateum, supra & infra carinatum, loricatum aut cataphractum, alepidotum. Caput osseum, porrectum. Maxillæ inaequales, edentulae; superior longissima, cathetoplatea, tubulosa; inferior minima superiore claudens. Oculi magni, supremi. Orbitarum margo superus & inferus prominens. Opercula dura, subangulata, abbreviata, monophylla. Membrana br. triradiata. Apertura br. obliqua, lateralis, subnuda. Linea lateralis infraœta, a capite ad anum obliqua, dein recta media. Anus submedius caudæ vicinior. P. D. binae, lumbares, inaequales, prior aculeata. P. P. mediae acuminatae. P. V. abdominales, subcoitalitæ.

1. **CENTRISCUS, scutatus,** dorso loricato, laevi. *L. S. N. 414.*

Singularis pisces loricatus, testa ossea longitudinali, posse in spinam terminata, sub qua cauda, sed inter spinam & caudam pinnae dorsi sunt.

Centriscus, corpore loricato, pellucido, laevi; cauda incurvata. *Gronov. zooph. n. 396 & Mus. ichth. n. 171, tab. 7. fig. 3.* D. 3, 9. P. 10. V. 6-7. A. 11. C. 9.

Amphisilen. *Kleinii M. IV. 28. tab. 6: fig. 6.*

Amphisilen cauda recta. *Sebæ thes. III. 107. tab. 34. fig. 5.*

D. o. P. 11. V. . . . A. 10, 6. Vide *Mantissam I.*

Centriscus, *scutatus.* *Der Messerfisch. Bloch. N. A. F. I. 57. tab. 123. fig. 2.* D. 3, 11. P. 11. V. 5. A. 13. C. 12.

Centriscus, *scutatus.* *Arabibus Farras el Bahr. Forskål I. c. XVII. Br. 4. D. 3, 10. P. 11. V. 6. A. 11. C. 9.*

Est pisces abdominalis, non thoraciculus. Fistulariæ proximus.

2. **CENTRISCUS, scolopax,** corpore squamoſo, scabro; cauda recta extensa. *L. S. N. 415.*

Vide descriptionem sub genere *Balistæ* n. 6.

3. **CENTRISCUS, velitaris.** *Der halbgehräuchte Messerfisch. Pallasi Spec. VIII. 36. tabula 4. fig. 8.* D. 12. P. 13. V. 3-4. A. 25. C. 12.

*Pisciculus bipollicaris*, plano-compressus, oblongo-lanceolatus, dorso convexiusculo; ventre in aciem compresso; ante pinnas ventrales, triquetro-carinato: totus quasi setulis recumbentibus & adnatis hispidus. Caput lateribus & inter oculos planiusculum attenuatur in rostrum tubulosum, compressum apicis limbis sublacerum, nec maxillosum, linea prominula a rostro ad medium oculum decurrit & alia super oculum versus dorsi loricis ducta. Inter has canaliculus ante oculos, in quo pori bini. Iris argentea. Opercula br. integerrima subtus ad rostrum usque recissa, adeoque ostio peramplo aperienda. Branchiae largae 5 parium. Dorsum anticum duriusculum, scuto rhombico ad aculeum dorsi terminato & quasi loricato, lineolis obliquis circiter quaternis. Spina in medio dorso recumbens, mobilis, subulata, acutissima, subtus canaliculata, aciebus serrulatis. Sub eaque spina parvula in fossulam dorsalem repentina, priori & dorso membranula adnexa. P. D. pone spinae apicem exilis, radiorum circiter 12. P. P. parvae, tenerae radiorum circiter 13. P. V. in medio corporis ad innam ventris carinam, fossula recondendae 3 vel 4 radiatae. P. A. lata 25 radiorum. Anus remotus. Aculeus minutus ante anum recumbens. Cauda teretiuscula; pinna subbifurca radiis 12. Color totius argentatus, in dorso griseo-flavescens.

*Centriscus, velitaris*, corpore ex oblongo lanceolato; setulis recumbentibus & adnatis hispido. *Gmelini L. S. N. 1460.*

#### *Pegasi generis character.*

**LINNÆI:** Os proboscide retractili; maxilla superiore denticulata, sub rostro ensiformi, linearis. Apertura branchiarum ante pinnas pectorales. Corpus articulatum osseis incisuris, cataphractum. P. ventrales abdominales. *S. N. 418.*

**BRÜNNICHII:** Branchiae incompletae. Pinnae membranaceae. Ventrales pone pectorales. Caput rostratum. Corpus depresso. Apertura br. ante P. pectorales. *Fundam. zool. 130.*

**GMELINI:** Os inferum, proboscide retractili; maxilla superiore elongata, denticulata, sub rostro ensiformi, linearis. Aperture br. simplex ante P. P. Corpus deorsum compressum, articulatum osseis incisuris, cataphractum. P. V. abdominales.

*L. S. N. ref. 1458.*

1. PEGASUS, *Draconis*, rostro conico. L. S. N. 418.  
D. 4. P. 10. V. 1. A. 5. C. 13.

Cataphractus corpore tetragono; capite superiore tuberculato; rostro brevi scabro. Gronov. zooph. n. 356. tab. 12, fig. 2, 3. Mus. ichth. n. 146. D. 4. P. 10. V. 1. A. 5. C. ...

Pisciculus Amboinensis volans, osseo-tuberculosus; proboscide ferrata. Fr. Ruysschii thes. anim. 34. tab. 7. fig. 2. D. ...

Pegasus, *Draconis*, corpore lato tetragonoque. Der Seedrache. Bloth. N. A. F. I. 52. tab. 109. fig. 1 & 2. D. 4. P. 10. V. 1. A. 5. C. 8.

Caput a trunko non distinctum. Maxilla supera exit in rostrum planum. Operculum br. infra situm, radiatum, cum trunko unitum. Apertura parva, lunata, lateralis. Os inferum. Maxillæ denticulis armatae. Oculi prominuli, laterales. Iris flava. Pupilla nigra. Nares ante oculos. Truncus latus, tetragonus, tuberculis radiatis praeditus. Superficies infra, costa longitudinali in medio divisa; cui pinnæ ventrales insident. Anus in fine trunci. Cauda tetragona, 8 laminibus gibberosis utrinque vestita. Color fundamentalis subcæruleus, in tuberculis spadiceus. Radii pinnarum simplices, quorum illi in pinna pectorali supra membranam unientim apicibus prominent. P. V. ex uno radio longo constant. Talis quoque super utramque pinnam pectoralem existit. Longitudo trium circiter unciarum. Habitat in India.

2. PEGASUS, *volitans*, rostro ensiformi, denticulato. L. S. N. 418.

Pegasus rostro conico Mus. Ad. Fr. II. 56. D. 5. P. 10. V. 2 - 3. A. 5. C. 7.

Corpus ovatum, constans toto osse rigido, depresso, supra parum angulatum, lateribus perpendicularibus utrinque angulatis, subtus futuris variis connatum. Thorax supra punctis excavatis rugosus. Rostrum ensiforme, lineare, obtusum, longitudine thoracis, pellucidum, utrinque retrorsum dentibus 43 ferratum. Os singulare proboscide exsertili in cavitate sub rostri bafi. Maxilla superior denticulis plurimis distantibus, summo rostro apice affixa. Apertura branchiarum absque membrana branchiostega, rotunda, sita ante pinnas pectorales, ubi

thorax latere incisus. Anus sive umbilicus subtus ad apicem? P. D. parva mutica. P. P. radiis 10 simplicibus, non spinosis. P. V. angustissimæ. P. A. 5 radiata, simillima & opposita dorsali. Cauda constans articulis 12 osseis depresso-angulata; cuius articuli postice utraque extremitate anteriore & posteriore, spina antica antrorsum, postica retrorsum, apice bifariam utrinque terminata. P. C. perpendicularis, quod notabile, forte subitus bifida sed in hoc mutila.

3. *PEGASUS, natans*, rostro ensiformi, inerini. *L. S.* N. 418.

*Cataphractus* corpore oblongo, plagioplateo; capite laevi; rostro elongato, spatulæformi, antice truncato. *Gronov. zooph. n. 357.* D. 5. P. 9. V. 1. A. 5. C. . . .

*Pegasus, natans*, corpore elongato, tetragonoque. *Der Schwimmer. Bloch. N. A. F. I. 53. tab. 121. fig. 2. 3. D. 5. P. 9. V. 1. A. 5. C. 8.*

Corpus tetragonum, elongatum, ante latum, pone angustum & scutatum, superne fulvum, inferne album. Caput depresso, breve, latum, ante angustius, longe rostratum. Rostrum capite longius, fere lineare circa medium paulo contractius quam ante, ubi raris denticulis marginatum est. Os situm & effictum, ut in Pegaso Dracone. Oculi magui, laterales prope initium rostri. Iris flava. Pupilla nigra. Opercula br. radiata. Apertura br. lateralis. Truncus in initio latus & crassus versus pinnam caudæ sensim gracilescit. Pagina infera lata & glabra. Anus medius. Laminæ 11 quibus cauda composita est, gradatim versus pinnam caudæ decrescunt, quarum ultima duabus spinis praedita est. Radii pinnarum simplices. P. D & A. sibi oppositæ, parvæ. P. P. colore violaceo & reliquæ subspadiceo tinctæ. P. C. angusta. Habitat in India.

*Cataphractus* corpore oblongo, plagioplateo; capite laevi; rostro elongato, spatulæformi, antice truncato. *Gron. zooph. n. 357.* Vide nova genera Gronovii.

### *Trichiuri generis character.*

**LINNÆI:** Caput porrectum, operculis lateralibus. Dentes ensiformes, apice semisagittati; priores majores. Membrana

brana branch. radiis 7. Corpus compresso-ensiforme; cauda subulata, aptera. S. N. 429.

BRÜNNICHII: Branchiæ completae. Pinnæ ventrales nulla. Maxillæ subæquales. P. dorsalis distincta. Corpus ensiforme, elongatum. Cauda subulata. *Fundamenta zool.* 1332.

SCOPOLI: Corpus desinens in apicem filiformem; abdomen post anum carinatum, hinc inde munitum aculeis liberis, minutis. Dentes maxillares. Anus submedius. Pinnae septem. Ventrals nullae. *Introd. h. n.* 458.

1. TRICHIURUS, *Lepturus*. L. S. N. 419.

*Lepturus*, *Artedi spec.* 101. Br. 7. D. 100. P. 11. V. o. A. 105. C. o.

*Lepturus*. *Silver-Skiötel. Mus. Ad. Fr.* I. 76. tab. 26. fig. 2. Br. 1. D. 124. P. 12. V. o. A. o. C. o.

Corpus anguilliforme, sed compressum admodum, ensiforme, flexible, alepidotum, albo argenteo fugaci colore. Caput compressum. Maxilla inferior paulo longior. Dentes anteriores majores; maxillares remoti. Opercula branchiarum pone elongata. P. D. longitudinalis radiis 124 & ultra. P. V. radiis 12. P. V. nullæ. P. A. nulla sed scabrities aculeis minutissimis. P. C. nulla. Cauda nuda, tenuissima, longe acuminata in filum.

*Encheliopus* totus argenteus; rictu serpentino; ventre nudo; cauda acuminata apinni. *Sebæ thes.* III. 102. tab. 33. fig. 1. D. 138. P. 11. V. o. A. o. C. o.

*Encheliopus* n. 1. & 3. *Miss. IV.* tab. 12. fig. 7.

*Gymnogaster* *Gronov. zooph.* n. 44. *Mus. ichth.* n. 47. Br. 7. D. 138. P. 11. V. o. A. o. C. o.

Trichiurus. *Lepturus*, maxilla inferiore longiore; dentibus magnis. *Der Spitzschwanz.* *Bloch. N. A. F.* II. 65. tab. 157. Br. 7. D. 117. P. 11.

*Gymnogaster* *argenteus* *compressus*; cauda attenuata impenni. *The Sword-Fish. Brown jamaic.* 444. tab. 45. fig. 4.

2. TRICHIURUS, *caudatus*, pinna caudali bifida. *Euphras. in Nov. Att. Stockh.* IX. 48. Br. 7. D. 93. P. 12. V. o. A. 15. C. 24.

Corpus ensiforme, compressum, argenteum, longitudo 5 pedum & latitudine 4 digitorum, ad basin pinnæ caudalis crassitudine pennæ anserinæ. Caput compressum, porrectum, rostro attenuato; maxilla inferiore longiore. Dentes 4 maiores, longi, apice compressiusculi versus apicem maxillæ superioris; minores utrinque eadem serie. Oculi laterales, oblongiusculi, iridibus argenteis, pupillis nigris. Membrana branch. 7 radiata. Nucha ante pinnam dorsalem carinata. P. D. radiis 98 longitudinalis, distincta. P. P. acuminatæ radiis 12. P. V. nullæ. Anus in posteriore corporis parte. P. A. dorsali similis, longitudinalis radiis 15. P. C. forma pinnæ caudalis Scombi, minima, bifurca, radiis 24. Squamæ duæ parvæ, argenteæ ad marginem thoracis inferiorem, loco pinnarum ventralium, unaque prope anum. Habitat in oceano ad Caput b. spei.

*Species ad huc dubiae.*

3. *TRICHIURUS, indicus*, mandibulis æqualibus. *Gmelini L. S. N. 1144.*

Piscis fuscus, maculatus, electricus; dentibus omnibus exilissimis; cauda minus acuta.

*Anguilla indica. Willugby App. tab. 3. fig. 3.*

*Callionymus generis character.*

*LINNÆI:* Caput labio superiore duplicato. Oculi approximati. Membrana branch. radiis 6. Apertura nuchæ foraminibus respirante. Opercula clausa. Corpus nudum. Pinnæ ventrales remotissimæ. *S. N. 433.*

*FORSTERI:* Corpus subcuneiforme, subnudum. Caput labio superiore duplicato. Os horizontale. Oculi approximati. Operculum clausum. Apertura occipitalis. Membrana br. radiis 6. *Enchir. h. n. 84.*

*BLOCHII:* Apertura parva in nucha: *N. A. F. II. 37.*

*GOÜANI:* Corpus compressum, cuneiforme. Caput corpore latius, subrotundum. Os horizontale. Opercula clausa. Aperturæ branchiales occipitales. Membrana br. radiis sex. *Hist. pist. 102.*

1. *CALLIONYMUS, ocellatus*, pinnæ dorsalis prioris membrana fasciolis fuscis, & ocellis 4 fuscis picta. *Gmelini L. S. N. 1154.* *Cal-*

**Callionymus, ocellatus.** *Der bunte Spinnenfisch. Pallas Spic. VIII. 25. tab. 4. fig. 1 - 3. Br. 5 - 6. D. 4, 8. P. 20. V. 5. C. 10.*

Magnitudo vix digitii minimi. Caput parvum, vix depresso; vertice planiusculo; rostro obtuso, simulo. Os terminale exiguum, labiis tumidulis, superiore duplicato. Orbitæ subcontiguae supra laxa pelle æquatae, periophthalmio semi-clausiles. Oculi parvi, laterales. Opercula br. acuta, unispinosa, undique adnata. Apertura ad nucham simplex. Corpus teretiusculum; prope caput depresso; linea lateralis recta, dorso propior & paralela. Anus paulo ante medium corporis. Pedunculus exiguis, conicus in fossula pone anum recumbens in foeminitis, qui in masculis abest. P. D. prior in foeminitis magna & lata radiorum 4 setaceorum, fasciis fuscis vagis, linea alba nigro marginata inclusis & ocellis 4 concoloribus picta; in masculis pinnæ eadem tantum minuta, tota nigra. P. D. posterior humilior, semilongitudinalis, picta lineis albis, nigro marginatis, obliquis paralelis, quarum interstitia interrupte fusca, in masculis eadem tantum maculis ad radios fuscis notata est. P. P. rotundatae, basi albo, punctatae, radiis 20 bis fusco interruptis. P. V. jugulares magnæ, aliformes, laciniatae nigrae, margine albæ. P. A. nigra, basi alba, serrata. P. C. magna, rotundata, basi albo punctata, radiis 10 fusco interruptis. Color plerumque cinereo fuscoque marmorosus, punctis in cinereo emicantibus albis. Subtus albidus. Masculum, quod vidi, specimen erat subtus fuliginosum, sed maculis non cinereis sed lacteis. Cauda huic quoque non bis fusco interrupta, sed fascia latiore fusca & cæteroqui albidior. Habitat in Amboina.

2. **CALLIONYMUS, Sagitta,** capite triangulare; membrana branchiostega triradiata; pinnarum dorsi radiis æqualibus. *Gmelini L. S. N. 1155.*

**Callionymus, Sagitta.** *Der Spinnfisch mit dreyeckigten Kopfe. Pallas Spic. VIII. 29. tab. 4. fig. 4, 5. Br. 3. D. 4, 9. P. 11. V. 5. A. 8. C. 10.*

Caput magnum, latum, valde depresso, triangulare, rostro subacuto. Os parvum, terminale, labiis exilibus, superiore

riore anguste duplicato. Maxillæ scabré. Orbitæ in antica verticis parte contiguæ. Oculi exigui. Iris argentea. Opercula molliæ: lamina prior mucronata, spina terminali, longa, subulata, interne denticulis retrorsum ferrata seu hamata; posterior usque ad P. P. extensa, lata, undique adnata. Spiracula parva, rotunda super nucham. P. D. prior parvula, 4 radiata, postice fascia atra: posterior hyalina radiis 9 fusco albidoque variis. P. P. radiis 11 crescentibus, fusco-albidoque variis. P. V. mediocres fusco punctatæ, jugulares, laciniatæ radiis 5 crescentibus, ramosis. P. A. ferrata, humiliæ. P. C. rotundata, superiori parte fusco maculosa. E media caudæ membrana ramamentum molle, setaceum in quibusdam. Corpus inaequum, prope caput depresso, reliquo attenuatum, convexo-tetraedrum. Linea lateralis recta. Anus paulo ante medium corporis. Color subtus griseo-albidus, supra fulcescens, griseo-canescens marmorosus. Longitudo 3 unciarum. Habitat in Amboina.

3. **CALLIONYMUS**, *Dracunculus*, dorsalis prioris radiis corpore brevioribus. L. S. N. 434.

Capitis latera spina triplici. Corpus luteo maculatum.

*Cottus* pinna secunda dorsi alba. Artedi gen. 49. Syn.

77. D. 4, 10, P. 12, V. 6, A. 9, C. 12.

*Uranoscopus* officulo primo pinnae dorsalis primæ unciali. Gronov. Mus. ichth. n. 63. Br. 5. D. 4, 9. P. 20. V. 5. A. 9. C. 10.

*The sordid Dragonet.* Pennant br. zool. III. 167. tab. 25. n. 70. D. 4, 10. P. 20. V. 5. A. 10. C....

Caput compressum, a fronte declive. Oculi magni, fere contigui. Os parvum. Dentes minutissimi. Spina lata trifurca super opercula. P. D. prima radiis 4 decrescentibus, quorum prior parum altior reliquis. Anteriores duo & membrana uniens flavent, cæteri nigrant. P. D. secunda hyalina radiis 10 supra membranam eminentibus. P. P. ferrugineæ, maculis obscurioribus notatae. P. V. radiis 5 latis multifidis. P. A. alba. Color sordide flavus, maculis albis & obscuris distinctus. Abdomen vero immaculatum albet. Longitudo spithamalis.

Callio-

*Callionymus*, *Dracunculus*, radiis 4 in prima pinna dorsali brevibus. *Der kleine Spinnenfisch.* Bloch. N. A. Fr. II. 84. tab. 162. fig. 2. Br. 6. D. 4. 9. P. 19. V. 6. A. 9. C. 10.

*Varietas.*

α. *CALLIONYMUS*, *Dracunculus*, pinna dorsali priore nigra, radio utriusque primo æquali. Mülleri zool. dan. I. 41 & præfat. vol. II. tab. 20. D. 4, 10. P. 15. V. 6. A. 10. C. 7.

Corpus subdepressum, supra cinereum, maculis rubentibus; subtus album, immaculatum. Maxilla superior longior est. Spina triplex in operculis. Pinnae dorsalis anteriores radius primus longitudine radiorum in pinna dorsali postica; reliqui decrescendo minores; quartus in quibusdam remotus. Ipsa pinna ramentacea & singularis nigra: pinna dorsalis postica radiis subæqualibus, lineis longitudinalibus tribus & maculis fuscis. Utraque dorsi pinna in sulco reconditur. P. P. pellucidissimæ. Cirris minimis ante anum. P. A. radiis æqualibus, albis. Foramina aquam respirantia duo paria; anteriora in angulo operculorum dorsali; posteriora utrinque sub initium pinnae dorsalis anterioris. Variat supra cinereo luteus, maculis in capite & antica dorsi, fasciisque binis in postica nigricantibus. Habitat circa Norwegiam.

β. *CALLIONYMUS*, *Dracunculus*, Massiliensibus Moulette. Brünnichii ichth. 17. Br. 6. D. 4, 9. P. 17. V. 6. A. 9. C. 10.

Caput corpore latius, semicylindricum, rostro obtuso. Maxilla superior paulo longior. Denticuli acuti. Oculi approximati, elliptici. Pupilla reniformis, linea alba circumdata. Palpebrae virides, in vertice contiguæ. Latera capitis postice terminantur spina triplici vel quadruplici calcaris instar. Opercula clausa in nucha foramine respiratorio patent. Corpus depresso-teres. Linea lateralis recta. Anus in antica corporis parte cirro brevissimo instructus. P. D. altæ; prioris radius anterior & posterioris radii omnes ad basin usque caudæ elongati. P. A. magna. P. C. integra. Color piscis supra pallide virens, in palpebris naso-que saturior: Thorax supra rubescens; latera capitis & corporis argenteo ordinatim guttata. P. dorsales plicatæ, nigræ apparent, explicatæ autem albo guttatæ; posterior maculis ro-

Hh hh 2 tunda-

tundatis; viridibus ter fasciata. P. P & C. pallide virescentes. P. V. apice nigrae, subtiliter ocellatae. Abdomen niveum. Longitudo spithamæ.

4. CALLIONYMUS, *Lyra*, dorsalis prioris radiis longitudine corporis. L. S. N. 433. D. 4, 10. P. 1, 8. V. 6. A. 10. C. 10.

Corpus lineis cæruleis, in primis P. dorsalis caudalisque. P. dorsalis prioris radius primus longitudine corporis. Cirrus ad anum. Capitis latera postice spina quintuplici. Labium superius singulare.

Uranoscopus ossiculo primo pinnæ dorsalis longitudine corporis. Gronovii Mus. ichth. n. 64. D. 4, 10. P. 19. V. 5. A. 10. C. 10.

Exocæti tertium genus. Sebae thes. III. 92. tab. 30. fig. 7. Vide Mantissam I. D. 4, 10. P. 20. V. 6. A. 10. C. 10.

Callionymus, *Lyra*. Mülleri zool. dan. I. 56. tab. 27. Br. 4. D. 5, 10. P. 20. V. 5. A. 10. C. 10.

Pinnæ & corpus pallide luteum, maculis & lineis cæruleis notatum. P. D. prioris radii duo anteriores longitudine trunci. Cirrus brevis ante anum. Capitis latera postice spina triplici.

*The gemmeous Dragonet*. Penn. br. zool. III. 164. tab. 27.

5. CALLIONYMUS, *indicus*, capite laevi, longitudinaliter rugoso; operculis latere aperiundis. L. S. N. Br. 7. D.  $\frac{1}{7}$ , 13. P. 20. V.  $\frac{5}{6}$ . A. 13. C. 11.

Caput depresso; supra longitudinaliter rugosum. Maxilla inferior paulo longior. Os scabrum. Lingua obtusa, emarginata. Aperturæ br. magnæ, laterales, postica spina solitaria. Corpus valde depresso, lividum. Anus in medio. Radius primus pinnæ dorsalis prioris, brevissimus, remotus. P. ventrales valde distantes. Piscis medius quasi inter Callionymum, Uranoscopum & Trachinum.

### Species adhuc dubiae.

6. CALLIONYMUS, *baikalensis*, pinnis ventralibus nullis; dorsali prima minima, secundæ radiis cirriferis. Gmelini L. S. N. 1153.

Callio-

*Callionymus, baikalenſis.* Pallas itin. III. 707. n. 49.  
Br. 6. D. 8, 28. P. 13. V. o. A. 32. C. 13.

Dodrantalis, totus mollis & infirmus, oleo diffluens. Caput magnum, basi subtetragonum, vertice plano; temporum carina bituberculata. Rostrum latum, plagioplateum. Os amplissimum. Maxillarum margo crassus, uncinulis consertis scaber; inferior maxilla apice glabro, subacuto, prominula. Membrana br. laxa, radiis 6. cartilagineis. Oculi majusculi, ad frontem nigri. Corpus alepidotum, fluxile, græile, a capite sensim decrescens, compressiusculum. P. P. laxæ, longissimæ, dimidio corpori æquales, radiis 13 tenuissimis, rigidis. Ventrales nullæ. P. D. prima minima, 8 radiata; secunda radiis rigidioribus extremo quasi cirriferis 28, quorum 15 longissimi. P. A. huic opposita radiis 32 quorum 2 - 16 longissimi. Linea lateralis dorso propior. Cauda pinnis robustior, biloba, radiorum 13. Habitat in ſinu lacus Baikal.

*CALLIONYMUS, japonicus*, pinna dorsali priore ocello nigro picta; radio primo in pilos binos semipollicares terminato. *Gmelini L. S. N. 1155.*

*Callionymus japonicus. Japanſe Schelvisduivel. Houttuyn.* in *Aat. Harlem. XX. P. 2. pag. 213. n. 1. D. 4, 10. P. 17. V. 5. A. 8. C. 9.*

Corpus capite angustius, eleganter variegatum, glabrum alepidotum, teres, versus caudam angustatum, exeuns in pinnam caudalem 4 uncias longam, cum corpus tantum 5½ uncias longum & caput pene 2 uncias latum eft. Caput depresso. Oculi magni, approximati. Pone illos duo magna spiracula, rotunda adsunt. P. D. prima, ocello nigro notata, radiis 4 nigris prædita, quorum primus duobus ramentis  $\frac{1}{2}$  unc. longis auctus eft. P. D. secunda ad caudam extensa, 10 radiata, omnino albida. P. P. rotundatae 17 radiorum. P. V. sub jugulo maximæ 5 rad. P. C. longissima, falcata radiis 9 inæqualibus. Proxiine accedit Callionymo indico, sed numero radiorum pinnarum diversus eft.

#### *Uranoscopi generis Charakter.*

LINNÆI: Caput depresso, scabrum, majus. Os ſimum; maxilla ſuperiore breviore. Membrana branch. radiis 5 papili-

loso-dentata. Opercula membranaceo-ciliata. Anus in medio.  
S. N. 434.

FORSTERI: Corpus cuneiforme. Caput depresso sculum. corpore latius. Os simum. Oculi verticales. Anus in medio. Membrana br. radiis 5. *Enchiridion h. n.* 84.

BLOCHII: Cirrus in ore. *N. A. F.* II. 88.

1. URANOSCOPE, *scaber*. *L. S. N.* 434. D. 4, 14. P. 16. V. 5. A. 13. C. 12. *Mus. Ad. Fr.* II. 59. D. 3, 14. P. 17. V. 5. A. 15. C. 12.

Caput osseo-verrucosum, antice lacuna excavatum. Oris labium ciliatum. Denticuli minuti maxillarum, palati, linguæ. Foramina 2 in ore sub labio superiore. Branchiæ arcu osseo; adeo ad Nantes non spectat. Spinæ 2 recumbentes sub gula. Linea lateralis adscendens, dorso paralela. P. D. prior nigra. Habitat in mari mediterraneo.

Uranoscopus, *scaber*, capite magno, osseo, depresso, sebro; oculis verticalibus; ore simo. Massilienibus *Rasquasso blanco*. *Brünnichii ichth.* 18. Br. 6. D. 3, 15. P. 16. V. 5. A. 14. C. 12.

Pupilla minuta, cujus parti superiori superjacet membranula, quinque loba, mobilis. Maxillæ inferioris labio intus adhæret membrana, producta in filamentum angustum, tenui, pollice longius.

Uranoscopus, *scaber*, dorso lævi. *Gmelini L. S. N.* 1156.

Uranoscopus, *scaber*, capite sebro. *Der Sternseher. Bloth N. A. F.* II. 90. tab. 63. Br. 5. D. 4, 14. P. 17. V. 6. A. 13. C. 12.

Caput grande, loricatum verruculis sebro, superne inter oculos scrobiculo semilunato excavatum. Operculum osseum monophyllum, pone duabus spinis & inferne 5 minoribus terminatum. Membrana br. operculata. Os superum. Rictus fere perpendicularis. Labia cirris barbata. Mandibulæ superiori duo foramina subsunt. Inferior intus membrana in filum longum exeunte prædicta est. Lingua crassa, denticulata. Oculi verticales, prominentes, iride flava & pupilla nigra. Truncus microlepidotus, usque anum fere tetragonus; dehinc teres. Linea lateralis porosa, a nucha brevi curvamine descendens regre-

greditur ad dorsum, ubi paralele pergit ad finem sere caudæ ibique deflectitur versus medium pinnæ caudalis. Anus submedianus. P. D. prima aculeata, parva, nigra scapularis: secunda semilongitudinalis radiis simplicibus, flavidis suffulta. P. A. dorsali secundæ æqualis. P. P. latæ, rotundatae. P. V. parvæ, jugulares. P. C. rotundata. Color dorsi spadiceus, laterum cinereus, abdominis albus.

2. URANOSCOPUS, *japonicus*, dorso, ordine squamarum spinosarum aspero. Gmelini L. S. N. 1157.

Uranoscopus, scaber. Japanse Sternekyker. Houttuyn in Act. Harlem. XX. 2. p. 314. D. 4, 15. P. 12. V. 5. A.... C. 8.

Caput valde depresso, retro aculeatum, ante cirris ciliatum. Maxillæ denticulatae. Una series squamarum aculeatarum in utroque latere dorsi, quæ teretiusculum corpus exasperatum reddunt. Color superne flavus, inferne albus. P. D. prior nigricans 4 radiis. P. D. secunda 15 radiis in fossula jacet. P. P. 12 rad. P. V. breviores, jugulares. P. C. 8 radiata, Longitudo totius piscis semipedalis.

### Cepolaæ generis character.

LINNÆI: Caput subrotundum, compressum. Os simum. Dentes curvati, simplici ordine. Membrana branchiostega radiis 6. Corpus ensiforme, nudum, abdomine vix capitidis longitudine. S. N. 445.

BRÜNNICHII: Pinnæ ventrales in thorace. Pinnarum radii molles. Pinna unica per totum dorsum extensa. Caput subrotundum, compressum. Corpus ensiforme. Os simum. Fundam. zool. 136.

BLOCHII: Corpus tæniæforme. N. A. F. II. 124.

GOÜANI: Corpus ensiforme. Caput obtusum. Os simum. M. br. radiis sex. Pinnæ distinctæ. Hist. pisc. pag. 103.

1. CEPOLA, *Tænia*, pinna caudæ attenuata; capite obtusissimo. L. S. N. 445. D. 60. P. 18. V.  $\frac{1}{6}$ . A. 58. C. 9.

*Tænia auditorum*. Artedi gen. 83. Syn. 114.

Cepola, *Tænia*, capite truncato. Der Bandfisch. Bloch, N. A. F. II. 126, tab. . . .

Caput truncatum superne planiusculum. Rictus magnus ascēdens. Mandibula infera longior supera. Hæc una serie dentium distinctorum, acutorum & illa dupli serie similiūm armata. Lingua aspera. Oculi superi iride ex argenteo cœruleo-scente, pupilla nigra. Operculum monophyllum. Ante hoc pori 5, pluresque similes prope oculos. Truncus anceps, valde compressus, versus caudam angustior, semipellucidus. Linea lateralis recta. Abdomen vix capite longius. Color capitis argenteus, rubro mixtus; dorsi cinereus; maculis rotundis rubris notatus; laterum & abdominis argenteus. Pinnæ rubent. P. P. & V. admodum parvæ. P. C. in medio longissima. Habitat in mari mediterraneo.

2. *CEPOLA, rubescens*, pinna caudæ attenuata; maxillis acutis. L. S. N. 445. Mus. Ad. Fr. II. 63. Br. 6. D. 68. P. 17. V. 6. A. 58. C. 12.

Caput nudum, compressum; maxillis acutis, dentatis. Corpus serpentis, valde compressum absque spinis & squamis. P. D. longitudinalis. P. C. pone pinnas pectorales incipiens, ad caudam usque extensa. P. C. acuminata.

*Cepola, rubescens*, pinna caudæ attenuata; maxillis acutis, Massiliensis Roudgeole. Brünnichii ichth. 28. Br. 6. D. 68. P. 15. V. 6. A. 60. C. 11.

Corpus ensiforme, pallide carneum. Caput nudum obtusum. Os obliquum sublimum. Dentes maxillarum acuti. Maxillæ latis obtusæ. Nares magnæ. Linea lateralis recta, impressa. P. D. & A. & C. lœve rubræ. P. C. attenuata, acutissima, distincta. P. D. a nucha incipit.

*Species adhuc dubiae.*

3. *CEPOLA, trachyptera*, capite declivi; maxilla utraque fornicata, pinnis aculeatis ferratis, scabris. Gmelini L. S. N. 1187;

Trachipterus. *La Rape velle Sabre*. Goilani hist. pist. 153.

Corpus ensiforme, acuminatum, cathetoplateum, alepidotum, papillosum. Caput cuneiforme, declive, truncatum, cathetoplateum, corpore latius; nucha carinata. Rictus obliquus. Maxillæ subæquales striatæ; utraque fornicata; superior truncata, inferior obtusa, sublonga. Dentes acuti, mini-

mi,

mi, retroflexi, mobiles, bini in superiore maxilla, seni in inferiore. Lingua glabra, vaginata. Palatum papillosum. Oculi supremi, longe a rostro, plani. Opercula br. alepidota, radiata, conica, diphylla, laminibus obliquis, pone convergentibus. Membrana br. semipatens, lateralis & gulatis, sexradiata. Dorsum rectum, descendens, carinatum. Abdomen vix tumidum. Gula ventricosa. Cauda cuspidata. Linea lateralis obliqua, descendens, aculeata, squamarum in medio aculeatarum una serie tecta. P. D. longitudinalis, composita aculeis ferratis, radiis scabrioribus. P. P. imæ, minimæ, acuminatæ, scabré. P. V. thoracicæ pectoralibus longiores, compositæ, radiis etiam scabris, aculeis antrorsum ferratis. P. A. nulla. P. C. cuspidata, radiata, longa.

Falx venetorum *Bellonii de aquatis.* 137.

Piscis glaber, oblongus, cartilagineus, mollis, polypi modo, coloris argentei, unicam in tergore pinnam continuam, duas sub branchiis & totidem sub flerno ostendit. Totus in gyrum quibusdam veluti crenis ferratus est, atque in lateribus lineam habet asperam. Subrubra est ejus tergoris pinna. Oculi grandes; deformè caput, ut simeam esse dicas. Ulnæ longitudinem & palmi latitudinem non excedit.

4. CEPOLA *Iris*, corpore acinaciformi, valde compresso, rubro amethystino, cœruleo & aureo variegato, pinna caudæ bifurca. Aldrovandi libro III. cap. 30 *de piscibus* tab. 17. fig. 13.

5. CEPOLA, *Gladius*, corpore valde compresso, linearis; pinna dorsali longitudinali ferrata, radiis duobus primoribus fœtosis longissimis, cauda rotundata apenni. W.

*Gladius marinus Imperati hist. nat.* p. 899 & 908.

Color ejus argenteus est, qui contactus facile digitis adhaeret. Corpore est subtili, fasciæ simili. Oculi prægrandes. In sinu urbis Neapoleos raro spectatur. Truncus lineis obscuris transversis notatus est.

*Mulli generis character.*

LINNÆI: Caput compressum, declive, squamis tectum. Membrana branch, radiis 3. Corpus squamis magnis, facile deciduis. L. N. 495.

**BRÜNNICHII:** Pinnæ ventrales in thorace. Pinnarum radii aliquot spinosi. Squamæ facile deciduae vel nullæ. Linea lateralis vix conspicua. Caput declive, squamosum. *Fundam. zool.* 136.

**PENNANTI:** Caput compressum, declive, squamosum. Membrana br. radiis 2. Corpus squamis magnis facile deciduis. *Br. zool.* III. 271.

**GOÜANI:** Corpus attenuatum. Caput subtetragonum. Membrana br. radiis 3. Cirri in quibusdam. *Hist. pist.* 104.

**I. MULLUS, barbatus, cirris geminis; corpore rubro.** *L. S. N.* 495. *Mus. Ad. Fr.* II. *Br.* 3. *D.* 7, 9. *P.* 15. *V.* 6. *A.* 7. *C.* 16.

Corpus incarnatum, squamis laxis. Capitis opercula lævia. Maxilla inferior scabra. Cirri 2 paraleli sub labio inferiore. P. D. prior radiis 7 molliter spinosis, fuscis, albo varia. P. C. bifurca. Habitat in mari mediterraneo.

Trigla capite glabro cirris geminis in maxilla inferiore. *Artedi gen.* 43. *Syn.* 71.

*The r'ed Surmulet. Pennant br. zool.* III. 272.

*Der rothe Seebarbe. Leske fundam. h. n.* 422.

#### *Varietas.*

**a. MULLUS, Surmuletus, cirris geminis; lineis luteis longitudinalibus.** *L. S. N.* 496.

Mullus, *barbatus*, cirris geminis; corpore argenteo, luteo longitudinaliter lineato; desquamato rubro. Massiliensibus *Rouget. Brünnichii ichth.* 71. *Br.* 3. *D.* 7, 10. *P.* 17. *V.* 6. *A.* 8. *C.* 15.

Corpus oblongum, argenteum; dorsum obscurius. Linæ longitudinales luteæ, a capite ad caudam per latera ductæ; aliæque his adjacentes breviores. Vertex deplanatus. Rostrum verruculis asperum. Cirri gemini in maxilla inferiore. Linea later. dorso paralela. P. D. pallidæ, luteo bifasciatæ. P. P. albidae, luteo pallide 4 fasciatæ. Reliquæ pallidæ rubescentes, flavidine passim leviuscule tinctæ. Magnitudo usque ad pedem variat. Mullus *barbatus* L. a Surmuleto L. non diversus est nisi paritate. Nos observavimus minores, in mari ipso vivos, adhuc lineis luteis gaudentes, statim post mortem squamas perdere & rubros

rubros restare. Majores autem squamas non adeo facile perdere omnes: nam desquamati a minoribus notis distinguntur nullis, neque numero radiorum pinnatum.

Mullus, *Surmaletus*, corpore rubro; striis luteis. *Der gestreifte Rothbart.* Bloch. N. F. D. II. 111. tab. 54. Br. 3. D. 7, 9. P. 15. V. 6. A. 7. C. 22.

Trigla capite glabro lineis utrinque 4 luteis longitudinalibus paralelis. *Artedi.*

*The striped Surmullet.* Pennant br. zool. III. 274. tab. 53. D. 6, 8. P. 16. V. 6. A. 7. C. ....

Caput declive. Rostrum obtusum. Corpus crassum. Os angustum. Maxilla infera denticulis exasperata. Palatum partim scabrum. Ante gulam superne unum ossiculum echinatum & inferne duo similia. A mento duo longi cirri dependent. Oculi magni. Iris purpurea. Caput & opercula valde squamosa. P. D. prior in sulco reponenda. P. C. admodum bifurca. Longitudo 14 unciarum. Habitat æstate circa Angliam.

B. MULLUS, *japonicus*, flavus non striatus; cauda bifurca, cirris geminis. Gmelini L. S. N. 1340.

Mullus, *japonicus*. *Japanse Barbel.* Houttuyn in Act. Harlem. XX. 2. p. 334. n. 23. D. 7-9. P.... V.... A.... C....

Parum a Mullo barbato diversus. Color magis luteus quam ruber, qui tamen forsitan in spiritu imutatus est. Duas pinnas dorsales 7 & 9 radiis gerit. Numerus radiorum in cæteris pinnis parum differt. P. C. bifurca. Rostrum edentulum. Longitudo speciminis erat fere semipedalis.

γ, MULLUS, *maculatus*, sanguineus, maculis tribus rotundis nigris ad lineam lateralem, & fimbria aurea pinnæ caudalis bifurcæ ornatus, cirris geminis. W.

Pirametara, Hispanis. *Salmoneta.* Pisonis hist. natur. indiæ 60. Marckgravii h. n. bras. 156 & 181.

Mullus, *barbatus*, totus sanguineus, ad latera utrinque maculis tribus ovalibus nigris, in ordine recti lineis; iride & extremitate caudæ flavis. Kleinii M. V. 22. tab. 6. fig. 3.

α. MULLUS, *auriflamma*, cirris duobus albis; vitta utrinque fulva; dorso fusco, æneo; caudæ pinna flava, immaculata.

culata. Arabibus *Ambir.* *Forskål*ii descr. an. 30. Br. 3, D.  $\frac{7}{7}$ ,  $\frac{1}{10}$ . P. 17. V. 6. A.  $\frac{2}{9}$ . C. 15.

Dentes exigui, numerosi, densi. Capitis lafera lituris flavis. P. D. & C. flavæ, reliquæ albescentes. Vitta longitudinalis lata, aurea super medium corpus utrinque & infra caudam velut duæ aliæ obsoletæ, flavæ. Squamæ margine membraneæ, rivulis aliquot elatis. Linea lateralis ramulosa, dorso propior, continuata ad caudæ apicem. In cauda supra lineam lateralem macula parva, nigra. De cirris ambigo. Videbantur quasi dentosi in tribus piscibus, quos mihi attulerunt pescatores; quamvis illi asseverabant Mulli hanc formam esse constantem.

3. **MULLUS, vittatus**, cirris geminis; corporis vittis utrinque duabus fuscis, tribus flavis; pinna caudæ oblique fuscata, Arabibus *Abu dagn.* *Forskål* l. c. p. 31. Br. 3. D $\frac{7}{7}$ ,  $\frac{1}{10}$ . P.... V.... A.... C....

Corpus lanceolatum, album. Vittæ longitudinales utrinque duæ fuscæ supra lineam later. in medio latere una fulva: inferius binæ sulphureæ. Maxillarum margo dentatus. Apparet quasi dentes hi insiti essent in utraque maxilla ossibus binis medio separatis, ut in Tetraodonte. Cirri sub ore 2 longitudine opercularum. Linea lateralis ramulosa, unica, fere recta, dorso propior. Squamæ tenuissimæ dentatæ; rivulis elevatis, obsoletis. P. P. & P. V. & P. A. alaidæ. P. D. & P. C. albæ, lineis nigris, obliquis.

4. **MULLUS, imberbis.** L. S. N. 496.

Trigla capite glabro, tota rubens; cirris carens. *Artedi* gen. 43. *Syn. 72.* D.  $\frac{6}{6}$ ,  $\frac{1}{10}$ . P. 12. V. 6. A.  $\frac{2}{10}$ . C. 20.

#### Varietas.

**MULLUS, japonicus**, imberbis, pinna secunda dorsali & anali semilongitudinalibus. *W.*

**Mullus, imberbis.** *Ongebaarde Barbel.* *Houttuyni* in *Act. Harlem.* XX. P. 2 n. 24.

Species, quæ sub hoc nomine in Linnæi systemate naturæ existit, forsitan aliquatenus ab hac diversa est. Capite acuto & conico non folium, sed etiam pinnis 4 a priore specie differt. P. D. prima separata est a secunda, quæ similiter ac pinna ani ad caudam excurrit. Corpus rubescens, semipedale. Rostrum, ut

ut linea, denticulis scabrum. Tres tantum radios in membrana branch. inveni.

*Species adhuc dubia.*

5. MULLUS, *hispanicus*, citris geminis; squamis oblongis non contiguis in capite; pinnis dorsalibus maculatis. *W.*

Mullus major ex Hispania missus *Aldrovandi de pist.* tab.

7. fig. *Willugby.* tab. 5. 8.

Qualis sit, mihi non constat. Nam descriptionem neque in Aldrovando nec in alio scriptore inveni.

6. MULLUS, *fasciatus*, subflavescens fasciis longitudinalibus fuscis. *White's voyage to new South Wales.* 268. tab. 53. fig. 1.

Squamæ magnæ. Longitudo 5 unciarum.

*Amiae generis character.*

LINNÆI: Caput osseum, nudum, scabrum, futuris conspicuum. Dentes in mandibulis palatoque acuti, conferti. Cirri nasales duo. Membrana branchialis radiis 12. Corpus squamosum. S. N. 500.

GOÜANI: Corpus teretiusculum, subcathetoplateum, squamosum. Squamæ mediocres, imbricatae. Caput osseum, scabrum, plagioplateum, fronte excoriata, striata. Maxillæ dentatae, obtusiusculæ, subæquales; superior extractilis. Dentes acuti, conferti erecti, immobiles. Linqua edentula. Palatum denticulis exasperatum geminis. Oculi infimi, remoti. Opercula br. ossea, alepidota, scabra. Membrana br. operculata 12 radiata. Cirri duo ad nates. Linea lateralis recta, dorso paralela. Anus caudæ propior. Ossea duo scutiformia, radita, binata infra gulam. P. D. æquilibris, sublongitudinalis, declinata. P. P. subimediae, parvæ. P. V. pectoralibus subæquales, abdominales. P. A. brevis, declinata. P. C. distincta, brevis, rotundata; *Hist. pist.* 208.

*Observatio.*

Genus, cui idem nomen *Gronovius* imposuit, ab hoc diversum est. Vide *Nova genera Gronovii.*

AMIA, *calva*, cauda mæula nigra. L. S. N. 500. D. 42. P. 15. V. 7. A. 10. C. 20.

Corpus teretiusculum, squamosum. Linea lateralis recta. Gula officulis duobus scutiformibus, e centro striatis.

Opercula obtusa, ossea. Caput depresso, quasi excoriatum; crano nudo. P. P. ventralibus non maiores. P. V. in medio abdominis. P. D. longius extensa. P. C. rotundata. Macula nigra ad basin superiorem. Habitat in aquis dulcibus Carolinæ.

*The Mudfish D. Garden.*

*Teuthidis generis character.*

LINNÆI: Caput antice subtruncatum. Membrana branch. radiis 5. Dentes simplici serie, æquales, rigidi, approximati. S. N. 507.

BRÜNNICHII: P. V. in abdome. Pinnarum radii aliquot spinosi. Corpus squamosum. P. D. unica. Caput antice declive, subtruncatum. Fundam. zool. 142.

GOÜANI: Corpus ovato lanceolatum, cathetoplateum, microlepidotum. Caput parvum, truncatum, breve, cathetoplateum, declive, alepidotum. Maxillæ subæquales parvæ, obtusæ. Labia simplicia. Dentes serie simplici ordinati, æquales, rigidi, acuti, approximati, immobiles. Lingua glabra. Oculi supremi, medii. Orbitarum margo superus prominens. Opercula br. alepidota, orbiculata, triphylla. Membrana branch. operculata radiis 5. Apertura br. lateralis. Dorsum prominens, carinatum. Abdomen ventricosum. Linea lateralis dorso paralela. Anus submedius capiti vicinior. P. D. composita, longitudinalis, acuminata. P. P. infimæ, acuminatæ. P. V. abdominales, infimæ, subcontiguae, parvæ, compositæ. P. A. longitudinalis, acuminata, composita. P. C. distincta, subforcipata. Hist. pisc. 164.

I. TEUTHIS, *Hepatus*, spina utrinque caudali, recumbente, mobili. L. S. N. 507.

Caput maxime declive. Dentes æquales rigidi unica serie. P. D. radiis primis 8 spinosis. P. V. uno spinoso. P. A. 3. spinosis. Ad utrumque latus caudæ spina valida, subulata mobilis, erigibilis, recumbens in fulco latitans.

Turdus rhomboidalis. *The Tang. Catesby carol.* II. tab. 10.

Corpus microlepidotum, obscure cœruleum. Os parvum, edentulum. P. D. longitudinalis, aculeata. P. A. longitudinalis,

lis. P. C. excavata. Os forte, acutum in utroque latere caudæ. Habitat in mari circa Insulas Bahamenses.

*Chætodon cærulescens*, dorso nigro; cauda æquali ex albido nigroque varia. *Sebæ thes.* III. 104. tab. 33. fig. 3.

D.  $\frac{8}{9}$ . P. . . V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{3}{5}$ , C. . . .

Hepatus mucrone reflexo, utrinque prope caudam. *Gronov. zooph.* n. 353. Br. 5. D.  $\frac{9}{14}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{2}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. . . .

Caput cathetoplateum, parvum, a dorso declive, ante acuminato-contractum, prominens, alepidotum. Oculi magni, summi. Os obtusum, angustum prominens. Dentes æquales, validi, acutissimi, uni seriati. Branchiarum opercula rotundata, alepidota, brevissima. Dorsum & abdomen arcuata, carinata. Anus capiti propior. Linea lateralis dorso parallela. Ab caudæ basi mucro validus, subulatus, versus caput reclinatus, erigibilis, in sulco latitans. Squamæ minutissimæ læves. P. C. lunulata. Color plerumque lufuscus. Habitat in mari mediterraneo & Indico.

2. *TEUTHIS, javus*, cauda utrinque mutica. *L.S.N.* 507.

Corpus maculis longitudinalibus, cærulecentibus. Cauda lunata. Pinnarum ventralium radius primus & ultimus spinosus.

Hepatus cauda fronteque inermibus. *Gronov. zooph.* n. 352. tab. 8. fig. 4. Br. 5. D.  $\frac{2}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{2}{3}$ . A.  $\frac{7}{10}$ . C. . . .

Caput admodum compressum, breve, a dorso decline, antice obtusiusculum, sub oculis tantum microlepidotum, cætero alepidotum. Os terminale, parum prominens. Maxillæ æquales. Dentes acutissimi, æquales. Ocali medii, superi. Pupilla ovalis, transversalis. Iris tenuis. Orbita superior prominens. Truncus ovatus, valde compressus. Anus capiti parum propior. Linea lateralis arcuata, dorso propior. Squamæ minutissimæ, læves, integerrimæ. P. D. longitudinalis, composita. P. P. inferæ, lanceolatae, ascendentes. P. V. approximatæ, breves, abdominales, intus connexæ, compositæ, ossiculis 5, quorum primum & ultimum aculeatum. P. A. remota ab ano, fere longitudinalis composita. P. dorsali similis. P. C. lunulata mediocris. Color subhepaticus, obscurus, in lateribus maculis crebris, oblongiusculis ex cæruleo albicantibus longitu-

gitudinaliter sitis, versus abdomen majoribus variegatus. Habitatis in mari indicō circa Iavam.

### Loricariae generis character.

LINNÆI: Caput lāve, depresso. Os edentulum, retractile. Membrana branchiostega radiis 6. Corpus cataphractum. S. N. 508.

GOÜANI: Corpus cataphractum. Caput latum, rostratum. Os edentulum. Membrana branchialis radiis sex. Hist. pīsc. 107.

1. LORICARIA, *cathaphracta*, pinna dorsi unica; cirris duobus. L. S. N. 508.

Loricaria, *dura*. Mus. Ad. Fr. I. 79. tab. 29. Br. 4. D.  $\frac{1}{8}$ . P.  $\frac{1}{7}$ . V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{1}{6}$ . C. 12.

Corpus pedale, angustum, loricatum osseis segmentis. Segmenta hæc (ad latus numerata 32) loco squamarum cingunt corpus, ossa, supra & subtus convexa. Latera magis angulata sunt. Caput modice declive, scabrum, æquale. Os absque maxillis, fere ut in Sturione, contractile, ex villis cirrosis minimis; in superiori lobo aculeis 7 vel 8 minimis. Membrana branch. radiis 4. P. D. radiis 8, alta, scabra, radio primo, indiviso, altiore. P. P. radiis 7, primo indiviso, scabro. P. V. radiis 6; primo integro, scabro. P. C. radiis 12. bifurca; radius supremus definit in setam longitudine totius corporis. Segmenta corporis, ut in Syngnatho, undique cingentia, licet non æqualia, sed apice repanda, undique sequenti incumbentia.

Plecostomus dorso nonopterygio; ore cirrato, edentulo; osculo superiore caudæ bifurcæ longitudine corporis. Gron. zooph. n. 392. Br. 3. D.  $\frac{1}{8}$ . P.  $\frac{1}{7}$ . V.  $\frac{1}{6}$ . A. 6. C. 12.

Plecostomus dorso monopterygio; ore cirrato edentulo; osculo superiore caudæ bifurcæ seriformi brevi. Gron. zooph. n. 391. tab. 2. fig. 1. 2. Mus. ichth. n. 68. Br. 3. D.  $\frac{1}{8}$ . P.  $\frac{1}{7}$ . A. 6. C. 12.

Plecostomus corpore aculeato; ore cirrato; dorso monopterygio. Sæbæ thes. III. 88. tab. 29. fig. 14. Vide Mantiss. I.

2. LORICARIA, *Plecostomus*, pinnis dorsi duabus. L. S. N. 508.

*Acipenser, indicus*, ore cirris duobus *Mus. Ad. Fr.* II.  
55. tab. 28. fig. 4. D.  $\frac{8}{3}$ , I. P.  $\frac{1}{7}$ . V. 6. A. 5. C. 12.

Caput declive, laxe, antice prominens. Os infra rostrum, rotundum margine dilatato. Cirrus brevis utrinque ad angulum oris. Apertura branchiarum absque membrana Branchiostega. Corpus parvum magnitudine Leucisci, scabrum, subangulatum, seriebus squamarum praetenuitate vix numerandis. P.D. prior radiis 8, primis spinosus; posterior radio unico spinoso. P.P. radiis 7, primo spinoso, scabro. P.V. radiis 6, omnibus mollibus, primo scabro. P.A. radiis 5, angustissima. Cauda longa bifurca radiis fere 12. Habitat in America australi.

*Plecostomus* dorso dipterygio, cirtis duobus; cauda bifurcata. *Gronov. zooph.* n. 394. tab. 3. fig. 1. 2. *Mus. ichth.* n. 67. D. 8, I. P.  $\frac{1}{6}$ . V.  $\frac{1}{6}$ . A. 5. C. 16.

*Plecostomus* cirris duobus cauda bifurca. *Seba thes.* III. 87. tab. 29. fig. 11. D. 8, I. P.  $\frac{1}{7}$ . V.  $\frac{1}{6}$ . A. 5. C. . . .

*Fistulariae generis character.*

**LINNÆI:** Rostrum cylindricum, apice maxillosum. Membrana branch. radiis 7. *L. S. N.* 315.

**FORSTERI:** Corpus angulosum, subfusciforme. Caput cylindricum rostratum, apice maxillosum, inferiore ut operculo claudente superiore. Membrana branch. radiis 7. *Enchirid. h. nat.* 87.

**GOÜANI:** Corpus angulosum, subfusciforme. Caput tubulosum, rostratum. Membrana branchialis radiis 7. Maxilla inferior superiore claudens. *Hist. pise.* 107.

I. **FISTULARIA, tabacaria**, cauda bifida, setifera. *L. S. N.* 515. *Mus. Ad. Fr.* I. 80. tab. 26. fig. 1. Br. 5. D. 14. P. 14. V. 6. A. 4. C. 13.

Corpus lumbriciforme, depresso-fuscum. Habitus inter *Syngnathum* & *Esocem medius*. Caput  $\frac{1}{3}$  longitudinis subdepressum. Rostrum longum, angulatum, apice tantum hians, edentulum (?). Oculi orbita angulata. P. D. 14. rad. poneani regionem. P. V. in medio ventris. P. A. exacte opposita dorsali, sive simillima. P. C. bifurca, radio intermedio in septam longitudine capitis excurrente. Habitat in Brasilia.

*Artedi Genera.*

Kk kk

Pole-

*Solenostomus cauda bifurca & in setam balenaceam absente.* Gron. zooph. n. 365. & Mus. ichth. n. 31. Br. 7. D. 8. P. 15. V. 7. A. 12. C. 12.

Caput longum, pollicis crassitie. Rostrum tubulosum, superne striatum & angulosum tribus ossibus compositum. Mandibula parum acuminata, inferior longior & mobilis. Dentes conferti in maxillis. Opercula ossea, monophylla. Corpus longum, angutosum, a pinna dorsali hexagonum, alepidotum. Linea lateralis media, punctata. P. D. lumbaris. P. P. assurgentis. P. V. in medio corpore. P. A. dorsali opposita. P. C. bifurca. E medio ejus procedit flagellum nigrum, flexible, ab initio usque medium planum exinde setosum,  $8\frac{1}{2}$  uncias longum. Longitudo piscis ulnaris.

Petimbuabo. *Marcgravii bras.* 148.

*The Tobacco pipe Fish.* Catesby II. tab. 17.

**FISTULARIA**, *chinensis*, cauda rotundata, mutica. L. S. N. 515.

*Solenostomus cauda rotundata, integerima, seta nulla.* Gronov. zooph. n. 366. Br. 4. D. 26. P. 16. V. 6. A. 24. C. 16.

Caput alepidottum, cathetoplateum, oblongum, tubulatum, superne inter oculos planum, ab his verius anteriora tenuer, rectum, lateraliter est convexo - planum; inferior pars etiam angusta ac superior. Os ut in Fistularia tabaccaria. Dentes nulli. Opercula ossea, inermia. Apertura br. lateralis & gularis. Oculi supremi, ab ore remotissimi. Corpus cathetoplateum, microlepidotum, usque pinnam dorsalem & analiem lineare, dein in perangustam & convexam caudam coarctatur. Linea lateralis recta a summis operculis ad medium caudae oblique ducta. P. D. lumbaris. Ante hanc in dorsi sulco longitudinali ossicula quædam simplicia, inermia reclinata jacent. P. P. parvae insimæ. P. V. parvae, discretæ, uno proximæ. P. A. dorsali pinnae æqualis & opposita. P. C. parva rotundata. Color fuscus ex nigro maculatus. Inhabitat Indianam orientalem.

*Trompetter-Visch.* Houttuyn hist. nat. VIII. 229. tab. 65. fig. 1. D. 25 - 26. P. 16. V. 6. A. 27. C. 15.

Piscis

Piscis circiter sesquipedalis. Caput unā cum rostro 5 uncias longum. Rostrum 6 lineas latum. Oculi 3 lineas ampli. Color speciminis erat superne rufus; striis argenteis longitudinalibus super latera & abdōmen pallidiora, itemque punctis fuscis prope dorsum & lineam lateralem belle distinctus.

*Der Trompetenfisch.* Müller L. S. N. IV. 334. tab. 9. fig. 2. & Knorrii Deliciæ nat. II. 58. tab. H. 5. fig. 2. D.  $\frac{7}{7}$ , 22. P. 15. V. 6. A. 22. C. . . .

Piscis sesquipedali longitudine & 2 unciam latitudine. Caput magnum latumque rostro prælongo latoque corneo terminatum. Super medium dorsi radii 7 solitarii inter se remoti conspicuntur. P. D. secunda declinata, lumbaris, pone acuta longior quam alta. P. A. illi similis & opposita. P. V. sub medio abdominis, angustæ. P. P. rotundatæ, mediæ. P. C. integra. Color in dorso subcæruleus ad latera & infra e flavo albidus. Seriebus 6 macularum rotundarum, nigrarum ad dorsum & aliquot similibus infra abdomen notatus. Præterea pinna dorsalis secunda & analis stria lata, longitudinali nigra insignitæ sunt.

Acus chinensis maxima corpore compresso. *Petiveri gazoph.* tab. 68. fig. 1.

3. *FISTULARIA, paradoxa*, lineis argute prominulis reticulata; cauda lanceolata. *Gmelini L. S. N.* 1388.

*Fistularia, paradoxa,* *Der Seepferdähnliche Röhrfisch.* *Pallas spic.* VIII. 32. tab. 4. fig. 6. D. 5, 18. P. 25. V. 7. A. 12, C. 14.

Caput leviter inclinatum, parvulum. Rostrum longissimum, descendens, rectum, corneum supra argutum, subtus bicostatum, ramentorum nigrorum tribus paribus æque distantibus barbatum: spinula conica utrinque ad dorsum tubi. Maxillæ in apice adscendentes, acutæ, dilatabiles; inferior paulo brevior. Os exiguum. Oculi magni ad basin rostri. Spina utrinque ante orbitas triquetra. Costa infra orbitam denticulata. Nucha capitidis trimuricata. Opercula branchi, parva, radiata, subtus lamella arcuata loco membranæ br. aucta. Corpus cathetoplateum, lineis prominulis reticulatum & spinis muricatum. Anterior corporis pars subdecaëdra latior: posterior angusta hexaëdra, clathrata, linearis usque processus semi-

ovatos, compressos, carnosos, quinque costatos, quibus insident. P. A. & dorsalis posterior. Post hos processus cauda attenuatior, compresso-heptaëdra, P. P. unicolores, latissimæ. P. D. prima longa, reclinata, angusta acuminata, fasciolis nigris picta. P. D. secunda à anali opposita, exilis processui sive alæ carnosæ insidens. P. V. maximæ reclinatae, inter se lateribusque corporis laxa membrana connexæ. Unde oritur fascus longitudinalis, postice deficiens, intra quem alvam retractam, inaculentam, mollem invenias. P. A. in ala carnosa proxime ad finem ventralium. Anus proxime ad alam. P. C. lanceolata, dorsali priori similis. Color totius cinereo-albicans, rivulis exilibus inordinatis, passim coherentibus, crebroque interruptis obsolete brunneis, antrosum & in capite obsoletissimis, crebris in pinnis ventralibus, subatratis in pinna dorsi antica & pinna caudæ. Magnitudo bipollicaris. Habitat in mari balthico.

*Solenostomus varius* rostro cirrato; pinnis dorsali & ventralibus prælongis. *Sebae thes.* III. 106. tab. 34. n. 4.

*Species ad huc dubia.*

4. *FISTULARIA*, *fusiformis*, corpore lanceolato, retrorsum gracilescente; superne usque lineam lateralem obscure fasciato, pinnis ventralibus sub abdomine, cauda bifurca. *W.*

*Solenostomus brevis*, corpore ventricoso; capite caudaque falcatis, gracilibus, 5 pinnis donatus, duabus branchialibus, tertia dorsali intermedia quartam & quintam ventralium ante & pone foramen excretorium. *Kleinii M.* IV. 26. tab. 4. fig. 5.

Hic in antecedentibus pag. 9. falso locatus inter Singnatos *Linnæi*.

*Elopis generis character.*

*LINNÆI*: Caput lœve. Dentium scabrities in maxillarum margine, & palato. Membrana branch. radiis 30. Præterea exterius in medio armata dentibus quinque. *L. S. N.* 518.

*FORSTERI*: Corpus lanceolato-attenuatum. Caput magnum, lœve. Dentium scabrities in maxillarum margine, palato. Membrana branch. duplex 30 radiis, exterior minor præterea armata dentibus 5. Cauda infra supraque armata. Squama ossa seu spina lanceolata horizontali. *Enchir. h. n.* 88.

J. ELOPS,

1. ELOPS, *Saurus*, cauda supra infraque armata. L. S.  
N. 518. Br. 30. D.  $\frac{4}{2}$ . P. 17. V. 14. A.  $\frac{3}{2}$ . C. 30.

Corpus longum, a Salmone diversum pinnæ adiposæ defectu. Caput magnum, lœve, splendens, compressum, supra planiusculum. Oculi ante capitis ad partem tecti. Scabrities maxillarum iuferiorum longior. Membr. branch. 30; sed in medio extra hanc membranula branch. alia minima e dentibus 5 brevioribus. P. D. in medio. P. V. paulo anteriores. P. A. propior pinnæ candæ. P. C. profunde bifida; ante pinnam tam supra, quam infra armata squama ossea sive spina lanceolata horizontali. Habitat in Carolina. D. Garden.

*Saurus maximus. Sloani jam. 452. 2.*

Confer Brown. jam. 452. 2.

*Polynemi generis character.*

LINNAEI: Caput compressum undique squamosum; rostro obtusissimo prominente. Membrana branch. radiis 5 vel 7. Corpus digitis liberis ad pinnas pectorales. S. N. 521.

FORSTERI: Corpus oblongum. Caput rostratum, compressum, undique squamosum. Digi liberi ad pinnas pectorales non articulati. Membrana branch. radiis 5 - 7. Euchirid. h. n. 88.

### Observatio.

Hoc genus a Trigla distinctum pinnis ventralibus in abdome sitis & digitis non articulatis. L. S. N. 522.

1. POLYNEMUS, *quinquarius*, digitis quinque, corpore longioribus. L. S. N. 521.

Polynemus filamentis utrinque 5 ad pinnas pectorales. Gronov. zooph. 398. & Mus. ichthyol. n. 74. Br. 5. D. 7,  $\frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 17.

Caput cathetoplateum, modicum, a dorso declive. Rostrum crassum, rotundum. Maxillæ æquales; inferior apice inflexo, globoſo instructa. Denticuli minutissimi in maxillis, palato & faucibus. Oculi ori approximati, pupilla ovata, iride argentea. Opercula br. inermia, pone angulata. Corpus cathetoplateum, latum, dorso arcuato, ventre plano, squamis albis, leviter ferratis, deciduis. Linea lateralis curva; dorso propior. P. D. prior exigua, e regione pinnarum ventralium. P. D. se-

cunda, composita major & altior priore. P. P. subinfimæ, longæ, angustæ, ascendentæ. His pinnis ad radices oppositæ sunt 5 appendices ossicæ, filiformes, quarum duæ mediæ corpore ipso duplo longiores, duæ superiores parum breviores, infima minima. P. V. approximatæ, abdominales, breves, compositæ. P. A. magna, composita. P. C. lata, magna, bifurcata. Longitudo 9½ unciarum & altitudo ad anum 2 unciarum.

Pentanemus. *Sebae thes. III.* 74. tab. 27. fig. 2. Vide *Mant. I.*

2. POLYNEMUS, *plebejus*, digitis 5, primo ultra anum extenso, cæteris sensim brevioribus. *Gmelini L. S. N.* 1401.

Polynemus, *plebejus*. Otaheitis *Emoi*. *Broussonet-ichth. Decad. I.* tab. 7. Br. 7. D. 8, ¼. P. 16. V. ¼. A. ¾. C. 4-4.

Corpus compressum, oblongo-lanceolatum, squamosum. Linea lateralis vix suprema, dorso paralela, lineolata. Anus fere medius. Caput compressum, subquadrato-conicum, apice prominens, squamosum. Rictus vix sursum spectans. Maxilla superior longior, lateribus extractilis; inferior planiuscula. Labia cutacea tantum in angulis oris. Dentes conserti, setacei, introrsum versi, subæquales, minutæ. Lingua lævis. Palatum antice exasperatum ossiculis 4 scabris. Oculi ampli, orbicularis, medii, rostri apici propiores, velamento diaphano tecti. Iris argentea; pupilla nigra. Opercula branchi squamosa, anteriora leviter ferrata, posteriora obsolete ciliata. Digihi utrinque 5 ante pinnarum pectoralium basin oblique inserti, simplices, setacei: superior ultra anum protensus; cæteri sensim breviores; interior ultra pinnarum ventralium basin extensus. P. D. prima nuda, subtriangularis, altior quam longa, ante æquilibrium sita. P. D. secunda, composita brevis, subfalcata, squamosa pone æquilibrium sita. P. P. infimæ, oblongae, apice oblique truncatae. P. V. approximatae, oblique trapeziformes, compositæ, abdominales. P. A. pinnae dorsali secundæ similis & fere opposita. P. C. ampla, biloba, squamosa, lobis sublanceolatis. Color: totus argenteus, dorso cineraſcente. Pinnae canescentes, fusco punctatae. Habitat prope insulam Otaheite.

3. POLYNEMUS, *verginicus*, digitis septem, cauda integræ. *L. S. N.* 521. Br. 7. D. 7, ½. P. 15. V. ½. A. 2/5. C. 15. Oper-

**Opercula ferrata.** Radius primus dorsalis prioris brevissimus. P. C. lata, acuta.

4. **POLYNEMUS, paradisiacus,** digitis 7, cauda bifida. **L. S. N. 522.**

*Pisces paradisaea. Mango. Edwards av. tab. 208. Seligmanns Sammlung ausländischer Vögel tab. 103.*

Corpus spithamale, fusiforme, parum compressum, squamosum, colore aurantio. Caput modicum, cuneatum, ante obtusum. Oculi rostro propiores. Opercula branch. vix squamosa, integra. P. D. prima altior quam longa, acuminata, triangula, scapularis. P. D. secunda lumbaris, aliquantum major prima, pone excavata. P. A. dorsali secundæ similis & opposita illaque parum brevior. P. P. lanceolatae acuminatae, longae. P. V. prope thoracem, dimidio minores pectoralibus. Digi 7 rigidi, filiformes infra pinnas pectorales ad aperturam branchialem siti, quorum tres superiores longitudinem totius corporis aequant, reliquæ 4 gradatim longitudine decrescunt. P. C. longissima, forcipata, tertiam totius corporis partem efficit. Squamae magnae, duræ, fixæ totum corpus vestiunt. Linea lateralis dorso paralela. Pinnae omnes saturate aurantiae vel rufæ. Habitat in Bengalia.

#### *Mormyri generis character.*

**LINNEI:** Caput laeve. Dentes plures emarginati. Apertura branchialis linearis absque operculo. Membrana branchiostega radio unico. Corpus squamosum. **S. N. 522.**

**FORSTERI:** Caput ovatum, squamosum. Caput porrectum, laeve. Dentes plutes emarginati. Apertura linearis absqueo perculo. Membrana branch. radio uno. **Enchir. 87.**

**GOÜANI:** Corpus squamosum cathetoplateum, ovatum ad caudam angustius. Caput porrectum, cathetoplateum, alepidotum, fronte declivi, subcarinata. Rostrum parvus tubulosus, subrectus. Rostrum acutiusculum. Maxillæ ad latera clavæ, extractiles, in apice denticulatae. Dentes paucissimi acuti, setacei, emarginati. Lingua & palatum glabra. Oculi parvi supremi, longe a rostro. Opercula br. monophylla brevissima angulata. Membr. branch. patens uniradiata. Apertura branch. linearis, lateralis, denudata. Branchiæ quinæ, denudatæ, Linea late-

lateralis obliqua, ad caudam incurva. Anus submedius. P. D. humilis, longitudinalis, declinata. P. P. infimæ, acuminatæ. P. V. abdominales, capiti proximiores quam caudæ. P. A. parva pone æquilibrium. P. C. distincta bifida.

1. *MORMYRUS, cyprinoides*, cauda bifida, acuta. L. S. N. 522. Mus. Ad. Fr. II. 109. D. 27. P. 9. V. 6. A. 32. C. 19.

Corpus facie Rutili, ovatum, album, squamatum. Cauda linearis inter pinnam ani seu dorsi & pinnam caudæ, nec sensim decrescens, ut in aliis. Caput nudum, adspersum punctis minimis excavatis. Nares utrinque dupli parvo foramine. Os parvum. Dentes nonnulli acuti. Gula communi cute capitis arcte clausa. Apertura branch. absque ulla membrana branchiostega. P. D. mutica. P. P. acutiusculæ. P. V. parvæ in ipso abdomine. P. A. exacte sita, magnitudine, figura coincidens cum dorsali, cui opposita. P. C. bifurca, acuta. Membrana pinnæ dorsi & ani basi dehiscit a corpore, ut seta transmitti queat. Piscis tota facie malacopterygius ob defecum membranæ branchiostegæ admodum singularis. Capite videtur affinitatem habere cum Siluris. Habitat in Nilo.

2. *MOMYRUS, anguilloides*, cauda bifida, obtusa. L. S. N. 522. Mus. Ad. Fr. II. 110. D. 26. P. 10. V. 6. A. 41. C. 19.

Corpus squamosum, figura Clupeæ. Caput nudum magis quam in altero, oblongum, ut in Muræna, tectum etiam oculis cuto. Dentes in maxillis plurimi, simplici serie, omnes emarginati. Lingua obtusa, glabra. Membranæ branchiostega omnino nulla sed apertura linearis ut in Ostracionibus. P. V. in ipso abdome. P. C. bipartita ad basin, lobis rotundatis, ultra medium carnosis.

3. *MORMYRUS, Caschive*, rostro tubuloſo, pinna dorsali longitudinali, cauda bifurca. Hasselquist itin. 440. Br. I. D. 80. P. 10. V. 6. A. 19. C. 24.

Caput alepidotum, compressum, fere oblongum, valde declive. Rostrum admodum declive, ante verticem capitis acutiusculum, cylindricum. Maxillæ ad latera clausæ, inferior longior. Apertura oris minima, tubularis. Oculi sumini infra verticem, parvi. Pupilla nigrescens. Iris argentea. Dentes acuti, tenuissimi in apice utriusque maxillæ, quæ posterius & palata-

palatum & fauces glabra. Opercula br. lamina una simplici, irregulari, inferius terminata membrana. Membrana branch. nuda, parva, radio osseo recto, apice prominente. Corpus microlepidotum valde compressum, latiusculum, tenuiusculum, dorso custrato, arcuato, juxta caudam tenue, proxime supra caudam crassiusculum & fere clavatum. P. D. longitudinalis, æqualis, humilis. Radii fere XXC æquales, simplices, flexuosi. P. P. infimæ, acuminatæ radiis 10, quorum primi simplices, nodosi, longiores reliquis decrementibus ramosis. P. V. abdominales, acuminatæ, tenues. P. A. brevis parva, declinata, proxime infra anum. P. C. admodum bifurca. Anus infra medium corporis. Linea lateralis media infra pinnam ani parum incurvata. Color glaucus supra lineam lateralem, infra lucido-carneus, in vertice aureus. Longitudo spithamalis. Latitudo juxta P. V. unius pollicis. Habitat in Nilo. Ab antecedente differt imprimis numero radiorum in P. D & A.

4. *MOMYRUS*, *Kannume*, rostro decurvo, prominente, pinna dorsi linearis, longitudine corporis dimidii. *Forskål* l. c. 74. D. 63. P. 15. V. 6. A. 17. C. 20.

Corpus valde compressum. Color albidus. Abdomen à capite ad anum rectum, inde surgens. Cauda linearis, pinna bifida obtusa. Rostrum conico-deflexum, labio inferiore longiore. Dentes emarginati. Linea lateralis recta, media. Apertura branchialis perpendicularis. P. V. abdominales. P. D. linearis ante pinnam ventralem incipiens, continuata ad pinnam caudæ. Habitat in Nilo.

## GENERA NOVA GRONOVI.

### *Callorynchi generis Character.*

Corpus alepidotum, oblongiusculum, cathetoplateum, lœve. Anus caudæ propior, inter pinnas ventrales situs. Linea lateralis dorso parallela & propior, haud interrupta, recta. Caput corporis crassitiem æquans, lœve, alepidotum, antrorum in rostrum cartilagineo-membranaceum nire formatum, productum, sub quo os denticulatum. Apertura branchialis utrinque unica in inferiore capite. Pinnæ 7. in dorso binæ, quarum prior radio rigido armata: Analis nulla: Ventrales cau-

dæ propiores, quam capiti, ad latera ani locatæ. Caudæ lobus superior longissimus. *Zoophyl.* pag. 31.

1. **CALLORYNCHUS** pinna dorsi secunda triquetra; rostro appendiculato. *Zooph.* n. 141.

*Chimæra, Callorynchus. Linnæi.*

2. **CALLORYNCHUS americanus** pinna dorsali secunda linearis; fronte compressa retusa; rostro nullo, *Gronovii in Act. helveticae:* VII. 49.

*Chimæra, praetisa. W.*

### *Cyclogasteris generis character.*

Corpus cathetoplateum, oblongum, crassifuscum, alepidotum, versus caudam gracilescens, inerme. Anus capiti propior. Caput magnum, breve, corpore latius, inerme, alepidotum, plagioplateum, obtusum. Os in apice capitinis. Dentes in maxillis & faucibus. Aperturæ branch. in summis lateribus tantum apertæ. Membrana branch. nuda, inflata quasi aëre, undique in tegumentis capitinis corporisque alligata, officulis 7 instructa. Pinnæ veræ 5 inermes: In dorso unica per totam ejus longitudinem extensa: Analis ab ano ad caudam: Pectorales latæ. Ventralis spuria circularis, quemadmodum in Cycloptero, sub pinnis pectoralibus sita. *Zooph.* p. 55.

1. **CYCLOGASTER.** Belgis *Kringbuyk.* *Zooph.* 55. *Mus. Ichth.* n. 157.

*Cyclopterus, Lipparis. Linnæi.*

### *Gonorynchi generis character.*

Caput oblongum, gracile inerme, cathetoplateum, rotundatum. Linea lateralis recta in mediis lateribus. Squamæ minutissimæ. Caput cathetoplateum, omnino squamosum. Rostrum prominentissimum. Apertura br. in summis lateribus angusto hiatu. Membrana branch. ab integumentis capitinis communibus obtecta, officulisque tribus suffulta. Pinnæ 7 inermes: in dorso extremo unica e regione ventralium. Ventrals caudæ propiores.

1. **GONORYNCHUS.** *Zoophyl.* n. 199.

*Cyprinus. Gonorynchus. Linnæi.*

*Uranoscopi generis character.*

Corpus prope ad caput plagioplateum, versus caudam gracilescens, cathetoplateum, alepidotum, inerme oblongum. Anus capiti propior quam caudæ. Caput plagioplateum inerme, corpore latius alepidotum. Os in apice capitum. Oculi in summo capite approximati. Dentes in maxillis & faucibus. Opercularum lamina media utrinque aculeo armata. Aertura br. in summo capite ovali, angusto foramine vel & in lateribus foramine ampliori instructæ, subitus clausæ. Membrana branchial. sub operculis integumentis capitum communibus latitans ossiculis utrinque suffulta quinque. Pinnae 7 inermes: in dorso duæ: Ventrals latiusculæ sub pectoralibus. *Zoophyl.* p. 57.

1. URANOSCORPUS ossiculis pinna dorsalis primæ brevissimis; capite utrinque monocanthio. *Zooph.* n. 203. *Mus. ichth.* n. 166.

*Cottus, Gobio, Linnæi.*

2. URANOSCORPUS ossiculo primo pinnae dorsalis primæ unciali. *Zooph.* n. 204. *Mus. ichth.* n. 63.

*Callionymus, Dracunculus. Linnæi.*

3. URANOSCORPUS ossiculo primo pinnae dorsalis primæ triunciali. *Zooph.* n. 205. *Mus. ichth.* n. 65.

*Callionymus, Dracunculus. Linnæi.*

4. URANOSCORPUS ossiculo primo pinnae dorsalis primæ longitudine corporis. *Zooph.* n. 206. *Mus. ichth.* n. 64.

*Callionymus Lyra. Linnæi.*

*Cynædi generis character.*

Corpus cathetoplateum, crassiusculum. Dorsum parum arcuatum. Squamæ inermes, imbricatæ. Linea lateralis integræ, ab operculo caudam petens, arcuata, dorso paralela & propior. Caput cathetoplateum, crassum. Occiput & opercula, quæ rotundata & inermia, squamis conteguntur. Frons atque regio inter oculos atque rostrum alepidota. Membrana branch. ab operculis coniecta, ossiculis utrinque sex. Pinnae 7. Dorsalis unica, quæ in medio parum humilior: Pinna ani unica: Ventrals sub pectoralibus, radio unico aculeato & 5 muticis

subramosis. Reliqui aliquot aculeati ad pinnam dorsalem & analem. *Zooph.* p. 60.

\*) *Dentibus anticis reliquis majoribus.*

1. *CYNÆDUS* dentibus anticis conicis, validissimis; cauda bifurca. *Zooph.* n. 213. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 15.

Caput magnum, ab oculis valde declive, in lateribus dense squamosum. Oculi magni laterales. Maxilla inferior longior. Dentes validi, 4 anteriores in utraque maxilla conici, crassissimi, incurvati, prominentes, reliqui vero laterales humiliores, convexi, spherici. Opercula squamosa, rotundata. Truncus ovato-lanceolatus, dorso carinato, arcuato, macrolepidotus. Linea lateralis arcuata, dorso propior. P. D. fere longitudinalis circa medium humilior & pone rotundata, aculeis 11 & totidem radiis fissis parum longioribus composita. P. P. oblongæ, acuminatæ, ad anum pertingentes, P. V. multo minores, thoracice, approximatæ, compositæ. P. A. rotundata, tribus robustis aculeis & 8 radiis longioribus fissis composita. P. C. lata, parum bifurca. Habitat circa Promontorium bonæ spei ubi *Roman* a rubro colore vocatur.

An *Sparus*, *Hurtia*, Linnæi?

2. *CYNÆDUS* cauda lunulata; dente secundo antico utrinque maxillæ maximo. *Zooph.* n. 214.

*Sparus*, *Dentex*, Linnæi.

\*\*) *Dentibus omnibus longitudine æqualibus.*

3. *CYNÆDUS* cauda bifurca; dentibus æqualibus, acutis; capite subobtuso; pinnis pectoralibus longiusculis. *Zoophyl.* n. 215. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{5}{4}$ . C. 15.

Caput breve, crassum, obtusum, lateribus squamosum. Oculi magni, medii. Maxillæ æquales, obtusæ, dentibus æqualibus, validis in margine antico armatæ, qui acuminati, introrsum incurvati, contigui; ab interiore autem latere instructæ sunt minimis, confusaneis & granulosis dentibus. Opercula inernia, rotundata. Truncus microlepidotus, dorso carinato & arcuato uti abdomen: Linea lateralis dorso parallela & propior. P. D. longa haud alta, in dorfi medio, composita, circa medium parum humilior. P. P. acuminatae ad ani regionem pertingunt. P. V. thoracieæ, compositæ. P. A. radiis 9 fissis æqua-

æqualibus & 5 aculeis brevioribus composita. P. C. bifurca. Color subobscurus, ferme nigricans, versus abdomen pallidior. Habitat circa Promontorium bonæ spei. Longitudo 9 $\frac{1}{2}$  unciarum.

*Hottentots visth. Kolbe Promont. bonæ spei I. p. 250.*

*Erythrinus Rondelet. lib. 5. cap. 16.*

4. *CYNÆDUS*, cauda bifurca, dentibus æqualibus, superioribus bifidis; capite subobtuso; pinnis pectoralibus curtis.

*Zooph. n. 216.* D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{5}$ . P. 12. V.  $\frac{5}{6}$ . A.  $\frac{2}{7}$ . C. 18.

Caput quoad formam omnino convenit cum mox descripto. Maxilla superior parum longior. Dentes conferti, lati, æquales, magni, incisorii, in una serie, in maxilla superiore, fulco bifidi, in inferiore acuti. Dorsum minus arcuatum quam in præcedente; Linea lateralis dorso-proprior, & paralela. P. D. composita, declinata. P. P. curtae, mediae, P. V. approximatæ, compositæ, thoracicae. P. A. ano vicina, haud alta, aequalis, aculeis 2 brevioribus. P. C. bifida, lobis acuminatis. Color ferme Cyprinorum. Longitudo semipedalis.

? *Scarus Rondeletii lib. 6. cap. 2.*

5. *CYNÆDUS* cauda lunulata; capite subacuto; dentibus æqualibus minimis. *Zooph. 217.* Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{5}{6}$ . A.  $\frac{3}{7}$ . C. 15.

Caput a dorso decline, squameum. Oculi summi, submedii. Pupilla ovata. Iris aurantia. Maxillæ aequalis, superiori extensili. Dentes minimi, conferti; antici acutissimi, postici seu molares spherici. Dorsum carinatum, parum arcuatum. Abdomen vix prominens. Linea lateralis ut in antecedentibus. P. D. composita circa medium post aculeos humilior. P. P. subinferae, oblongae, magnæ. P. V. thoracicae, compositæ. P. A. composita, aequalis. P. C. lunulata, ampla. Color idem, qui Cyprino nobili. Habitat ad insulas maldivicas ubi *Ikan Blanak* & ab Europæis *Harder* vocatur. Longitudo fere pedalis.

6. *CYNÆDUS* cauda bifurca; corpore oblongo, gracili; dorso recto. *Zooph. n. 218.* D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 19. V. 6. A.  $\frac{2}{7}\frac{1}{6}$ . C. . .

Forina Harengi. Caput superne convexo-rectum, a lateribus convexum, squamosum. Dentes parvi, plani, truncati, æquales. Maxillæ aequales. Iris aurea. Pupilla ova-

lis. Dorsum rectum, convexum. Abdomen parum prominens. Anus caudæ propior. Linea lateralis recta, dorso propior, obsoleta. Squamæ læves, satis maguæ, imbricatæ. P. D. fere longitudinalis, æqualis, composita. P. P. satis magnæ. P. V. contiguae, thoracicæ. P. A. composita. P. C. bifurca, lobis utrinque acutis. Color ex aureo splendens, in dorso fuscescens. Habitat in mari mediterraneo.

Habitu externo similis Sparo orientali sed dentibus, pinna, cauda & colore differt.

7. *CYNÆDUS* corpore ovato, lato: cauda bifurcata; dentibus æqualibus, obtusis. *Zooph.* n. 219. D.  $\frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . P. 16. V. 6. A.  $\frac{3}{4}$ . C. . . .

Caput breve, obtusum, cathetoplateum. Maxillæ aquales. Dentes æquales, obtusi, truncati. Truncus valde compressus, squamatus, ovatus, dorso carinato, magis arcuato, quam abdomen planum. Linea lateralis dorso paralela. P. D. composita, alta, fere longitudinalis. P. P. inferæ, oblongæ, ad anum extensæ. P. V. approximatæ, thoracicæ, proportionatæ. P. A. composita, mox post anum sita. P. C. magna bifurca. Color ex fusco-argenteus in squamis, secundum lineas longitudinales imbricatim positis, macula atra magna ad radices caudæ post fines pinnarum dorsi & ani distinctus. Pinnæ albent. Longitudo 4 unciarum & latitudo summa 1 unciae & 4 lineorum. Inhabitat mare mediterraneum.

8. *CYNÆDUS* cauda lunulata; dentibus æqualibus acutis; maxilla inferiore longiore; capite acutisculo. *Zooph.* n. 220. Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{2}{3}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 20.

*Sparus Aurata L. S. N.*

9. *CYNÆDUS* cauda bifurca; dentibus æqualibus, minimis; radiis pinnarum pectoralium infimis, subulatis, longioribus. *Zooph.* n. 221. D.  $\frac{2}{3} \frac{1}{4}$ . P. 13. V. 6. A.  $\frac{2}{3}$ . C. . .

Caput subacutum, a dorso declive, squamosum. Dentes minutissimi, contigi, æquales, labiis tecti. Corpus oblongum. Linea lateralis dorso propior & quodammodo paralela. P. D. longitudinalis, composita. P. P. mediæ, latissimæ, officulis 13 prælongis instructa, quorum superiora fissa, inferiora vero simplicia, subulata, inermia, superioribus longiora, inæqua-

**æqualia.** P. V. approximatæ, inerimes, parvæ ferme abdominales, in medio inter juncturas branchiarum & anum sitæ. P. A. parva, composita; medio inter P. V. & caudam sita. Cauda lunulata lobis rotundatis. In specimine exsiccato minime colorēm obsoletum Auctor, sed tantum vestigia 4 fasciarum nigra-rum cognoscere potuit. An alijs generis sit pisces?

*Holocentri generis character.*

Corpus cathetoplateum, squainis asperis. Linea lateralis dorso propior & paralela. Caput cathetoplateum undique aculeatum. Opercula squamosa & aculeata. Dentes in maxil-lis, palato & faucibus. Membrana br. recondita ossiculis 6. Pinnæ 7 aculeatæ. P. D. in medio ferme divisa. P. V. 8 radia-tæ. Cauda utrinque aculeis instructa. *Zooph.* p. 65.

**BLOCHII:** Opercula squamata, ferrata aculeataque. *N. A. Fr. IV.* 59.

1. *HOLOCENTRUS* maxilla superiore longiore; rostro obtuso. *Zooph.* n. 224. *Mus. ichth.* n. 93. Br. 6, D.  $\frac{11}{2}$ . P.  $\frac{1}{4}$ . V.  $\frac{1}{8}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C.  $\frac{5}{7}$ .

Macula rotunda picea ad apices trium priorum aculeorum in pinna dorsali adest.

*Holocentrus.* *Sebæ thes.* III. 73. tab. 27. fig. 1. D.  $\frac{11}{2}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{8}$ . A.  $\frac{4}{3}$ . C.  $\frac{8}{7}$ . Vide *Mantissam I.*

*Holocentrus;* *Sogo*, pinna ventrali radiis octo. *Der So-go.* *Bloch. N. A. F. IV.* 61. tab. 232. Br. 8. D.  $\frac{11}{2}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{8}$ . A.  $\frac{4}{3}$ . C.  $\frac{10}{9}$ .

Caput, uti-truncus, compressum a nucha declive inter oculos fulco excavatum, ad margines laminarum ossearum den-ticulatum: ante subacutum. Rictus modicus. Maxillæ sicut palatum denticulis acutis armatæ. Oculi grandes, superi, rostro propiores. Iris aurea, prope pupillam nigrā argentea. Nares simplices oblongæ. Opercula anteriora squamata, angu-lata, pone denticulis & inferne spinæ valida armata; posteriora arcuata, similiter denticulata, duabus spinis in parte superiore prædita. Truncus macrolepidotus, squainis denticulatis ex-asperatus, oblongo-ovatus, in caudam spathulatam angustiflimam fere linearem præcipitanter contractus. Linea lateralis dorso, leviter curvato, propior & ferme paralela. Anus remo-tus.

tus. P. D. semilongitudinalis, inæqualis composita, cuius pars anterior aculeata, in sulco dorsi inclusa, declinata, longior & multo humilior est parte posteriore inermi, acute-angulata, trapezoidea. P. P. mediocres oblongæ, subinferæ processui orbiculato scapulæ insident. P. V. acutæ, compositæ, thoracicæ, sed paulo remotiores a capite & longiores, quam P. P. & radios continent. P. A. parti inermi pinnæ dorsalis similis & opposita, 4 spinis crescentibus & decrescentibus ante munita. P. C. longa, forficata, spinis 5 brevibus crescentibus firmata. Color rubicundus in dorso & lateribus, limbis squamarum argenteis translucentibus & vittis flavis belle variegatus; in pinnis dilute ruber adigneum vergens, in abdome argenteus. Habitat in India occidentali.

2. HOLOCENTRUS, (*nasutus*) maxilla inferiore longiore; rostro acuminato, ultra maxillas prominente. *Zooph.* n. 225.

Caput cathetoplateum, breve, latitudinem & altitudinem corporis æquans, superne versus rostrum obliquum, planum, versus dorsum convexum, adscendens, cæterum inerme. Rostrum ultra mandibulas prominens, rectum, acuminatum, triquetrum, superne carinatum, pellucidum, osseo-cartilagineum. Oculi amplissimi. Iris argentea. Pupilla ovata. Os angustum. Maxilla inferior angusta, acuminata, longior superiore. Dentes nulli visibles. Opercula br. lata, plana, arcuata, omnino squamata, in margine extremo aculeis prælongis armata. Membrana branch. minutissimis ossiculis suffulta. Corpus oblongum, cathetoplateum, ferme teres, post anum angustius. Linea lateralis, squamæ & pinnæ similiter se habent ac in Holo-centro primo. Cauda bifurca utrinque aculeata. Color ex albo fulvus, in dorso fuscus. Longitudo unius unciae & quinque linearum. Habitat in Surinam.

3. HOLOCENTRUS, *calcarifer*, aculeis 8 in pinna dorsali. *Der Spornträger.* *Bloch. N. A. F.* IV. 100. tab. 244. B. 6. D.  $\frac{8}{8}$ . P. 15. V.  $\frac{5}{5}$ . A.  $\frac{3}{3}$ . C. 17.

Caput compressum, superne subplanum, in parte anteriore nudum, in posteriore squamosum. Maxilla infera parum longior supera. Dentes minutissimi in maxillis & palato. Oculi

Oculi magni sub vertice. Iris argentea. Pupilla nigra. Operculum anterius denticulatum, inferne quatuor spinas, in modum calcaris habet; posterius superne spina una forti exit. Margo scapulae denticulatus. Truncus compressus, ovato-oblongus squamis nigris argenteis, flavo marginatis & lineola obscura longitudinali in medio insignitis vestitus. Linea lateralis subrecta, dorso propior. Anus remotus. P. D. composita, circa medium humilior. P. P. subinferae, acutae, parvae. P. V. thoracicæ, acutæ, compositæ. P. A. rotundata ut & P. C. Color in dorso fulvus, in lateribus argenteus ad violaceum vergens, in pinnis pectoralibus & ventralibus flavescens, in reliquis ad basin flavus; fasciis transversis obscuris ornatus, ad extremitatem fuscus. Habitat in Japonia.

4. HOLOCENTRUS, *tigrinus*, maculatus; pinna caudæ lunata. *Der getigerte Sogo.* Bloch N. A. F. IV. 77. tab. 237. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 15.

Vide Percam tigrinam in antecedentibus.

5. HOLOCENTRUS, *servus*, lineis tribus curvis; pinna caudæ lunata. *Der Sklavenfisch.* Bloch N. A. F. IV. 80. Br. 4. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 16.

Caput breve, compressum. Maxillæ æquales. Supera mystacibus prædita. Denticuli distincti. Palatum asperum. Operculum anterius pone & subtus denticulatum, posterius spina terminatum: ambo uti truncus squamis tenuibus, argenteis obtecta. Iris aurea. Pupilla nigra. Truncus oblongus, microlepidotus, colore fundamentali argenteo, vittis tribus nigricantibus, incurvis ornatus. Anus medius. P. D. composita, post medium humilior, flava maculis 4 nigris notata. P. P. obtuse, inferæ, parvae. P. V. compositæ, acuminatæ, pectoralibus longiores; ambæ citrinæ. P. A. composita, trapezoidæ, retrosum excavata, citrina. P. C. lunata, fulva; apicibus nigris & vittis concoloribus tribus, convergentibus distincta. Habitat in Japonia. Longitudo semipedalis.

HOLOCENTRUS, *striatus*, maxillis æqualibus; pinna caudæ truncata. *Der gestreifte Sogo.* Bloch N. A. F. IV. 71. tab. 235. Br. 4. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 15.

Caput magnum, a dorso declive, ad opercula squamsum. Oculi superi, rostro propiores; velamento obtecti. Iris ad pupillam nigram, alba cæterum spadicea. Maxillæ æquales; denticulis contiguis armatae: supera mystacibus obtecta. Palatum denticulatum. Os malæ sive operculum anticum pone & infra denticulatum, posticum cute acute angulata cum spina de-pressa, imposita terminatum. Truncus oblongus squamulis denticulatis exasperatus, fordide albüs; fasciis 5 spadiceis pictus. Linea lateralis dorso propior & paralela. Anus remotus. P. D. fere longitudinalis, subæqualis, ante & pone humilior, composita, pallide iufusca, macula nigra post medium insignita. P. P. inferæ, obtusæ. P. V. compositæ, acutæ, fuscae. P. A. composita, semilongitudinalis, retro acutæ, trapezoidea. P. C. truncata, pallide fulca, uti P. D. & P. A. & P. P.

7. HOLOCENTRUS, quadrilineatus, pinna caudæ rotunda. *Der vierlinigte Sogo.* Bloch N. A. F. IV. 82. tab. 38. fig. 2. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 16.

Maxillæ æquales, denticulis inferne latiusculis, superne acutis, armatae. Iris alba, rubro marginata. Operculum anterior pone & inferne denticulatum: posterius rotundatum, spinula præditum: utraque squamata. Truncus oblongus; dorsum sulcatum, magis arcuatum, quam abdomen subrectum. Linea lateralis dorso propior, arcuata. Anus remotus. P. D. fere longitudinalis composita, in medio humilior. P. P. inferæ, obtusæ. P. V. compositæ, thoracicae, oblique truncatae. P. A. semilongitudinalis, rotundata, pone obsolete acuta, composita. Color in dorso subfuscus, in lateribus cinereus, in abdome croceus. Vittis 4 nigris, rectis caput & latera truncis ornata. Insuper macula orbicularis nigra prope initium pinnae dorsalis utrinque conspicitur. P. P. & P. V. gilvae croceo marginatae; reliquæ cinereae, inter quas P. D. superne macula longitudinale nigra notata est. Habitat in India orientali.

8. HOLOCENTRUS, punctatus, aculeis dorsalibus undecim. *Der punktfirte Sogo.* Bloch N. A. F. IV. 88. tab. 241. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 17.

Vide supra Percam guttatum.

9. HOLOCENTRUS, auratus, punctatus; aculeis dorsalis novem. *Der Goldsogo.* Bloch N.A.F. IV. 75. tab. 236. Br. 6. D.  $\frac{9}{4}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 20.

Corpus oblongum, compressum, microlepidotum. Caput ante nudum, ad opercula squamosum. Maxilla infera longior supera; Denticuli acuti, quorum duo in maxilla supera parum longiores sunt. Labia crassa. Superum mystacibus latis affixum. Lingua libera, longa. Oculi summi, rostro propriores. Iris pallide violacea, flavo punctata. Pupilla nigra. Operculum anticum pone denticulatum; posticum cute angulata; tribus spinis superne armata, terminatur. Linea lateralis dorso propiore & paralela. Anus submedius. Pinnae omnes retro rotundatae. P. D. composita ferme longitudinalis, aequalis, in dimidio anteriore ramentacea, ibidemque pallide caesia, spadiceo marginata. Color corporis totius aureus, spadiceo punctatus. P. P. caesiae, immaculatae. P. reliquae ad basin gilvae, in extremitate coccineae praeter ventrales in fine fulvas. Habitat in India orientali.

10. HOLOCENTRUS, quinquelineatus, lineis quinque; pinna caudae lunata. *Der fünflinigte Sogo.* Bloch N.A.F. IV. 84. tab. 239. Br. 6. D.  $\frac{10}{4}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 20.

Caput breve, compressum, ante lepidotum. Maxilla infera longior supera. Dentes breves distincti in una serie, & alii minores conferti post hanc seriem in maxilla supera. Palatum denticulatum. Mystaces latae. Oculi magni, summi iride flava. Opercula microlepidota. Anterioris inferne denticulatum & pone incisum; posterius angulo acuto cutaceo & super eum aculeo pone excurrens, ad marginem anteriorem hamo praeditum, qui incisuram opereuli anterioris intrat. Membrana branchialis patens. Truncus fere lanceolatus, macrolepidotus, citrinus, vittis 5 paralelis, dilute caeruleis pictus. Anus remotus. Linea lateralis dorso propiore & paralela. Pinnae purpureae. P. D. composita, ferme longitudinalis, subaequalis, pone obtusa. P. A. parti posteri pinnae dorsalis similis. P. P. longae, acuminate. P. V. compositae, thoracicae, acutae, pectoralibus breviores. P. C. lunata. Habitat in Japonia.

11. HOLOCENTRUS, *virescens*, radiis 24 in pinna dorsi; pinna caudæ lunata. *Der grünliche Sogo.* Bloch. N. A. F. IV. 67. tab. 233. Br. 6. D.  $\frac{5}{2}\frac{1}{4}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 18.

Corpus lanceolatum, carnosum. Caput ovatum. Maxilla infera prominens. Dentes acuti, distincti, duo priores longiores. Iris rubra, flavocincta. Operculum anterius pone & infra denticulatum; posterius duabus spinis armatum. Linea lateralis ferrata, dorso paralela. Anus medius. Squamae duræ, denticulatæ universum corpus tegunt. Color subviridis a dorso ad dimidium laterum fasciis dimidiatis herbeis obscuratus; in abdome albescit, & in capitis lateribus striis obliquis venosis, luteis illuminatur.

12. HOLOCENTRUS, *Ongus*, radiis 25 in pinna dorsi; pinna caudæ rotundata. *Der Ongo.* Bloch. N. A. F. IV. 65. tab. 234. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 18.

Caput ovato-oblongum. Dentes breves, acuti in una serie. Palatum glabrum. Iris aurea. Operculum anterius uno latere denticulatum; posterius bispinosum; pone acute angulatum. Truncus oblongus-lanceolatus, microlepidotus. Anus remotus. P. D. fere longitudinalis, composita, pone altior & obtusa. P. A. semilongitudinalis, composita, elyptica. P. P. latæ, rotundatae, subinferæ. P. V. thoracicæ, obtusa, compositæ, pectoralibus minores. P. C. rotundata. Color fundamentalis spadiceus, inferne flavescens. P. P & V. flavent. Pinæ reliquæ spadiceæ, ad basin flavo-maculatae. Habitat in Iaponia.

13. HOLOCENTRUS, *argentinus*, fascia laterali longitudinali argentea; pinna caudæ æquali. *Der Silberfogo.* Bloch. N. A. F. IV. 73. tab. 235. fig. 2. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 15.

Corpus lanceolatum, compressum, microlepidotum, scabrum. Caput ovatum, compressum ad opercula tantum squamosum. Maxilla infera prominet. Denticuli, acuti, distincti. Palatum asperum. Lingua glabra & libera. Iris argentea ad aureum vergens. Operculum anterius denticulatum; posterius diphyllum, trispinosum. Lateri interno operculi anterioris branchia simplex adhæret. Linea lateralis dorso prior

pior & paralela. Anus submedius. P. D. fere longitudinalis, æqualis, composita, pone acuta apicibus ossiculorum prominentibus. P. A. dorsali similis. P. P. oblongæ, rotundatae. P. V. acutæ, thoracicæ. P. C. æqualis, longior, quam lata. Color corporis subflavus, vitta in medio laterum argentea, macula nigra ante pinnam dorsalem, aliaque ad extremitatem caudæ violacea insignitus. Caput a lateribus argenteum, ad occiput violaceum. Pinnæ pallide cæruleæ sed P. P. & P. V. flavidæ terminatæ.

14. HOLOCENTRUS, *bengalensis*, quadrilineatus; cauda lunata. *Der bengalische Sogo*. Bloch. N. A. F. IV. 102. tab. 246. fig. 2. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 18.

Caput magnum, compressum, in parte postica microlepidotum. Maxillæ æquales, una serie dentium incurvorum armatae. Dentes priores in maxilla superiore longiores & pone hos denticuli breviores, tenues conferti, uti in palato, adsunt. Lingua glabra. Operculum anterius denticulatum, in margine posteriore incisura excavatum, quam uncinula operculi posterioris invadit: posterius duabus subtilibus spinis præditum, obtuse angulatum superne incisum atque hic denticulatum. Rictus amplius. Membrana branchialis patens. Truncus ovato-lanceolatus, compressus, microlepidotus, scaber. Linea later. dorso propior & paralela. Anus medius. P. D. fere longitudinalis, composita, subæqualis, ramentacea, pone rotundata. P. A. semilongitudinalis, parti posteriori pinnæ dorsalis similis & opposita. P. P. subinferæ, longæ, acutæ. P. V. compositæ, similes, paulo remotiores & minores pinnis pectoralibus. P. C. lunata. Color corporis & capitis superne rubicundulus, in lateribus & infra albidus. Præterea vittæ 4 cæruleæ nigro utrinque marginatæ, in capite oriundæ, per dimidium superius trunci recte transeunt usque pinnam dorsalem & caudalem.

15. HOLOCENTRUS, *lanceolatus*, pinnis lanceolatis; aculeis dorsalibus undecim. *Der Lanzettfogo*. Bloch. N. A. F. IV. 92. tab. 242. fig. 1. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 13.

Caput magnum in parte posteriore squamosum. Maxillæ æquales: supera mystacibus latis testa. Denticuli acuti plus

rium serierum. Palatum scabrum. Lingua glabra & libera. Iris cærulea. Operculum anterius diphylum, pone denticulatum; posterius rotundatum, bispinosum. Membrana branch. semipatens. Truncus ovato-lanceolatus, compressus, microlepidotus. Anus medius, prominens. Pinnæ omnes in extremitate acutæ, præter pinnam caudalem ovatam. Color fundamentalis corporis argenteus, fasciis tribus latis, spadiceis-interrupitus. Caput spadiceum macula alba, semiorbiculata, in genis illuminatum, etiam inferne albet. Pinnæ cinereæ. Maculæ duæ fuscæ in P. P. & tales tres in P. C. Habitat in India orientali.

16. HOLOCENTRUS, *cæruleo-punctatus*, pinnis punctatis; aculeis dorsalibus undecim. *Der blaupunktierte Sogo*. Bloch. N. A. F. IV. 94. tab. 242. fig. 2.

Caput declive. Maxilla infera prominet. Supera mystacibus tecta. Dentes subtile. Lingua glabra. Palatum scabrum. Iris alba. Operculum anterius rotundatum, utroque margine denticulatum; posterius acutum, unispinosum. Truncus lanceolatus, microlepidotus. Linea lateralis dorso proxima. Anus remotus. Color corporis cæsius, flavo marmoratus. Pinnæ omnes fuscæ, cæruleo punctatæ. P. P & P.C. rotundatae; reliquæ retrofusca acutæ.

17. HOLOCENTRUS, *maculatus*, aculeis dorsalibus undecim. *Der gefleckte Sogo*. Bloch. N. A. F. IV. 96. tab. 242. fig. 3. Br. 6. D.  $\frac{11}{2}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{10}$ . C. 15.

Corpus lanceolatum, microlepidotum, dorso carinato, ab domine convexo. Maxillæ æquales, dentibus subtilibus armatae. Lingua glabra. Palatum scabrum. Mystaces lati. Iris alba. Opercula squamosa: anterius uno margine denticulatum; posterius acutum, bispinosum. Anus medius. Linea lateralis dorso propior, in fine abscedit. Color corporis obscure cinereus, albo rarenter sine ordine maculatus. P. C. rotundata, fusca, albo bifariam fasciata. Habitat in India orientali.

18. HOLOCENTRUS, *surinamensis*, radiis 15 in pinna ani. *Der surinamische Sogo*. Bloch. N. A. F. IV. 98. tab. 243. Br. 6. D.  $\frac{12}{3}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 17.

Caput

Caput parvum, ovatum, compressum, superne latiusculum. Rictus angustus, assurgens. Maxilla infera longior supera, una serie dentium, conicorum, incurvorum, distinctorumque armata. Supera habet pone talem seriem adhuc plurimos denticulos subtiles. Lingua & palatum glabra. Myctaces angusti. Iris rubra, albo intus terminata. Opercula microlepidota: Anterior utroque margine dentatum & in angulo spina longa praeditum; posterior rotundatum, unispinosum. Truncus ovato oblongus, compressus, squamis denticulatis, fixis vestitus. Dorsum & abdoinen convexa. Anus remotus. Linea lateralis dorso propior & paralela. P. D. fere longitudinalis, composita, ante in sulco sita, pone multo altior & rotundata. P. A. parti posteriori pinnae dorsalis similis & opposita. P. C. rotundata. Reliquae obtusae. Color capitidis & palati sanguineus; trunci ex violaceo & flavo marmoratus; pinnarum inferne flavus, caeterum violaceus. Basin pinnae caudae fascia violacea transit. Longitudo fere pedalis. Caro alba sapida.

*Coracini generis character.*

Corpus cathetoplateum, crassiusculum. Dorsum arcuatum, elevatum. Linea lateralis dorso ferme paralela & propior. Caput crassum, breve, ante obtusum, squamulis undique obtectum. Opercula squamosa, quorum lamina superior serrata est, postica in apicem inerimē excurrit, vel & ambitu dentata existit. Membrana branch. latens, officulis 5 vel 6. Pinnae 7. P. D. in medio valde humilis, & composita uti P. A. & V. Zooph. p. 66.

1. CORACINUS cauda lunata. Zooph. n. 226. Br. 6.  
D.  $\frac{10}{2}$ . P. 16. V. 7. A.  $\frac{3}{7}$ . C. 13.

Caput breve, crassum, cathetoplateum, admodum obtusum, undique microlepidotum, a dorso arcuatim decline. Oculi rostro propiores. Iris aurea. Pupilla ovata, caerulescens. Maxilla infera paulo brevior supera. Dentes anteriores aequales, cuneati, pone hos alii subulati, conferti: molares acuminatoglobosi. Operculum anterior denticulatum; posterior in acumen inuticum extensum. Truncus ovatus compressus. Dorsum carinatum, elevatum & magis arcuatum ab domine. Linea lateralis dorso propior & ferme paralela. P. D. fere longitudinalis,

nalis, dupli simillimā, composita. P. A. composita; ante crescens & pone decrescens. P. P. inferae, latae. P. V. thoracicae pinnis ventralibus aequales, compositae. P. C. magna, lunata. Color subfuscus. Habitat ad promentorium bonae spei. Longitudo 9½ unciarum.

*Toutetou Tona. Renard. poiff. I. fig. 188.*

2. *CORACINUS fasciis latis, obliquis transversalibus, aequalibus albidis utrinque; cauda subrotunda. Zooph. n. 227.*

Vide *Sciaenam Jordain*, p. 311.

### Scari generis character.

**GRONOVII:** Corpus oblongum, cathetoplateum, gracilescens versus caudam, squamosum. Linea lateralis dorso proxima & parallela, ad pinnae dorsi finem declinans, hinc recta, media ad caudam. Dorsum & abdomen vix prominentia. Anus caudæ propior. Caput ad opercula rotundum, anterius plerumque plagioplateum & subacutum, undique squamosum, inermis. Opercula squamosa, inermis. Oculi magni. Membrana branch. ossiculis 5. Pinnæ 7. In dorso unica, magna, integerrima, ossiculis posticis sensim longioribus, quam anterioribus. Ventrales sub pectoralibus. Ossicula aculeata nonnulla in dorsali, ventralibus, analique pinnis. *Zooph.* p. 67.

**FORSKÅLI:** Dentum loco maxillæ ipsæ eminentes, margine dentato crenatae l. c. 25.

**BLOCHII:** Maxillæ prominentes loco dentum.

Hoc genus a *Gronovio* stabilitum diversum est ab illo, quod *Forskål* constituit. Ideo species *Gronovii* hic tantum adponam.

1. *SCARUS, viridis. Zooph. n. 228.*

Vide *Labri Turdi* varietatem γ. p. 236.

2. *SCARUS, rufescens, maculis duabus annulatis utrinque ad pinnas pectorales & caudam. Zooph. n. 229. tab. 6. fig. 3.*

Sparus rostro plagioplateo; maxilla inferiore longiore, rufescens; macula nigra, iride alba cincta, utrinque ad caudam subrotundam. *Mus. ichth.* n. 185. tab. 6. fig. 3. D.  $\frac{7}{3}$ . P. 17. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.

Vide

Vide Suprà Sparum biocellatum, p. 298.

3. SPARUS, *fusca*, macula utrinque atra ad caudam.  
Zooph. n. 230.

Sparus subbruneus; rostro plagioplateo; maxilla inferiore longiore, macula nigra ad basin caudæ subrotundæ. Mus. ichth. n. 186. Br. 5,  $\frac{1}{3}$ . P. 15. V. 6. A.  $\frac{1}{2}$ . C. 17.

Vide sparum subbruneum, p. 299.

*Calliodontis generis character.*

Corpus cathetoplateum, oblongiusculum, obesum, inerme, squamis lœvibus. Anus caudæ parum-propior. Linea lateralis ad finem pinnæ dorsi inflexa; primo recta, dorso parallela & proxima, dein in mediis lateribus. Caput cathetoplateum, inerme, omnino squamosum. Dentes crassi, singulare structurae in maxillis. Membrana branchiostega latitans, ossiculis 4 instructa. Pinnae 7. Dorsalis unica per totum dorsum extensa. Ventrales sub pectoralibus. Zooph. p. 72.

Hic Character generi Scari, a Forskålio constituto, respondet.

1. CALLIODON capite subacuto, caudae ambitu rotundato. Zooph. n. 244. tab. 7. fig. 4. Br. 4. D. 19. P. 14. V. 6. A. 11. C. 15.

Corpus lanceolatum, cathetoplateum, macrolepidotum, dorso recto, carinato, ab domine leviter arcuato. Caput inerme omnino squamosum, ab oculis parum declive, & planum, inferne contractius. Os parvum, assurgens. Dentes maxillarium admodum prominentes, permagni, figura dentium ostracionis, fere æquantes, bini triquetri in superiore maxilla & unicus latissimus inferiore. Oculi supremi, ori propiores. Pupilla ovata, cœruleoscens. Iris aurea. Opercula inermia, squamosa. Apertura branchialis lateralis & gularis. Membrana branch. latens. Linea lateralis interrupta. Pars ejus prior dorso proxima & parallela ad finem pinnæ dorsalis definit, posterior in medio caudæ recta existit. Pinnæ 7 molles. P. D. longitudinalis, linearis, pone acuta. P. A. dorsali similis. P. P. subrotundæ. P. V. parvæ, thoracicæ. P. C. subrotunda. Color bruneus tribus lineis longitudinalibus, indistinctis, parum obscurioribus varius.

Vide in antecedentibus Percam Calliodontem, pag. 354.

2. **CALLIODON** capite subobtuso; cauda truncata. *Zooph.* n. 245.

Vide *Labrum cretensem*, p. 237. L. & *Scarus cretensem* inter nova genera *Blochii*.

*Enchelyopi generis character.*

Corpus oblongum, gracile, lubricum, cathetoplateum. Anus capiti propior. Caput parvum, cathetoplateum, obtusum, inerme, alepidotum. Dentes minimi. Membrana branch. latens officulis 6. Pinnæ inermes 7. P. D. longitudinalis pinnæ caudæ annexa. P. A. pinnæ dorsali similis, annexa. P. V. exiguae sub juncturis branchiarum. *Zooph.* p. 77.

1. **ENCHELYOPUS**, corpore lituris variegato; pinna dorsi ad caudam sinuata. *Zooph.* n. 265.

Vide *Blennium viviparum* p. 185.

2. **ENCHELYOPUS**, subfuscus unicolor pinna dorsi ad caudam integerrima. *Zooph.* n. 266.

Vide *Blennium unicoleum* p. 183.

*Pholidis generis character.*

Caput magnum, teres, gracile, cathetoplateum, alepidotum. Anus medius. Caput parvum, crassittem corporis æquans, obtusum, cathetoplateum, inerme. Dentes aquales, contigui. Membrana branch. officulis 6. Pinnæ 5 vel 7. P. D. semilongitudinalis, composita. P. A. longitudinalis dorsali similis. P. V. in quibusdam nullæ, nisi ramenta obtusa sub pinnis pectoralibus, in aliis vero distinctissimæ. *Zooph.* p. 78.

1. **PHOLIS**, maculis annulatis ad pinnam dorsalem; pinnis ventralibus obsoletis. *Zooph.* n. 267.

Vide *Blennium Gunellum* p. 177.

*Amiae generis character.*

Corpus cathetoplateum, crassum. Dorsum elevatum ad pinnas. Linea lateralis integerrima, arcuata, dorso propior. Squamæ amplissimæ. Caput magnum, cathetoplateum, alepidotum, exceptis operculis squamosis. Horum lamina superior inermis; posterior vero versus articulum superiorem aculeo brevi armata. Membrana branch. tecta, officularum 7.

Pinnæ

Pinnæ 8. In dorso duæ. Radii aliquot in pinnis dorsalibus, ventralibus, analique. Ventrales sub pectoralibus. *Zooph.* p. 80.

1. *AMIA Gron. zooph. n. 273.* D.  $\frac{6}{6}$ ,  $\frac{1}{10}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{3}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 17.

Caput cathetoplateum, magnum, corporis latitudinem æquans, a dorso declive. Oculi maximi, rostro proximi. Maxillæ ore clauso æquales. Lingua & palatum glabra. Dentes minimi æquales in una serie. Opercula ampla, macrolepidota. Horum lamina superior lævis, posterior versus articulum aculeo brevi valido armata. Rostrum obtuso-rotundatum. Truncus oblongus pone gracilescens, macrolepidotum, glabrum. Linea lateralis curva, dorso paralela. Pinnae dorsales duae, approximatae medio inter caput & caudam; prior eorum aculeis, membrana tenui nexit, constat: posterior anteriore duplo longior, ano opposita, cuius ossiculum primum aculeatum, & reliqua mollia, ramosa. P. P. oblongae, infimæ. P. V. approximatae, thoracicae, compositæ. P. A. dorsali secundæ opposita, ossiculis 10, quorum duo priora, breviora aculeata sunt, reliqua mollia, fissa. P. C. lunulato-bifurca. Color aureus, splendens. Inhabitat Indiam orientalem.

#### *Eleotridis generis character.*

Corpus in aliis cathetoplateum, in aliis vero plagioplateum, teriusculum, oblongisculum. Squamae inermes. Anus in medio corpore. Caput inerme tum cathetoplateum, tum plagioplateum. Opercula alepidota, laevia. Dentes æquales, parvi in maxillis. Membrana branch. ossiculis sex. Pinnae inermes 7 vel 8. In dorso duae. P. V. thoracicae in unam concretae, quandoque distinctæ. P. A. unica. *Zooph.* p. 83.

1. *ELEOTRIS* capite plagioplateo; maxilla inferiore longiore; pinnis ventralibus discretis. *Zooph. n. 279.*

Vide *Gobium Amoreain.* pag. 205.

2. *ELEOTRIS* capite plagioplateo; maxillis æqualibus; pinnis ventralibus concretis. *Zooph. n. 280.* D. 6, 12. P. 17. V. 11. A. 8. C. ....

Vide *Gobium Eleotridem*, p. 194.

3. *ELEOTRIS* capite cathetoplateo; pinnis ventralibus concretis. *Zooph. n. 281.* *Mus. ichth. n. 169.* Br. 6. D. 6, 12. P. . . . V. . . . A. 9. C. . . .

Corpus breve, angustum crassum, versus caudam tenuisculum, cathetoplateum. Caput cathetoplateum, latitudinem corporis medii aequans, versus anterius angustius, superne convexo-planum, ob oculis oblique declive. Os angustum. Dentes magni, contigui in maxillis. Infera maxilla parum longior supera. Oculi magni, summi. Opercula convessa, laevia. Apertura branch. lateralis. Dorsum carinatum a capite ad pinnam dorsi prima assurgens, dehinc descendens. Latera convexo-plana, versus caudam angustiora. Venter prominens, convexus. Squamæ majusculæ, imbricatae. P. D. anterior ossiculorum 6 simplicium, inermium; posterior, parum a priore dissipata, ossicul. 12 dichotomis. P. P. infimæ, subrotundæ. P. V. in unicam rotundatam concretæ, sub pectoralibus sitæ. P. A. radiis 9 dichotomis. P. C. subrotunda. Color bruneus. Longitudo 3 unciarum. Latitudo perpendicularis ad opercula 6 linearum, ad pinnas ventrales 7 lin. Latitudo transversalis ad opercula 5 linearum, ad anum 3 linearum. Habitat sub Zona torrida.

*Eleotris*, *Eleotris*, capite cathetoplateo; pinuis ventralibus, concretis. *Chineesch Grondeltje*. Index mus. Gronov. p. 30.

### Clariae generis character.

Corpus oblongum, cathetoplateum, ad caput plagioplateo-rotundatum, alepidotum, laeve. Linea lateralis recta, in exortu dorso proxima, e regione pinnarum ventralium declinans, recta procedens abdomini tum propior. Anus medius. Caput plagioplateum, latum, alepidotum, oblongiusculum, corio osseo superne obductum. Dentes minimi, confusanei in maxillis & antico palato. Lingua glabra. Os plerumque circis cinctum. Membrana branch. patens, ossiculis 9. Pinnæ 7 inermes. In dorso unica longitudinalis. Ventrales in medio corpore prope ad anum. Ad pinnas pectorales radius primus utrinque crenato-serratus. *Zooph.* p. 100.

I. CLARIAS. *Zooph.* n. 322. Br. 9. D. 69. P.  $\frac{1}{2}$ . V. 7.  
A. 50. C. 20.

Caput oblongum, admodum depresso, corpore parum latius, subplanum corio osseo rugoso, sulcisque duobus in medio

dio longitudinalibus instructum, subtus planum, antice rotundatum, ad nucham flexuose sinnatum. Oculi parvi, rostro proximi. Orbitae prominentes. Maxillæ rotundatae; labiis carnosis instructæ; superior parum longior. Dentes tenuissimi, confusanei, æquales, in areas dispositi. Palatum area denticulata ante exasperatum; reliqua pars glabra. Lingua rotundata, crassa, lœvis. Cirri ad os octo, filiformes, subulati. Primum par dimidii capitis longitudine, ante nares posteriores siti. Alterum par crassissimum, capite longius, ad angulos oris. Tertium & quartum paria paulo breviora secundo pari, propinquæ, in margine extremo labii inferioris. Opercula alepidota, inermia. Apertura branch. gularis. Membrana branch. patens, latissima. Corpus alepidotum, mucosum, oblongum, versus caput crassissimum, plagioplateum, versus caudam compressum. Linea lateralis in exortu dorso propior, e regione pinnarum ventralium declinata, recta procedit abdomini propior. P. D. linearis, longitudinalis, cute crassa obducta. P. P. parvæ, infimæ, horizontales, ossiculorum 8, quorum primum omnium crassissimum, compressum, obtuse acuminatum, utrinque ferratum, subsequentibus paulo brevius; reliqua ossicula ramosissima, ferme æqualia, priore ossiculo paulo longiora. P. V. capiti propiores quam caudæ ano itemque propiores quam P. pectoralibus, lanceolato-ovatæ. P. A. longitudinalis, dorsali similis. P. C. rotundata. Color nigricans, inferne ad caput & pedes albicans. Habitat in fluvio Oronte & Gange. Longitudo ferme pedalis.

*Silurus, anguillaris. Linnæi. S. N. 502.*

*Aspredinis generis character.*

Corpus oblongum, alepidotum, mox post caput plagioplateum, capite truncoque latius, ad ani regionem, angustissimum, teres, cathetoplateum. Anus capiti propior. Caput plagioplateum, breve, corpore latius. Oculi minutissimi in summo capite. Dentes minutissimi in maxillis & faucibus. Membrana branch. ossiculis 4. Pinnæ 7 apicibus muticis. Dorsalis exigua, mox post caput sita. Radius anterior pinnæ pectoralis validissimus depresso, marginibus utrinque denticulato-ferratis. *Zooph. p. 102.*

1. ASPREDO cirris sex, corpore oblongo, lœvi; pinna ani ad caudam usque bifurcata extensa. *Zooph.* n. 324.

Vide Siluri Aspredinis varietatem.

2. ASPREDO cirris sex, corpore verrucoso; pinna ani parva; cauda rotundata. *Zooph.* n. 325. *Mus. icht.* n. 153. tab. 5. fig. 3.

Vide Silurum verrucosum.

3. ASPREDO cirris octo; corpore lœvi; pinna ani ad caudam usque bifurcam extensa. *Zooph.* n. 326.

Vide Silurum Aspredinem.

### *Albulæ generis character.*

Corpus cathetoplateūm, oblongum, teres, gracile, squamis lœvibus. Linea lateralis, integerima, curva, abdomini propior. Anus remotus. Caput parvum, cathetoplateum, alepidotum. Dentes minimi, conferti. Lingua glabra. Opercula lata, plana, alepidota. Membrana branch. patens, officulis 13. Pinnæ 7 inermes. In medio dorso unica, haud magna. P. V. in medio ventre. P. A. parva, ab ano longissime remota. *Zooph.* p. 102.

1. ALBULA *Gronovii*. *Zooph.* n. 327. Br. 13. D. 20. P. 20. V. 14. A.... C. 24.

Forma externa omnino convenit cum Salmone Albula dicto; unde & nomen depromsi. Differt vero membranæ branchioslegæ radiis atque absentia pinnae adiposae in dorso. Caput oblongiusculum, alepidotum, superne planum, excavatum, ante coniformi. Oculi summi, medii. Iris flava. Rosstrum conicum, prominens ultra maxillas, subtus atra macula notatuin. Maxilla superior multo longior inferiore. Dentes minimi, conferti, introrsum flexi in palato superiore & in maxilla. Lingua edentula. Apertura branch. gularis & lateralis. Membrana branch. patens subtus transverse & oblique plicata. Truncus oblongus retrorsum gracilescens, squamosus. Linea lateralis recta, dorso parum propior. P. D. inermis in medio dorso. P. P. lanceolatae, infimae. P. V. abdominales, parvae, lanceolatae. P. A. parvula, quadrato-oblonga, longe ab ano distita. P. C. magna, bifida, lobo superiore multo longiore. Anus remotus. Color in dimidio superiore obscure griseus.

cate-

caeterum ex argenteo splendidus. P. P. & V. rubrae. Habitat in mari mediterraneo.

*Albula lacustris*, in medio dorso pinna unica, haud magna, septem inermes. *Witvisch. Index mus. Gron.* p. 34.

*Conorynchus*. *Nozemann in Act. select. III.* pag. 382. tab. 9.

### *Synodi generis character.*

Corpus oblongum, cathetoplateum, gracile, squamsum. Anus remotus. Linea lateralis recta, media. Caput cathetoplateum, sebrium, alepidotum, subacutum. Os ingens. Dentes validissimi, praelongi, contigui, conferti in maxillis, palato, lingua & faucibus. Membr. br. latens, officulis 15. Pinnæ inermes 7. In dorso medio unica, haud magna. P. V. abdominales. *Zooph.* p. 112.

1. *SYNODUS Gronovii*, *Mus. ichth. n.* 155. *tab. 7. fig. 1.* Br. 15. D. 11. P. 12. V. 8. A. 6. C. 8.

*Esox*, *Synodus*, pinna in medio dorfi membrana branchiostega quinque radiata. *L. S. N.* 516.

*Synodus*, *Synodus*, pinna in dorso unica, per totum dorsum extensa. *Amerikanische Snoek. Index Mus. Gronov.* 35.

Gronovius quindecim radios in membrana branch. annotavit. Vide in antecedentibus pag. 90.

### *Hepati generis character.*

Corpus admodum compressum, ovatum. Linea lateralis arcuata, dorso propior. Anus capiti propior parum. Caput cathethoplateum, breve, alepidotum, excepto parvo spatio infra oculos squamoso. Opercula alepidota, rotundata, inermia. Dentes maxillarum acutissimi. Membrana branch. latens officulis 5. Pinnæ 7. In dorso unica longitudinalis, composita. Analis ab ano diffusa, composita. Ventrals intus junctæ, mox ante anum sitæ, 5 radiatae. *Zooph.* p. 113.

1. *HEPATUS cauda fronteque inermibus*. *Zooph.* n. 352.

*Theutis, javus*, cauda utrinque imutica. *L. S. N.* 507.

2. *HEPATUS mucrone reflexo utrinque prope caudam*. *Zooph.* n. 353.

*Theutis, Hepatus*, spina utrinque caudali, recumbente, mobili. *L. S. N.* 507.

*Erythrinini generis character.*

Corpus oblongum, cathetoplateum, obtusiusculum, squamosum. Anus capiti propior. Linea lateralis recta, media. Caput plagioplateum, inerme, alepidotum. Dentes in maxillis. Membrana branch. latens, 5 radiata. Pinnæ 7 inermes. Dorsalis in medio dorso, e regione pinnarum ventralium. *Zooph.* 114.

1. *ERYTHRINUS*. *Mus. ichth. n.* 154. & *Zooph. n.* 354. tab. 7. fig. 6. Br. 5. D. 10. P. 13. V. 8. A. 9. C. 19.

Corpus cathetoplateum, satis crassum, oblongum, ferme lineare, ad opercula fere quadratum, ad caudam latam compressum, macrolepidotum. Caput magnum, subovatum, a dorso declive, subtus planum. Oculi magni ori approximati. Nares anteriores tubulosæ, posteriores apertæ. Maxilla infera parum longior supera. Dentes unico ordine contigui inæquales, anteriores intermedii majores. Palatum, lingua & fauces glabra. Aperturæ branchiarum apertissimæ. Opercula lævia. Linea lateralis recta, media. Anus remotus. P. D. parva, rhombæ, pone æquilibrium sita. P. P. infimæ, obtusæ. P. V. acutæ abdominales e regione pinnæ dorsalis. P. A. parva, altior quam longa, oblique truncata. P. C. magna, subrotunda. Color corporis cinereus, bruneis maculis varius. P. D. & C. & A. lineis transversis obscuris notatæ.

*Cyprinus*, *cylindricus*, pinna ani radiis 11, cauda rotundata. *Mus. Ad. Fr.* I. 77. tab. 30. fig. 1. Br. 5. D. 11. P. 16. V. 9. A. 11. C. 17.

Corpus pedale, subcylindricum, pingue. Squamæ latæ obtusæ, seriebus 20 imbricatæ, nec in ventre minores, sed magis ovatæ, laxiores. Color supra fuscus, sub albicans. Nares simplices valvula subcylindrica. P. D. pone aequilibrium albidæ fusco maculata. P. V. conjunctæ quasi lobo ex squamis constructæ. P. C. rotundata.

Hunc piscesem *Linnæus* postea in suo systemate Cyprino Cæphalo vitoise supposuit: a quo plane diversus est radiis membranae branchiostegæ, dentibus maxillarum & pinna caudæ rotundatae. An ad genus Esocis referendus?

*Umbrae generis character.*

Corpus oblongum, teretiusculum, cathetoplateum, squamosum. Dorsum & abdomen subrecta. Anus caudae propior. Linea lateralis media. Caput proportionatum, muticum, cathetoplateum, omnino squamosum. Oculi rostro proximi. Opercula squamosa, mutica. Dentes in maxillis & palato. Membr. br. ossiculis 6. Pinnæ 7 inermes; in dorso medio unica, haud magna. Ventrales medio inter pinnas pectorales & anum sitæ. *Zooph.* p. 114.

1. *UMBRA Krameri, zooph.* n. 355. Br. 6. D. 15. P. 9.  
V. 5. A. 7. C. 11.

Corpus teretiusculum, cathetoplateum, macrolepidotum, nigricans, linea albicante, ab articulo opercularum orta, ad medium laterum declinante dein recta, media usque initium caudæ insignitum. Anus remotus. Caput cathetoplateum, subacutum, a dorso declive, subitus rectum. Maxilla infera multo longior supera. Dentes minutissimi, conferti in maxillis & palato. Oculi insignes, summi, rostro & sibi invicem approximati. Opercula squamosa postice truncata. Apertura branch. lateralis & gularis. Membrana branchiarum latens. P. D. sublinearis, æquilibris. P. P. infimæ, parvæ, rotundatæ. P. V. abdominales, approximatæ. P. A. parva e regione extremitatis pinnæ dorsalis sita. P. C. valida latitudinem laterum adæquans, subrotunda. Habitat in Danubio.

*Umbra, Catulus*, pinnæ in toto pisce 7 inermes; cauda subrotunda. *Honds-vischje. Index Mus. Gronov.* 35.

*Umbra, Austriacus Hundsfisch, türkischer Größling. Krameri Elench.* 396. Br. 6. D. 16. P. 12. V. 7. A. 7. C. 14.

Facies Tincæ. Magnitudo digitii. Color nigér. Corpus squamosum. Maxilla inferior longior. Dentes subulati, eminentes in maxillis & palato. Lingua glabra. P. D. in medio quasi dorsi sita est nec quartam ejus partem occupat. P. P. breves ac in Cyprinis. P. C. integra.

*Gobius caninus. Marfil. Danub.* IV. 43. tab. 13. fig. 2.

*Cataphracti generis character.*

Corpus plagioplateum angulosum, scutis osseis constans. Anus capiti propior. Caput plagioplateum, cute ossea obductum, antrorum abiens in tenue & elongatum rostrum. Os Artedi Genera.

Oo oo

sub

sub rostro angustum. Maxilla inferior compressa, angustissima. Aperturae branchiarum patentissima. Pinnæ 5 inernes, exceptis pectoralibus, quæ amplissimæ & plerumque acuminatis officulis radiatæ. Ventrals singulæ ex solitario filiformi officulo constant. Dorsalis unicâ in medio ferme dorso. *Zooph.* pag. 115.

1. *CATAPHRACTUS* corpore tetragono, capite superne tuberculofo; rostro brevifaceto. *Zooph.* n. 356. tab. 12. fig. 2. 3.

*Pegasus Draconis*, rostro cônico. *L. S. N.* 418.

2. *CATAPHRACTUS* corpore oblongo, plagioplateo; capite lævi; rostro elongato spathulæformi, antice truncato. *Zooph.* n. 357. D. 5. P. 9. V. 1. A. 5. C. . .

Caput plagioplateum breve, ferme triangulare, superne & subtus planum post oculos in medio parum sinuosum; post orbitas utrinque in carinam humilem, quæ per latera dorsi continuatur elevatum, corio duro lævi tegitur. Rostrum capite longius, depresso, angustissimum, versus apicem latius, truncatum. Os sub rostri exortu angustum. Maxillæ, ore clauso, æquales. Oculi magni laterales ad basin rostri. Opercula nitide striata. Membrana branch. latens. Apertura br. gularis & lateralis. Truncus cataphractus a capite ad regionem usque pinnarum pectoralium latecens, abhinc sensim tenior evadit. Dorsum planum, utrinque carina terminatum. Latera post P. pectorales usque regionem ani obliqua terminataque ab alia humili carina, ibique truncus quadrangularis, dehinc sensim attenuatus, ut prope caudam plagioplateus existat. Anus ori multo propior. Corpus undique incisuris osseis duris, angulosis tegitur. Ultima earum a latere dextro aculeo bicuspidi, longitudinali augeatur. P. D. parva, submedia, humili. P. P. infimæ, magnæ. P. V. abdominales, approximatæ, uniradiatæ, P. A. parva, humili, dorsali opposita. P. C. æqualis, parva. Habitat in Indiis.

*Pegasus, natans*, rostro ensiformi, inermi. *L. S. N.* 418.

*Solenostemi generis character.*

Corpus teres gracile, rectum. Anus caudæ proximus. Caput oblongum, cathetoplateum in tubum, in extremitate maxillis clavatum, productum. Dentes minutissimi maxillarum, in

in quibusdam nulli. Opercula alepidota. Apertura branchularis & lateralis. Membrana branch. officulis 4 vel 7. Pinnæ 7 inermes. P. D. in extremo dorso, anali opposita. *Zooph.* pag. 119.

1. *SOLENOSTEMUS* cauda bifurca, in setam balenaceam abeunte. *Zooph.* n. 365.

*Fistularia, tabacaria,* cauda bifida, setifera. *L.S.N.* 515.

2. *SOLENOSTEMUS* cauda rotundata, integerrima; feta nulla. *Zooph.* 366.

*Fistularia, chinensis,* cauda rotundata mutica. *L.S.N.* 315.

*Anostomi generis character.*

Corpus cathetoplateum, oblongum, squamosum. Anus caudæ propior. Linea lateralis recta, media Caput cathetoplateum, alepidotum subacutum. Oculi magui. Dentes in maxillis. Os in summo capite. Membrana branch. 4 radiata. Pinnæ octo, dispositæ quemadmodum in salmonibus. *Zooph.* p. 122.

*Anostomus.* *Zooph.* n. 376. *Mus. ichth.* n. 165. tab. 7.

fig. 2.

*Salmo, Anostomus,* ore simo. *L.S.N.* 514.

*Characis generis character.*

Corpus compressiusculum, squamis splendidis, lœvibus. Anus ferme medius. Linea lateralis recta, media, quandoque parum concava. Caput compressum, inerme. Opercula alepidota. Dentes æquales satis magni. Membrana branch. officulis 3 vel 4. Pinnæ 8 inermes: in dorso 2, posteriore adiposa, anteriore in medio dorso, a capite remotore quam ventrales. *Zooph.* p. 123.

1. *CHARAX* maxillis æqualibus; corpore oblongo, gracili; linea laterali curva. *Zooph.* n. 377.

*Salmo Gronovii, characinus, gracilis,* cauda bifurca. *W.*

2. *CHARAX* maxilla superiore longiore, obtusa; capite antice plagioplateo, dorso summo acuminato, elevato. *Zooph.* n. 378.

*Salmo, cyprinoides,* pinnæ dorsalis radiis anticis, elongato-setaceis. *L.S.N.* 514.

3. *CHARAX* maxilla superiore longiore; corpore oblongo, gracili; dorso vix arcuato. *Zooph.* 379.

Oo oo 2

*Salmo,*

*Salmo, Curimata. Margravii. Artedi renov. p. 80.*

4. *CHARAX* maxilla inferiore longiore; dorso prominulo, gibbosus; capite cathetoplateo; macula atra ad pinnas pectorales. *Zooph. n. 380. tab. 1. fig. 4.*

*Salmo, gibbosus*, dorso gibbosus, compressus; pinna ani radiis 50. *L. S. N. 513.*

5. *CHARAX* capite cathetoplateo; maxilla inferiore longiore; dorso subconvexo; macula atra ad pinnas pectorales. *Zooph. n. 381.*

*Salmo, bimaculata*, corpore compresso, bimaculatus; pinna ani radiis 32. *L. S. N. 513.*

#### *Myisti generis character.*

Corpus cathetoplateum, oblongiusculum, plerumque alepidotum. Anus caudæ propior. Caput a dorso declive, alepidotum, inerne. Os terminale, cirris plerumque instructum. Dentes minimi in maxillis. Membrana branch. ossiculis 4. Pinnæ 8: in dorso duæ, posteriore adiposa. Pectoralium radius anterior validissimus, depresso utroque margine denticulis serratus. *Zooph. p. 124.*

1. *Mystus* cirris 4, lateralibus longissimis, ossiculo pinna dorsi pectoraliumque primo setiformi, longissimo. *Zooph. 124.*

*Silurus, Bagre*, pinna dorsali postica adiposa; radio primo dorsalis pectoraliumque setaceo, cirris 4. *L. S. N. 500.*

2. *Mystus* cirris 6 longissimis; unico squamarum aculeatarum eridine in utroque latere. *Zooph. p. 383. tab. 5. fig. 1. 2.*

*Salmo, costatus*, pinna dorsali postica adiposa; squamis serie simplici; cirris 6, cauda bifida. *L. S. N. 506.*

3. *Mystus* cirris 6 longissimis; pinna dorsali secunda longissima, a priore ad caudam extensa. *Zooph. 384. Mus. ichth. n. 83. Br. 4. D.  $\frac{1}{7}$ , o. P.  $\frac{1}{10}$ . V. 6. A. 11. C. 19.*

Corpus oblongum, cathetoplateum, alepidotum. Caput a dorso declive. Os obtusum, semilunare. Maxilla infera parum brevior. Cirri 6; duo longissimi ante oculos siti, & 4 multo minores in maxilla inferiore, quorum externi majores sunt internis. Dentes minimi, conferti. Oculi summi, prominentes.

minentes. Linea lateralis initio declinata, dein recta, media. Pinnæ 8. P. D. prima composita, scapularis. P. D. altera humillima, adiposa, semilongitudinalis. P. P. infimæ, ossiculo primo crassissimo, acutissimo, in lateribus uncinulis armato. P. V. abdominales. P. A. parva, lumbaris. P. C. admodum bifurca. Habitat in fluvij Brasiliæ & Surinamæ.

*Silurus Clarias*, pinna dorsali postica adiposa, ani radiis 11, cirris 6. L. S. N. 504.

4. *Mystus* cirris 6 longissimis; pinna dorsali secunda triangulari. Zooph. n. 385. Mus. ichth. n. 84.

Figura corporis pinnarumque numero convenit cum superiore. Verum ab eo differt P. D. prima octo ossiculorum, quorum duo simplicia, aculeata, cætera vero sunt ramosa, inermia: ossiculum secundum postice uncinulis armatum est: P. D. secunda satis magna triangularis, adiposa, lumbaris. P. C. admodum bifurca, cuius pars superior parum longior inferiore.

*Mystus* cirris 6 longissimis; appendice triangulari in extremitate dorsi. Sebae thes. III. 83. tab. 29. fig. 4. D.  $\frac{1}{7}$ , o. P.  $\frac{1}{10}$ . V... A. 13. C. 16. Vide *Mantissam I.*

*Mystus Ascita*. Dikbuik Meirval. Index mus. Gron. p. 48.

5. *Mystus* cirris 6; maxilla inferiore breviore; rostro plagioplateo, lato. Zooph. n. 386. D. 7, o. P. 10. V. 6. A. 14. C. ....

Caput admodum depresso, superne planum, sulco longitudinali exaratum. Maxilla superior multo longior inferiore. Dentes minimi in maxillis, palato & faucibus. Cirri 6: Duo ad angulos oris, capite multo longiores & 4 capite parum longiores, maxillæ inferiori adhærent. Oculi summi, medii. Opercula inermia. Truncus ferme linearis alepidotus. Linea lateralis obsoleta, ab initio usque medium declinans, dein recta, media. P. D. prior haud alta, 7 radiata, medio in dorso. P. D. posterior, parva, ovato-triquetra, adiposa, lumbaris. P. P. infimæ, proportionatæ ossiculis 10, anteriore rigido, mutico. P. V. abdominales, oblongiusculæ, inermes. P. A. opposita pinnæ adiposæ. P. C. admodum bifurca, lobo inferiore longiore. Anus inter pinnas ventrales, a caudali remotus. Color superne rufescens, subitus albidus. Latera superiora ma-

culis latis obscuris variegata. Pinnæ nigro maculatæ. Habitat in America meridionali.

An *Silurus fasciatus L.*?

6. *Mystus cirris* 8, capite brevioribus; pinna dorsi secunda ovata. *Zooph.* n. 387. tab. 8. fig. 7.

*Silurus Cous*, pinna dorsali postica adiposa; ani radiis 8; cirris 8; cauda bifurca. *L. S. N.* 504.

7. *Mystus cirris octo*, capite longioribus; pinna dorsali secunda longissima, a priore ad caudam ferme extensa. *Zooph.* n. 388.

*Siluri Clariæ varietas*. *L. S. N.* 405.

*Callichthys generis character.*

Corpus cathetoplateum versus caudam parum gracilius, oblongum. Squamarum transversalium ossearum seriebus paucis coniectum. Abdomen alepidotum. Anus remotus. Caput plagioplateum, superne corio osseo, convexo, scabro cataractum. Os terminale, angustum, plerumque cirrosum. Dentes minimi. Oculi minutissimi. Membrana branch. patens, osciculis 3 vel 6. Pinnæ 8 muticæ. P. D. duæ; posteriore ad caudam approximata, plerumque unitadiata. Analis in extro corpore. Radius anterior P. pectoralium validissimus, scaber, quandoque & utrinque ferratus. *Zooph.* p. 127.

1. *CALLICHTHYS* cirris 4; lateribus duplici utrinque ordine squamarum vestitis. *Zooph.* n. 389. *Mus. ichth.* n. 70. Br. 3. D. 8, 1. P. 17. V. 7. A. 7. C. 14.

Corpus cathetoplateum squamosum, longum, asperum. Caput breve plagioplateum, corpore medio latius medio, suturis variis circa centralem squamam majorem. Oculi minimi, ori propiores. Os angustum. Mandibula superior multo longior inferiore. Cirri bini inæquales ad angulum utrumque oris, quorum superiores capite longiores. Dentes minimi una serie. Apertura branch. gularis & lateralis, Dorsum sulco exaratum. Latera duobus ordinibus squamarum oblongarum, ciliatarum testæ, inter quos linea sinuato-ferrata existit. Pectus & abdomen latiuscula, alepidota. Anus medius. P. D. prior scapularis, utrinque scabra, mutica. P. D. posterior lunaris, uni-radiata. P. P. infimæ, rotundatae; radius primus crassissimus, scaber,

scaber, inermis; simplex; reliqui 7 ramosi. P. V. rotundata ad latera ani, inter se remotæ. P. A. opposita, pinnae dorsali secundæ ab ano diffusa. P. C. subrotunda. Color bruneus. Habitat in fluviis Surinamæ, ubi *Kwikwi* vocatur.

Silurus, *Callichthys*, pinna dorsali postica uniradiata; squamis ordine duplici; cirris 4. L. S. N. 506.

2. **CALLICHTHYS** cirris sex; lateribus uno squamarum utrinque ordine; cauda subrotunda. *Zoophol.* n. 390. *Mus. ichth.* n. 71. tab. 3. fig. 3, 4.

Silurus, *cathaphractus*, pinna dorsali postica uniradiata; squamis ordine simplici; cirris 6; cauda integra. L. S. N. 506.

*Plecostomi generis character.*

Corpus plagioplateum, scabrum, insolenter cathaphractum. Anus capiti paulo propior. Caput plagioplateum, osseum tegmine. Os inferum. Labia revoluta. Dentes vel nulli, vel in labiorum basi & fauce. Membrana branch. latens, triradiata. Pinnae inermes 7 vel 8: In dorso una vel duæ, posteriore tum uniradiata, P. V. capiti propiores in abdominis lateribus. P. A. parva prope ad anum. *Zooph.* p. 127.

1. **PLECOSTOMUS** dorso monopterygio; ore cirrato, edentulo, ossiculo superiori caudæ setiformi brevi. *Zooph.* n. 391. *Mus. ichth.* n. 68. tab. 2. fig. 1, 2. Br. 3. D. 8. P. 7, V. 6. A. 6. C.  $\frac{1}{2}$ .

Corpus plagioplateum, ad pinnam dorsalem tetragonum, ad caudam digonum, retrorsum gracilescens, scabrum, cathaphractum. Caput superne osseum scabrum, convexum, plagioplateum, ab oculis declive, ante rotundatum, inferne planum, alepidotum. Oculi summi, parvi, opereulis propiores. Pupilla nigra. Iris aurantia. Os inferum angustum, labrosum. Labium superius crassissimum. Inferius ex lateribus superioris continuatum, valde magnum & latum in membranam circosam dependentem abit. Dentes nulli conspicui. Apertura branch. lateralis parvulo foramine aperta. Dorsum subrectum, latum, retrorsum sensim angustius, humiliter convexum. Latera angusta, subplana, pone decrescentia, supra & infra costa ferrata inclusa. Pectus & venter lata & plana usque anum dehinc cauda humiliter convexa. Anus rostro propior.

Squa-

Squamæ ossæ, transversæ, scabræ, parum imbricatæ, margine postico aculeatæ, latæ, breves, obtuse angulatæ. P. D. magna, fere triquetra, ante medium dorsi in sulco sita. P. P. infimæ, angustæ, acutæ. P. V. abdominales, dorsali oppositæ, inter se remotæ. P. A. parva, ab ano parum diffusa. P. C. parva, bifurca. Superius ejus ossiculum simplex duas uncias & 4 lineas, inferius autem unam unciam & 2 lineas æquat. Color in parte supina & in pinnis, quæ insuper nigro maculatæ sunt, obscure cinereus est, in parte vero prona albidus. Longitudo totius  $10\frac{1}{2}$  unciarum. Inhabitat Surinamæ flumina.

*Loricaria, cataphracta*, pinnæ dorsi unica, cirris duobus. L. S. N. 508.

2. *PLECOSTOMUS* dorso monopterygio; ore cirrato, edentulo; ossiculo superiori caudæ bifurcæ, longitudine corporis. *Zooph.* n. 392. *Mus. ichthyol.* n. 69.

Longitudine corporis, & ossiculi superioris pinnæ caudæ, & denticulis labiorum, in areas congestis, a priore specie tantum differt.

3. *PLECOSTOMUS*, dorso dipterygio, cirris duobus, cauda bifurcata. *Zooph.* n. 394. *Mus. ichth.* n. 67. tab. 3. fig. 1. 2. D.  $\frac{1}{3}$ ,  $\frac{1}{4}$ . P.  $\frac{1}{6}$ . V. 6. A. 5. C. 16.

Corpus oblongum, crassum, fere trigonum, ad pinnas pectorales latissimum & plagioplateum, ad caudam angustum & cathetoplateum, abdomine pectoreque planis, alepidotis. Caput plagioplateum a dorso declinans, osseum, scabrum, inferne planum, lœve. Rostrum acuto-obtusum, cartilagineum. Oculi summi, rostro propiores. Os inferum, angustum. Labium superius crassum, externe scabrum; inferius semicirculare, tenuius & duplo majus superiore. Cirri duo ad commissuram labiorum. Denticuli acuti, incurvi, in 4 areas congesti, ad radices internas labii utriusque. Aperturae branchiarum laterales angusto hiatu e regione oculorum patent. Linea lateralis recta, media. Squamæ non contiguæ, rhomboidæ, asperæ, in medio tuberculo exasperatæ, præter scutella transversa post anum infra caudam. Anus submedius caudæ propior. P. D. prima, magna, altissima, in medio dorsi octoradiata, cuius ossiculum primum, scabrum, flexile, omnium crassi-

crassissimum & longissimum est. P. D. altera ex uno ossiculo exiguo, scabro, rigido constat. P. P. infimæ ossiculis sex decrementibus, scabris compositæ: primum eorum longissimum & crassissimum est. P. V. distinctæ, abdominales, oblongo-rotundæ, dorsali priori oppositæ. P. A. minima prope anum. P. C. magna, bifurca. Color capitis dorsi, laterum & pinnum cinereus, nigro guttatus, in ventre omnino albescit. Longitudo 7 *$\frac{1}{4}$*  unciarum. Habitat in fluvio Surinamæ.

Loricaria, *Plecostomus*, pinnis dorsi duabus. L. S. N. 508.

4. *PLECOSTOMUS* dorso dipterygio; ore dentato; cirris plurimis ad rostrum; fasciculo aculeorum utrinque ad opercula. *Zooph.* n. 393. *Mus. ichth.* n. 167. D. 8, 1. P.  $\frac{1}{2}$ . V.  $\frac{1}{6}$ . A. 5. C. 16?

Figura corporis, capitis, pinnatum, aliatumque partium cum antecedente specie convenit. Differt paucis sequentibus. Rostrum obtusum, cartilaginosum, subtus plurimis cirris praeditum est. Mox sub oculos ante opercula in infimis lateribus prodit utrinque fasciculus aliquot aculeorum mobilium apices versus caput inflexos habentium numero septem. Horum posteriores maximi, anteriores sensim minores. Color subruberneus immaculatas.

*Plecostomus* cirris plurimis, aculeis unguiformibus ad aperturas branchiarum. *Sehæ thes.* III. 87. tab. 29. fig. 12. Vide *Mantissam* I.

### *Mastacembeli generis character.*

Corpus teres, cathetoplateum, lubricum, microlepidotum. Linea lateralis media. Anus submedius. Caput oblongiusculum, subacutum, cathetoplateum, omnino microlepidotum. Os angustum, dentatum. Membrana branchiostega patens, radiis 5 vel 7. P. D. semilongitudinalis. P. A. dorsali æqualis. Ante has pinnas aculei aliquot distincti subulati, erigibiles. P. V. nullæ. *Zooph.* pag. 132.

1. *Mastacembelus* maxillis subacutis, æqualibus. *Zooph.* n. 402.

Ophidium, *Simack*, capite subconico; maxillis æqualibus. *W.*

2. *Mastacembelus* maxilla superiore longissima, acuminate; maculis ocellatis ad pinnam dorsalem. *Zooph.* n. 103. Ophidii aculeati varietas.

*Channae generis character.*

Corpus teres, cathetoplateum, versus caput quadratum & fere plagioplateum. Dorsum & abdomen recta. Linea lateralis media. Anus medius. Caput plagioplateum, omnino squamosum. Opercula convexa, inermia, squamosa. Dentes minimi, confusanei. Membrana branch. tecta, ossiculis 5. Pinnæ 5 inermes. P. D. longitudinalis. P. V. nullæ. *Zooph.* pag. 135.

1. *CHANNA*. *Zooph.* n. 408. Br. 5. D. 29. P. 19. V. 0. A. 18. C. 18.

Caput breve, plagioplateum, angustum, omnino squamosum. Os latissimum. Maxilla inferior circinnata, multo longior superiore subtruncata. Dentes minimi areolatim in maxillis siti, in palato anteriore maiores. Lingua lavis. Oculi magni, orbitis ossis inclusi. Opercula convexa, squamosa. Membrana branch. tecta 5 radiata. Apertura branch. gularis & lateralis. Truncus prope caput quadratus, versus caudam cathetoplateus squamosus. Dorsum capite elevatus, rectum, planum, prope caudam angustissimum. Latera plana, linearia. Abdomen rectum, planum. Linea lateralis recta, dorso proxima usque ani regionem, ubi oblique declinatur, deinde recta media. Anus submedius, capiti parum propior. P. D. linearis, lumbaris, ossiculis 29 simplicibus, apice prominentibus. P. A. dorsali similis, longitudinalis. P. P. oblongiusculæ, rotundatæ. P. V. nullæ. P. C. brevis rotundata. Color castaneus, in dorso intensior. Habitat in India orientali.

*Gasteropeleti generis character.*

Corpus latum, breve, admòdum compressum, squamosum. Venter & pectus prominentissima, in aciem securiformem, angustissimam abeuntia. Caput breve, cathetoplateum, alepidotum. Os terminale. Dentes exigui. Membrana branch. (secundum mentem Linnæi) biradiata. Pinna 5 inerme, P. D. exigua, lumbaris. P. V. nullæ. *Zooph.* p. 135.

GASTEROPELECUS. *Zooph.* n. 409. *Mus. ichth.* n. 155.  
tab. 7. fig. 5. D. 12. P. 9. V. 0. A. 33. C. 22.

Corpus admodum compressum, latum, leve, dorso subrecto, ad pinnam dorsalem obtusissime angulato; abdomine tenui, acutissime carinato, ab operculis usque anum instar segmenti circuli prominente; cauda cuneatim angustata. Caput parvum, cathetoplatem, subtus planum, ex argenteo cæruleo-que splendens. Dentes maxillarum contigui uno ordine, labiis tecti. Lingua glabra. Oculi, ori propiores, magni. Iris aurea. Pupilla nigra. Maxilla inferior multo longior superiore. Opercula levia, argentea. Linea lateralis recta, dorso proxima. P. D. parva, fere parallelogramma, lumbaris. P. P. falcatae, mediae, prælongæ. P. A. longitudinalis. P. C. admodum bifurca. Anus medius. Color argenteus, cæruleo mixtus. Pinnæ albicant. Habitat in Surinama. Longitudo 2 $\frac{1}{2}$  unciarum. Latitudo maxima perpendicularis 9 linearum.

*Gasteropeleucus*, pinna ani radiis 34. *Das Gartenmesser.*  
*Bloch. N. F. D. III.* 166. tab. 97. fig. 3. Br. 3. D. 13, 2.  
P. 9. V. 2. A. 34. C. 22.

Os tenuissimum, arcuatum a gula usque anum in margine inferiore trunci latet. Truncus macrolepidotus. P. D. secunda & P. V. minutæ, biradiatae adsunt.

*Salmo Gasteropeleucus*, pinnis ventralibus & adiposa minimis. *Gmelini L. S. N.* 1384.

*Clupea Sternicla*, pinnis ventralibus nullis. *L. S. N.*  
pag. 514.

### *Leptocephali generis character.*

Corpus alepidotum, admodum compressum, fasciæ instar teres & prælongum. Dorsum capite multo elevatius, carinatum, rectum. Abdomen rectum. Caput exiguum, oblongiusculum, alepidotum, cathetoplateum, versus anteriora plagioplateum & subacutum. Oculi maximi, rostro proximi. Os magnum. Dentes parvi. Apertura branch, gularis & lateralis. Pinnæ humiles, lineares: In dorso longitudinalis. P. A. dorsali similis. P. P. P. V. & caudalis nullæ conspicuae. *Zooph.* pag. 135.

PENNANTI: Caput exiguum. Corpus tenuissimum, compressum. Pinnæ pectorales nullæ. *British zool.* III. 158.

FORSTERI: Corpus compressum, ensiforme. Caput exiguum, compressum. Oculi laterales, maximi. Dentes minutissimi. P. P. P. V & P. C. nullæ. Apertura patula. M. B....  
*Enchirid. h. n.* 83.

1. *LEPTOCEPHALUS*. *Zooph.* n. 410.

Caput minimum, compressum, versus anteriora plagio-plateum; hinc rectum & convexiusculum inter oculos, post eos superne carinatum & elevatus, subtus carinatum. Rostrum acutissimum. Maxillæ æquales dentibus minutissimis. Oculi medii iride aurea. Opercula ossea, splendida, pone acumina-to-rotundata. Membrana branch. plane tecta. Apertura br. gularis & lateralis. Truncus alepidotus, ensiformis, sub pel-lucidus cauda acuta, apterygia. Anus capiti proximus. P. D. longitudinalis, linearis, humilis, membranacea, spuria. P. A. dorsali similis. P. P & P. V. desunt. Color omnino fuscescens. Léngitudo  $4\frac{1}{2}$  unc. totius piscis. Latitudo perpendicularis ma-xima 4 linearum. Caput duas lineas longum & unicam vix latum. Corpora vertebrarum in lateribus valda prominent. Habitat in flumine Monæ.

*Morris Anglesea*: *Pennant. br. zool.* III. 158. tab. 25. n. 67.

*Gymnogasteris generis character.*

Corpus cathetoplateum, teres, subcompressum, retror-fum gracilescens in apicem filiformem. Abdomen post anum carinatum, hic illic aculeis munitum liberis, mobilibus. Li-nea lateralis arcuato-recta. Caput oblongum, cathetoplate-um, subacutum, alepidotum. Dentes in maxillis. Opercula lœvia, in acumen muticum exeuntia. Membrana branch. ossi-culis 7. Pinnæ 3 inermes in dorso unica ferme longitudinalis. P. V & A. & C. deficiunt. *Zooph.* p. 136.

1. *GYMNOGASTER*. *Zooph.* n. 411. *Mus. ichth.* n. 47.  
Br. 7. D. 138. P. 11. V. o. A. o. C. o.

Piscis cathetoplateus, tenuis, ensiformis, alepidotus, tri-pterygius, caudæ extremitate filiformi. Caput oblongum angustum, compressum, a dorso declive, inter oculos planum. Rictus magnum. Maxilla inferior multo longior superiore.

Dentes

Dentes magni, inaequales, incurvi, rari, maximi 4 in apice maxillæ superioris. Palatum & lingua glabra. Oculi magni, summi, rostro propiores, velamento tecti. Opercula levia, acuta. Anus angustus, capite propior. Post anum aculei, recurvi, hic illic existunt. Linea lateralis initio curva dein ventri proxima & paralela. P. D. longitudinalis ad caudæ extremitatem non pertingit. P. P. parvæ, obliquatæ. P. V & A & C. nullæ. Color totius corporis argenteus, facile delebilis, cui fuscus subest. Habitat in Brasilia.

*Trichiurus, Lepturus. L. S. N. 419.*

*Pteraclidis generis character.*

Caput cathetoplateum, obtusum; omnino squamosum. Oculi medii. Opercula rotundata. Apertura branch. patentissima. Corpus lanceolatum, ad pinnas pectorales capite altius. Squamarum series singularis radices pinnæ dorsi & ani obtigit. Lineæ laterales tot, quot squamarum series. Anus sub branchiis. Membrana branch. expansilis ossiculorum 6. Pinnæ 5 inerines; in dorso unica, in fronte orta per totum dorsum ducurrens, amplissima, cui P. A. similis est. P. V. nullæ.

1. *PTERACLIS, pinnata. Att. Helvet. VII. 43. tab. 2.*

*Br. 6. D. 56. P. 13. V. o. A. 46. C. 15.*

*Coryphæna, velifera. Pallasii Spicil. VIII. tab. 3.*

## NOVA GENERA BLOCHII.

*Kürti generis character.*

Dorsum elevatum, *N. A. F. II. 121.*

**GMELINI:** Corpus utrinque carinatum. Dorsum elevatum. Membrana branchiostega radiis duobus. *L. S. N. reform. 1184.*

1. *KÜRTUS, indicus. Der Hochrücken. N. A. F. II. 122. tab. 169. Br. 2. D.  $\frac{1}{7}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 18.*

Corpus valde compressum, anceps, alepidotum, argenteatum, oblongo-ovatum, dorso a vertice arcuatim elevato usque initium pinnæ dorsalis, deinceps recte declinato. Caput magnum, compressum, truncus humilius, ante obtusum, vertice subrecto; rostro brevi; arcuatim declivi. Rictus amplius, flexuose ascendens. Maxilla infera leviter flexuosa, parum lon-

Pp pp 3 gior

gior supera, cui accumbit. Dentes maxillarum, minuti, conformati. Loco operculi, cutis lata, pone flexuose arcuata, branchias obtexit, sub qua membrana branch. biradiata latet. Aertura branch. amplissima. Nares simplices, rotundæ. Oculi magni, superi, rostro propiores. Iris superne cærulea, inferne alba. Pupilla nigra. Linea lateralis recta, media. Anus capiti proprior. P. D. æquilibris, rotundata, haud magna. P. P. oblongæ, rotundatæ, subinferæ. P. V. jugulares, pectoralibus similes, sed minores. P. A. ferme longitudinalis, leviter arcuata versus medium crescens & pone obtuse angulata. P. C. bifurca. Color corporis aureus, in dorso aurantio punctatus & ante pinnam dorsalem 4 maculis nigris insignitus. P. P. & P. V. ad basin aureæ, cæterum dilute rubræ. P. D. & P. A. & P. C. ad basin cæruleæ versus marginem flavent. Habitat in India.

*Macrourus generis character.*

Cauda elongata attenuata. *N. A. F.* II. 150.

I. *MACROURUS, rupestris. Der Berglachs.* *N. A. F.* II. 152. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}$ , 124. P. 19. V. 7. A. 148.

Caput magnum, squamosum, asperum, altitudine truncō fere æquale, superne latum, rostro obtuso, parum supra maxillam superam porrecto. Rictus amplius, leviter ascendens, terminalis. Maxilla supera mystace & 5 seriebus dentium acutorum prædita: infera brevior & multo humilior tres series similiūm dentium & cirrum longum ad mentum habet. Palatum & lingua glabra. Proxime ante oculos foramina rotunda & totidem oblonga conspicuntur, quorum hæc opinato orificio auditus & illa nares sunt. Oculi grandes, summi, rostro propiores. Iris argentea. Pupilla nigra. Operculum monophylīum, limbo cutaceo. Apertura br. ampla. Membr. branch. aperta, 6 radiata. Truncus fusiformis, crassus, macrolepidotus, asper, cauda longissima, sensim angustata usque ad extremitatem acuminatam, tenuem. Abdomen breve, latum, magis arcuatūm, quam dorsum, serie dupli acuminorū asperum. Anus capiti multo proprior. Squamæ duræ magnæ in truncō costam medianam elevatam, denticulatam, exalbidam gerunt. Inde tot lineas interruptas longitudinales in truncō effingunt, quot series squamarum adsunt. Squamæ minores in capite

pite 3 vel 4 talibus costis & mucronibus validioribus exasperantur. Linea lateralis subrecta, dorso propior. P. D. prima parva, altior, quam longa, trapezoidea, scapularis, composita, radio primo extrosum denticulis aspero, osse. P. D. altera semi-longitudinalis, humilis, pededentim declinata in extremitate caudæ cum pinna anali simili coadunatur. P. P. submediae, lanceolatae. P. V. thoracicae, pectoralibus similes, verum breviores. Color totius piscis argenteus, ad dorsum autem & in extremitatibus pinnarum plumbeus. Habitat circa Greenlandiam. Longitudo 3 pedum & latitudo perpendicularis ad pinnam dorsi primam semipédalis.

*Coryphæna, rupestris*, dorso dipterygio; radio pinnæ dorsalis primæ retro dentato. Greenlandis *Ingmingoak*. *Fabricii Fn. grænl.* 154. Br. 6. D. 11, 112. P. 18. V. 8. A. 112. C. o.

*Coryphænoides rupestris*. *Gunneri in Act. Nidros.* III. tab. 3. fig. 1. Br. 6. C.  $\frac{1}{17}$ , 172. P. 20. V. 7. A. 193.

*Berglax*. *Stræmii Sundmær I.* 267. Br. 6. D.  $\frac{1}{10}$ , ... P. 18. V. 7. A. 150.

#### *Bodiani generis character.*

Operculum squamatum armatumque, margine lævi.

1. *BODIANUS*, *maculatus*, aculeis 7, in pinna dorsi; cauda lunata. *Der gefleckte Bodian.* *N. A. F.* IV. 48. tab. 228. Br. 7. D.  $\frac{7}{9}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{7}$ . A.  $\frac{2}{15}$ . C. 21.

Caput crassum, breve, ab oculis declive. Maxillæ æquales, denticulis acutis, raris, armatae, inter quos duo anteriores recurvi eminent. Nares simplices ante oculos. Opercula microlepidota, spinosa. In margine inferiore operculi anterioris tres spinæ priorum curvatae & in posteriore operculo duæ planæ spinæ pone prostant. Oculi summi, magni, medii. Pupilla nigra. Iris intus ex flavo virescens & extus cinerea. Membrana br. patens. Truncus fusiformis, compressus, microlepidotus. Linea lateralis dorso propior & paralela. Anus remotus. P. D. composita, semilongitudinalis, post nucham oriunda, in dimidio posteriori mollis parum altior, pone subacuta. P. A. composita, aliquanto longior, quam alta, pinnae dorsalis parti molli simulis & opposita. P. P. parvae, elypticæ, subinse-

rx. P. V. thoraciceæ, compositæ, obtusæ, pectoralibus longitudine æquales. P. C. magna, excavata. Color fundamentalis flavus ad dorsum obscurior & versus abdomen dilutior, maculis cæruleis, ovalibus & rotundis diversæ magnitudinis undique præter abdomen conspersus. P. P. & P. V. & P. C. rufæ. P. A. & P. D. subcæruleæ, spadiceo marginatæ. Omnes dilute cærulo maculatæ. Habitat in Japonia.

*Sousalath. Renard. poiss. I. fig. 207?*

2. BODIANUS, *Bodianus*, spinis dorsalibus duodecim; pinnis acuminatis. *Der Bodian. N. A. F. IV. 33. tab. 232. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A. ... C. 15.*

Caput parvum, ante obsolete acutum, a dorso declive. Maxillæ æquales, pluribus seriebus dentium cuneatorum armatae. Series anteriores continent utrinque, nempe ante duos validos dentes & retrorsum multos minutos. Oculi medii. Iris annulo externe rubro & interno albo composita. Pupilla nigra. Opercula microlepidota; anterius aculeo recurvo, valido inferne armatum, posterius inerne rotundatum. Membrana branch. patens. Truncus macrolepidotus, lanceolatus, dorso magis arcuato, quam ab domine. Anus remotus. Pinnæ omnes acuminatæ. P. D. composita semilongitudinalis, humilis, retrorsum crescens usque extremitatem acuminatam, longe prominentem. P. A. brevis, comparsa, extremitati pinnæ dorsalis similis & opposita, ad basin squamosa. P. P. parvæ, inferæ, lanceolatæ. P. V. thoraciceæ dimidio minores pectoralibus. P. C. in medio truncata, supra & subtus cornuta. Color fundamentalis in capite, in dimidio inferiori laterum, & in cauda tota aureus, limbis squamarum rubris interlinitus. Dorsum & dimidium superius laterum purpurea, limbis squamarum cæruleis variegata. P. P. & P. V. purpureæ. P. V. & C. flavæ, rubro marginatæ. P. D. tricolor, in initio purpurea, dein rubra & in fine aurea. Habitat in mari ad Brasiliam.

*Pudiano, Bodiano, vermello. Brasiliensibus Aipimixiria & Tetimiria. Raji pist. 148. Will. ichth. 339. tab. X. 8. fig. 1.*

3. BODIANUS, *macrolepidotus*, aculeis 14 in pinna dorsi. *Der grosschuppige Bodian. N. A. F. IV. 53. tab. 230. Br. 4. D.  $\frac{1}{2}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 22.*

Caput

**Caput parvum**, a dorso declive. Maxillæ æquales, una serie dentium contiguorum, cuneatorum armatae. Operculum anterius microlepidotum; posterius macrolepidotum, spina tereti praeditum. Nares simplices. Oculi magni, superi, rostro propiores. Membrana branch. patens. Truncus ovato lanceolatus, macrolepidotus, compressus, sicuti caput. Anus remotus. Linea lateralis dorso vicina & paralela, ad finem pinnae dorsi definit. Squamae radiatae, cinereo marginatae. Color pescis fundamentalis leucophaeus, qui in capite rubicundulo, in abdомине exalbido & in lateribus rufo permixtus est. P. D. ferme longitudinalis & P. A. mediocris. Ambae compositae, pone rotundatae, spadiceae. P. P. & P. V. acutae, subflavæ. P. C. excavata, extrotsum utrinque spadiceæ, in medio griseæ.

4. **BODIANUS**, *Apua*, aculeis 7 in pinna dorſi; unico ad operculum. *Der Apua*. N.A.F. IV. 50. tab. 229. D.  $\frac{7}{23}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{16}$ . C. 17.

Caput mediocre, a dorso declive, ad latera microlepidotum. Maxilla infera parum prominet: ambae denticulis acutis, intermeantibus praeditæ. Nares duplices. Pupilla nigra. Iris rubra. Operculum pone spina armatum. Truncus macrolepidotus, ovato-lanceolatus; cauda longa sensim angustata, in fine spathulata. Linea lateralis subrecta, dorso propior & fere paralela. P. D. semilongitudinalis, composita, post medium humilior, deinde semiiovata, pone rotundata. P. A. composita pinnæ dorsalis parti posteriori similis & opposita. P. P. subinfernæ, oblongæ, rotundatæ. P. V. thoracicæ, compositæ, rotundatæ, pectoralibus breviores. P. C. integra, flabelliformis. Color totius pescis ruber, in lateribus in cinereum & in abdомине in albidum vergit, qui maculis magnis ovalibus nigris prope dorsum & punctis concoloribus in lateribus infra lineam lateralem & in malis insignitur. Pinnæ omnes rubræ, ad extremitatem nigro late & denique albo anguste marginatæ sunt, præter pinnam pectoralem omnino rubram. Habitat in Brasilia, Pirati apia.

*Martgravii* p. 157.

5. **BODIANUS**. *argenteus*, pinna ani radiis 14. *Der Silberbodian*. N. A. F. IV. 57. tab. 231. fig. 2. Br. 7. D.  $\frac{9}{24}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{16}$ . C. 22.

Caput ovatum, a dorso declive. Rictus, parum ascendens. Maxillæ inæquales, denticulis armatæ; infera longior. Palatum & lingua glabra. Nares simplices. Oculi summi, rostro propiores. Pupilla nigra, annulo albo flavoque circumdata. Operculum posterius spina terminatur. Truncus lanceolatus, compressus, microlepidotus. Linea lateralis summa, dorso ferme paralela. Anus medius. P. D. composita, fere longitudinalis, linearis, pone acutæ. P. A. dorsali similis. P. P. longæ, lanceolatæ, acutæ. P. V. thoracicæ, compositæ, petoralibus similes sed breviores. P. C. magna bifurca. Color argenteus, in pinnis flavus, qui in pinna caudæ marginè obscure caeruleo terminatur.

6. *BODIANUS, guttatus*, dentibus 4 conicis; aculeis tribus ad operculum. *Der Jacob Evertsen.* *N. A. F.* IV. 36. tab. 224. Br. 5. D.  $\frac{2}{3}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{3}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 17.

Caput ovatum, a dorso declive. Opercula magna: posticum tribus spinis armatum. Rictus magnus, ascendens. Maxilla infera longior supera. Haec emissicia & mystace obtecta. Ambae in apice duos magnos intermeantes dentes & plurimos minutos, incurvos ad latera gerunt. Oculi summi, rostro propiores. Iris aurea. Pupilla nigra. Membrana branch. patens. Corpus ovato-oblongum, compressum, carnosum, microlepidotum. Linea lateralis summa, dorso paralela. Anus remotus. P. D. composita, fere longitudinalis, in parte posteriore altior, extremitate rotundata. P. A. composita parti posteriori pinnae dorsalis similis & opposita. P. P. oblongae, rotundatae. P. V. thoracicae, subacute, compositae. P. C. magna rotunda. Color ex flavo spadiceus, undique maculis guttatis subfuscis conspersus. Pinnae ad basin subflavæ, caeterum violaceæ, fusco maculatae. Habitat in Africa & in utraque India.

Perca maculosa; maxilla inferiore longiore; pinna dorsi aculeorum novem. *Sebæ thes.* III. 75. tab. 27. fig. 6. Vide *Mantissam I.*

7. *BODIANUS, Bænak*, corpore fasciato; pinna caudæ rotundata. *Der Bænak.* *N. A. F.* IV. 43. tab. 226. Br. 7. D.  $\frac{9}{5}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 17.

**Caput ovale**, a nucha declive, ante acutum. Rictus parvus, ascendens. Maxilla infera longior supra. Haec mystaciis obtecta. Ambae denticulis acutis armatae, inter quos duo anteriores prominent. Oculi summi, rostro propiores. Pupilla nigra. Iris flava. Membrana branch. patens. Opercula microlepidota. Posticum angulo cutaceo terminatum, cui tres spinee planæ incumbunt. Truncus ovato lanceolatus, microlepidotus. Linea lateralis dorso paralela. Anus caudæ propior. P. D. sublongitudinalis, composita, parte posteriore molli, sensim ascendentē & pone subacuta. P. A. composita parti molli dorsalis pinnæ similis & opposita, semilongitudinalis. P. P. mediores, oblongæ, rotundatæ. P. V. compositæ, acutæ. P. C. longior, quam lata, circinata. Color piscis avellaneus ad dorsum obscurior, ad abdomen vero dilutior, qui in capite tribus vittis spadiceis & in trunco 7 fasciis spadiceis, in pinna dorsali excurrentibus, distinctus est. Pinnæ ad extremitatem spadiceæ ad basin dilutiores. Præterea P. C. ad basin fascia una spadicea notata. Habitat in Japonia.

8. **BODIANUS**, *Aya*, aculeo ad operculum; pinna caudæ lunata. *Der Aya. N. A. F. IV. 45. tab. 227. Br. 5. D. 27. P. 16. V. ½. A. ½. C. 15.*

**Caput magnum**, ovatum, a nucha declive. Rictus amplus ascendens. Maxilla supera parum longior. Dentes maxillarum conici, in una serie: priores duo longiores. Oculi parvi, superi, rostro propiores. Pupilla nigra, Iris introrsum alba, extrorsum rubra. Opercula microlepidota, aculeo exeunt. Truncus ovato oblongus, macrolepidotus, cauda brevi spathulata. Anus remotus. Linea lateralis dorso propior & paralela; P. D. composita, semilongitudinalis, pone medium humilior, in fine rotundata. P. A. composita, brevior, quam alta, rotundata. P. P. subinferæ, lanceolatæ, acutæ. P. V. thoracicæ, obtusa, dimidio breviores pectoralibus. P. C. latior, quam longa, pone excavata. Color cinnabarinus, argenteis limbis squamularum illuminatus in inferiore piscis parte & in basi pinnum ventralium & ani albescit. Habitat in lacubus Brasiliæ.

*Acara Aya vulgo Garanha Martgravii bras. 167.*

9. BODIANUS, *pentacanthus*, aculeis 5 ad operculum.  
*Der Jaguar.* N. A. F. IV. 40. tab. 225. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ .  
A.  $\frac{2}{15}$ . C. 18.

Caput parvum, ovatum, a nucha leviter declive, ante obsolete acutum. Maxilla supera longior, mystace tecta. Dentes acuti remoti. Oculi superi, rostro propiores. Pupilla nigra. Iris argentea. Membrana branch. tecta. Opercula squamosa. Anteriora 5 spinis pone horrida. Truncus lanceolatus, dorso magis arcuato, quam abdomine. Linea lateralis dorso paralela & propior. Anus medius. Squamæ denticulatæ, argenteæ ad margine rubent sicuti reliquum corpus, præter pinnæ dorsalis partem anteriorem, aculeatam, quæ flavet. P. D. semilongitudinalis, composita ultra medium linearis & aculeata, in sulco posita, pone multo altior & truncata. P. A. parva, obtusa, extremitati molli pinnæ dorsalis opposita. P. P. subinferæ, lanceolatæ. P. V. pectoralibus similes & oppositæ. P. C. forficata, lacinia superiore longiore. Habitat in mari ad Brasiliam.

*Jaguaraca*, *Marcgravii bras.* p. 147. cum figura mala.  
10. BODIANUS, *stellifer*, capite obtuso. *Der Sternträger.* N. A. F. IV. 55. tab. 231. Br. 4. D.  $\frac{1}{3}\frac{2}{3}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{2}{15}$ . C. 18.

Caput breve, ovale, ante valde obtusum. Rictus amplius, leviter ascendens. Maxilla supera crassa, rotundata mystace angusto prædita, parum prominet. Ambæ denticulatæ. Palatum & lingua glabra, Oculi sumini, rostro propiores. Pupilla nigra. Iris alba. Orbita prominens stellata, argentea. Operculum posterius diphyllum, monocanthum, membranam branch. obtigit. Truncus lanceolatus, compressus, microlepidotus. Anus remotus. Linea lateralis dorso propior & paralela. P. D. fere longitudinalis, composita, circa medium humilior, retrosum crescens & acute angulata. P. A. composita, trapezoidea. P. P. latiusculæ, acutæ, subinferæ. P. V. compositæ, acutæ. P. C. ovalis, magna. Habitat ad Promontorium bonæ spei.

#### *Lutjani generis character.*

Caput ante alepidotum, operculis squamatis, dentatis, inermibus. Corpus plerisque est macrolepidotum, eleganter pictum.

1. LUTJANUS, *luteus*, radiis 8 spinosis in pinna dorsi.  
*Der Gelbflosser. N. A. F. IV. 111. tab. 247. D.  $\frac{8}{19}$ . P. 17.*  
*V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{5}$ . C. 16.*

Corpus compressum, ovatum, retrosum spathulatum. Caput breve, a nucha admodum declive. Rictus haud magnus. Maxillæ æquales, labiatæ. Oculi magni, summi, rostro propiores. Iris aurea; pupilla nigra. Opercula squamosa. Operculum anterius pone & infra denticulatum; posterius in acumen molle excurrit. Membrana branch. semipatens. Truncus macrolepidotus, ovatus, compressus, nucha arcuatim ascendentem, dorso & ventre arcuato, cauda brevi, spathulata. Linea lateralis flexuosa, dorso paralela. Anus remotus. P. D. semi-longitudinalis, composita in exortu altior & angulata, versus medium decrescens, pone rotundata, in fulco dorsi sita. P. A. composita parti anteriori pinnæ dorsalis similis, semilongitudinalis, pone acuta. P. P. longæ, acuminatæ, subinferæ. P. V. compositæ, acutæ, thoracicæ, parvæ. P. C. bifurca, squamis ad basin tecta sicuti P. A. Color argenteus vittis 8 flavis, dorso paralelis supra & subtus lineam lateralem variegatus. Pinnæ omnes flavent. Habitat circa insulas Antillas.

2. LUTJANUS, *Verres*, rostratus, dorso violaceo. *Der See-Eber. N. A. F. V. 9. tab. 255. Br. 5. D.  $\frac{12}{22}$ . P. 16. V.  $\frac{1}{6}$ .*  
*A.  $\frac{3}{3}$ . C. 15.*

Caput compressum, subovatum, a nucha declive, ante obsolete acutum. Rictus amplius. Maxilla supera longior. Dentés maxillarum inæquales: in parte anteriore inferæ maxillæ 4 magni, incurvi, acuti insunt; quorum laterales anteriores duos longitudine vincunt. Hos sequuntur tria paria brevissorum, dein 3 maiores & tres breviores. In superiore maxilla vero 4 magni antici, inferioribus similes & pone hos globulosi breves distincti & in fine duo maiores acuti conspiciuntur. Palatum etiam globulosis dentibus præditum est. Opercula squamosa, pone obtuse angulata: anticum margine denticulatum, cui intus branchia dimidiata adhæret. Membrana branch. semipatens. Truncus ovato-oblongus, retro spathulatus, macrolepidotus. Anus medius. Linea lateralis subrecta, dorso propior & paralela. P. D. composita, fere longitudinalis retrosum crescens,

in parte aculeata ramentis prædita, in fine altior & acuta, P. A. composita, semilongitudinalis pinnæ dorsali similis. P. P. latæ, breves, obtusæ. P. V. coimpositæ, thoracicæ, acuminatæ, longiores pectoralibus. P. C. bicornis, ad medium truncata. Caput, dorsum, superior pars laterum purpureo nitent. Reliqua pars trunci argenteo corruscat. P. D. violacea in extremitate rubescit sicuti P. A. Pinnæ pectorales ad basin rubræ albent. P. V. pallide violaceæ. P. C. omnino ruberrima. Habitat in Japonia.

3. *LUTJANUS, notatus*, spinis dorsalibus 14; radiis 13 in pinna ani. *Der gezeichnete Lutjan.* N. A. F. IV. 125. tab. 251. fig. 2. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ . P. 14. V.  $\frac{5}{6}$ . A.  $\frac{2}{3}$ . C. 16.

Caput compressum, obsolete acutum, a nucha declive, Labia carnosa. Rictus parvus. Lingua & palatum glabra. Maxillæ æquales. Dentes acuti, contigui in una serie. Circulus papillarum, muciferarum, circa oculos conspicitur. Pupilla viridis. Iris e cæruleo in album mutabilis. Opercula squamata; anterius denticulatum. Membrana branch. tecta. Truncus lanceolatus, squamosus, compressus. Anus medius. Linea lateralis dorso paralela, curvato-recta. Color sordide flavus, maculis subrotundis, spadiceis, sparsis & unica nigra ad basin pinnæ caudæ notatus. P. D. spadiceo guttata ferme longitudinalis, æqualis, retrosum leviter crescens radiis spinosis 14, ramento brevi adjunctis & 8 mollibus composita, pone acute angulata. P. A. semilongitudinalis, composita, pinnæ dorsali fere similis. P. P. bifasciatæ, subinferæ, latæ, breves, obtusiusculæ. P. P. compositæ, thoracicæ, pectoralibus angustiores, cæterum illis æquales. P. C. rotundata, fasciis tribus spadiceis insignita. Habitat in India orientali.

4. *LUTJANUS, Lutjanus*, aculeis 9 in pinna dorsi. *Der Lutjan.* N. A. F. IV. 107. tab. 245. Br. 6. D.  $\frac{2}{3}$ . P. 17. V.  $\frac{5}{6}$ . A.  $\frac{3}{4}$ . C. 18.

Caput magnum, fere rhomboideum, a nucha declive, ante acutum. Maxilla infera longior. Dentes rari, intermean-tes, incurvi, breves, uniseriati. Præterea unus dens robustus utrinque in anteriore parte maxillæ superæ & intra eam plurimi minuti, quales etiam in palato conspicuntur. Oculi magni, superi,

superi, medii. Pupilla nigra. Iris aurea. Opercula squamosa; anticum pone & infra denticulatum, posticum apice obtuso; mutico supra pinnam pectoralem prominet. Truncus cultratus. oblongus, squamosus, canda brevi, angustiore, spathulata. Anus remotus. Linea lateralis dorso propior & paralela. Color corporis fundamentalis albus, ad dorsum in cæruleum conversus, fasciis obscurioribus cæruleis, usque lineam lateralem, desuper oblique ductis & plurimis infra lineam lateralem flavis, longitudinalibus striis variegatus. P. D. fere longitudinalis, subæqualis, composita, pone acute angulata & rubra, in dimidio anteriori cælia. P. A. composita, semilongitudinalis, rotundata. P. P. longæ, acuminatæ, subrubræ. P. V. thoracicæ, breves, acutæ, subrubræ. P. C. magna, excavata, rubra. Habitat in Japonia.

5. LUTJANUS, *erythropterus*, aculeis dorsalibus 11 radiis 12 in pinna ani. *Der Rothflosser*. N. A. F. IV. 115. tab. 249. Br. 6. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . P. 15. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{1}{2}$ . C. 20.

Caput compressum, magnum, a nucha arcuatim declive, rostro et mento alepidotis. Rictus mediocris. Maxilla supera mystacibus prædita, longior infera. Dentes breves incurvi, acuti, quorum duo anteriores in supera maxilla majores reliquis. Palatum ante scabrum. Lingua glabra. Oculi magni, superi, medii. Pupilla nigra. Iris tricolor, ex flavo, violaceo & nigro circulo composita. Opercula microlepidota: Anticum subtus denticulatum, cui branchia simplex adhæret; posticum obtuse angulatum. Meinbrana branch. semipatens. Truncus ovato-oblongus, microlepidotus, cauda brevi, angustiore, spathulata. Anus remotus. Linea lateralis dorso propior & paralela. Color capitis & laterum trunci argenteus, dorsi insuscus, pinnarum ruber. P. D. composita fere longitudinalis, subæqualis, in dimidio anteriore gilva, in posteriore rubra, rotundata. P. A. semilongitudinalis, composita, rotundata. P. P. subinferæ, magnæ, obsolete ovatæ. P. V. thoracicæ obtusæ, dimidio minores pectoralibus. P. C. longior quam lata, pone parum excavata. Habitat in Japonia.

6. LUTJANUS, *chrysops*, radiis 3 spinosis, tredecimique mollibus in pinna ani. *Das Goldauge*. N. A. F. IV. 113. tab. 248. D.  $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ . P. 14. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{1}{2}$ . C. 18.

**C**aput compressum cuneatum, a nucha leviter declive. Rictus parvus, ascendens. Maxillæ æquales. Dentes parvi, acuti, distincti, una serie. Oculi superi, rostro propiores. Pupilla nigra. Iris aurea. Opercula rotundata, squamosa; anticum denticulatum. Membrana branch. operculata. Truncus macrolepidotus, oblongus, compressus, cauda brevi, spathulata. Anus caudæ propior. Linea lateralis dorso propior & subparalela, ad finem pinnæ dorsalis abrupta, deinde media, recta. P. D. fere longitudinalis composita; dimidium ejus anticum leviter arcuatum, parumque altius postico, declinato, in fine acuto. P. A. composita, semilongitudinalis, pinna dorsalis dimidio postico similis & opposita. P. P. subinferæ, breves, semiovatæ, obtusæ. P. V. compositæ, obtusæ, thoracicae, aliquantum remotiores a capite quam P. P. Pinna caudæ excavata. Color capitis, abdominis & laterum trunci argenteus, nucha autem & dorsum nigricant. P. D & P. C. spadiceæ, reliquæ pinnæ cinereæ.

7. *LUTJANUS, rostratus*, capite acuminato; pinna caudæ truncata. *Der Rüssel. N. A. F. V. 7. tab. 254. fig. 2.* Br. 5. D.  $\frac{1}{2} \frac{5}{6}$ . P. 12. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}$ . C. 15.

**C**aput subconicum, duplo longius, quam altum, ad verticem impressum, ante obsolete acuminatum. Rictus parvus, leviter ascendens. Maxilla supera, mystacibus tecta, brevior infera. Denticuli acuti, contigui. Palatum & lingua glabra. Nares simplices, mediae. Oculi summi, medii. Pupilla nigra. Iris cyanea. Opercula microlepidota, rotundata. Anticum denticulatum, cui intus branchia simplex adhaeret; posticum, superne excavatum. Truncus lanceolatus, pone spathulatus, microlepidotus, dorso convexo, humiliter arcuato, abdomine subrecto, arguto. Anus submedius, caudæ propior. Linea lateralis, summa, dorso paralela. P. D. fere longitudinalis, composita, aequalis, leviter crescens, pone obsoleta acuta. P. A. semilongitudinalis, dorsali similis, sed brevior. P. P. latae, obliquae, rotundatae. P. V. subacuteæ, thoracicae, compositæ. P. C. truncata, longior, quam lata. Color in dorso obscure violaceus, in abdomine idem sed dilutior.

tior. Latera flavescent. P. P & P. C. ad basin dilute violaceae versus limbum flavae; reliquae concolores sed inverso modo:

8. LUTJANUS, *bidens*, dentibus duobus in maxilla superiori. *Der Doppelzahu.* N. A. F. IV. 123. tab. 251. Br. 5. D.  $\frac{1}{2}\frac{6}{5}$ . P. 13. V.  $\frac{1}{6}$ . A.  $\frac{3}{2}\frac{3}{5}$ . C. 15.

Caput compressum, rhomboideum, a nucha declive, ante alepidotum. Rictus parvus. Labia carnosa. Maxillæ æquales: supera duobus dentibus latis & infera una serie dentium brevium, rotundorum armatae. Oculi summi, medii. Iris aurea. Pupilla nigra. Opercula squamosa, obtuse angulata: anterius tantum denticulatum, cui branchia simplex intus adjuncta est. Truncus lanceolatus, compressus, macrolepidotus. Anus caudæ propior. Linea lateralis dorso propior & subparalela, ad finem pinnae dorsalis declinata, dein in caudæ medio recta. P. D. composita, fere longitudinalis, subæqualis, retrosum sensim crescens, extremo rotundato excurrit. P. A. composita, pinnae dorsali similis, extremitate angulata. P. P. subinserae, rotundatae, breves. P. V. compositæ, obtusæ, thoracicae, sed parum remotiores pectoralibus. P. C. rotundata. Color superne purpureus, in lateribus primo roseus, dein argenteus, lineis longitudinalibus gilvis distinctus. Mentum & pinnae virent. Hæ spadiceo ordinatim maculatae sunt. Praeterea macula nigra ad basin pinnae pectoralis conspicitur.

